


Det här verket har digitaliserats vid Göteborgs universitetsbibliotek.  
Alla tryckta texter är OCR-tolkade till maskinläsbar text. Det betyder att du kan söka och kopiera texten från dokumentet. Vissa äldre dokument med dåligt tryck kan vara svåra att OCR-tolka korrekt vilket medför att den OCR-tolkade texten kan innehålla fel och därför bör man visuellt jämföra med verkets bilder för att avgöra vad som är riktigt.


This work has been digitised at Gothenburg University Library.  
All printed texts have been OCR-processed and converted to machine readable text.  
This means that you can search and copy text from the document. Some early printed books are hard to OCR-process correctly and the text may contain errors, so one should always visually compare it with the images to determine what is correct.





Psychol. 1600-talet  
Se. Lar





Rarioribus imo rarissimis Scriptis adnumeratur. — Vgl. Catal. Libr. rar. C  
172  
P  
Likvärt hos flera gånghande författare.

Wasmuths N. 1647. — Chron. Astrucii Kyrko-historia i Sverige  
oftast förekommer, äro dock vissa exemplar af denna bok mindre allmännas  
än andra, äro de som icke undagat den förändring, som författaren på K:de  
befallning, af d. 25. Mars 1693, var nödskad förelaga, och till fölge hwara af  
tvänne blad, näml. sidorna 663 - 666 omtrycktes. — Olikheten emellan  
den väras rättförligen Caus. X. Lagerbring i Swed. Saml. af ätthist. handl.  
och Samfundet. N. 1. p. 72 - 77. — Dessa båda blad finnas  
i detta exemplar oförändrade.

INVENTARIUM  
ECCLESIAE SVEO-  
GOTHORUM

Continens  
INTEGRAM HISTORIAM  
ECCLES. SVEC.

LIBRIS VIII DESCRIPTAM,  
INCIPIENDO A VETUSTATE ET RELIGIO-  
ne hujus gentis in Scandia primò residentis; quando & quâ  
occasione sit facta illius conversio ab Ethnicismo ad Christia-  
nam fidem, & perducendo Seriem hujus Ecclesiæ; per  
quamlibet illius fortunam, usq; ad præsentem  
annum Christi M. DC. XLII.

*Therielz*  
1697

opus elaboratum,  
MANDATO ET SPEC. PRIVILEGIO S. R. M. SVEC.

Studio

JOANNIS BAAZI SENIORIS.

Additur in fine Geminus Index operis.

*Van Biskop i Upsala; en Cædman och Index till Archiepskopen Joh. Saxius, Öfversten Eric Lajon-  
hjelm samt Understatshållaren Bengt Chahjelm; som i sin Landshöfvingen i Svea  
L: Högstämman 2. Sväpsen.*



ANNO

M. DC. XLII.

LINCOPIÆ,  
Excudebat Christopherus Güntherus.

**N**OS CHRISTINA, D. G. Svec. Goth. Vandalorumq; designatâ Regina, & Princeps hæc. Magna Princeps Finl. Dux Esth. & Car. Ingrizq; Domina &c. vigore præsentii constare volumus univèrsis ac singulis; Quod cum subditus noster, Past. & Præp. in Civitate nostra Junecop. Venerabilis Nobis sincerè fidelis M. JOANNES BAAZIUS, pio in Remp. christiana zelo OPUS quoddam HIST. ECCL. SVEO-GOTHICÆ contextit, ac impendio sumptuq; suo jam publici juris facere decrevit, Nosq; proindè supplex rogavit, dignaremur ipsum & præfatos ejus labores Regio. nostro Privilegio, quo indemnis præstetur à fraude citra ejusdem scitum ac consensum recusis operis. Nos attendentes hos dicti viri labores tam Patriæ quàm Ecclesiæ maximè útiles fore, æquitati fultæ huic ejus. petitioni clementer annuimus prouti hîcse Regium nostrum privilegium ei impertimus, & vigore præsentium ordinamus, ut intra proximum decennium penes eum solum sit hoc opus suum, HISTORIÆ ECCL. typis mandare, distrahereq;. Iccirco omnes & singulos Typographos, Bibliopolas, aliosq; imperio ac ditioni nostræ subjectos, hoc nostro Diplomate seriò vetamus, ne quis ex subditis nostris prædictum opus M. Joannis Baazij interea temporis eo inscio vel citra consensum & voluntatem ejus aut hæredum, illius recudere, aliò recudendum dare, vel alicubi impressum huc importare & distrahere, clam aut palam præsumat, sub penâ jacturæ & amissionis librorum, & multâ insuper DUCENTORUM IMPERIALIUM, mediâ eorum parte Fisco Nostro Regio, & reliquo dimidio memorato M. Baazio addicendorum. Quo nomine quoq; univèrsis Regni nostri subditis, ijs præsertim qui jus & æquum administrant, ne quoquam prætextu huic nostro Privilegio fraudem fieri patientur, sed ejus transgressores penâ & multâ hîc determinatâ plecti curent. In quorum fidem præsentis Sigillo Nostro, Nostrorumq; ac Rgni Svec. respectivè Tutorum & Administratorum manuum subscriptione roboravimus. Dabantur Stocholmiæ die 24. Septembris, Anno 1642.

L. S.

*Petrus Brahe Comes Gustavus Horn Claudius Flemming*  
*in Wisingsborgi loco R. S. Mar- loco R. Ammi-*  
*R. S. Drotzetus; schij. ralis;*  
*Axelius Oxenskierna/ R. S. Gabriel Oxenskierna/ L. B. in*  
*Cancellarius; Moseby & Lindholm*  
*R. S. Thessaur.*

SERENISSIMÆ ET POTENTISSIMÆ

Principi ac Dominæ,

DN. CHRISTINÆ  
AUGUSTÆ,

REGNORUM SVEC. GOTH. VAND. &c.

REGINÆ designatæ, & PRINCIPI hæreditariæ,

nec non magnæ Principi Finlandiæ, Duci

Esthoniæ & Careliæ, Ingridæq;

Dominæ.

REGINÆ AC DOMINÆ SUÆ CLEMENTISSIMÆ,

*Salutem perpetuam & felix Regimen submissè*

*precatur.*



SERENISSIMA REGINA,

Domina Clementissima, legi-

mus Deut, 17:19. Deum impo-

suisse Regibus curam conser-

vandæ Ecclesiæ, ut & ipsi le-

gerent legem Dei omnibus

diebus vitæ suæ, & custodirent

Ceremonias, verbaq; ejus,

quæ in lege præcepta sunt.

Moses.

Ideò nominant Theologi pium Magistratum custo-

dem utriusq; Tab. Legem Divinam comprehen-

dentis. Hoc mandatum à Mose in Politia Jud. publi-

catum, ne cum illa politia interiret, & à conversis

Regibus in N. T. negligeretur, prædixit Esaias Ca-

pite 49: 23. *Reges fore nutritos Ecclesia & Reginas nu-*

*trices illius.* Erit eapropter piorum Regum & Regi-

narum præcipuum officium nutrire Ecclesiam Dei

Esaias.



## EPISTOLA

ex Gentibus per exaltatum (*dicente Propetia*) Dei signum (*prædicationem Evangelij*) collectam. Verum ne videretur hæc nutritio quædam vulgaris promotio aut corporalis Christianorum educatio (*Ecclesia est corpus mysticum*) nedum arbitraria aut violenta Ecclesiæ directio, prædicat *Esaias hanc nutritionem eadem voce quâ Mardocheus vocatur nutritius Esber* Cap. 2:7. qui juxta præscriptum verbi Dei dedit pupillæ sanæ, consilia, & pia illius facta direxit. Eâdem etiam voce nominatur *Filius Dei* cum suo Patre *Artifex & nutritius rerum creatorum*, Prov. 8:30. qui cuncta regit ordinariè, & gubernat. Colligitur indè nutritios Ecclesie, debere ad præscriptum verbi Dei gubernare Ecclesiam; idq; pios Reges rectè facere affirmat David dicens Pl. 47:10. *Deum supra gentes regnantem, valdè exaltatum esse apud Chybeos terra.* Quod Hieron. sic exponit Tom. 8: f. 33. *Filij excelsi elevati sunt per fidem & prædicationem*, Addit Osiander, *& gloriam Dei magno zelo propugnaturi & propagaturi sunt.* Itaq; hortatur ipse Pl. 24:7. *Principes attollere portas suas, ut introeat Rex gloria.* Versio Hieron. sic habet, *Levate porta capita vestra*; Sed versio LXX Interpp. alloquitur Principes, sic reddens verba Davidis, *ἀρᾶν πόλεως οἱ ἄρχοντες ὑμῶν.* Nominantur quippe Principes populi eâdem voce Ex. 18:25. quam Hieron. reddidit hoc loco 7. Capita.

Prædictam Ecclesiæ nutritionem multos pios Reges & Imp. deduxisse in actum, atq; patentes ita portas Regi gloriæ aperuisse, legimus in Hist. Imp. Constantinum M. laudat Theodor. l. 1. c.7. quod non solum coegerit Concilium Nicenum, sed præsens asfederit, dicens, *Sumamus ex dictis divini spiritus explanatione*

David,

Hieron.

Osiander.

Hier.  
LXX. inter.

Theodor,

## DEDICATORIA.

iones questionum. Idem commendat pietatem Imp. Theodosij, inquit, *ut impertum sumpsit, pra omnibus de concordia Eccl. cogitavit.* Jovianus Imp. dedit, consilio Athanasij, *Formam disponendorum Ecclesiarum,* teste Euf. l. II. c. 1. Catalogus Test. Ver. probat multos Euseb. Imp. & Reges gubernasse simul cum S. ministerio Ecclesiam Dei, sub ipso Dominio Papæ Rom. imò refert Coccius Thef. Cath. f. 903. *Carolus M. constituisse* Coccius. *Regulas ordinandorum Presbyterorum & Sacerdotum.* Plura Exempla adducit Meif. de leg. l. 4. sect. 2. art. 1. q. 1. Meifnes. Horum pium Exemplum imitati sunt Electores & Principes in Comitij Aug. An. 1530. qui de Reformatione Eccl. & bono ordine, confessionem orthodoxam obtulerunt Imp. Carolo V. eandemq; Reformationem pio zelo ad praxin deduxerunt. Fecerunt etiam rectè nostri piè demortui Reges, qui de Reformatione Ecclesiæ Patriæ, exclusis tenebris Papist. maturè cogitarunt, & in Concilijs Trebrogiæ & Upsaliæ celebratis, veritatem Evangelij defendendam, judicarunt.

Quoniam Exempla plurimum movent, id sapientes sibi semper familiarissimum habuere, ut in studio Hist. exemplis refertissimo, se frequenter exercerent, sic dicente Ep. Victore in prol. suæ Hist. de Victor. Perf. Vand. *Quondam veteres ob studium sapientia enucleare atq; sciscitari minime desistebant, qua fortè vel qualia prosperè, vel secus Provincijs, locis aut Regionibus evenissent: de quibus, vel in quibus, exocuerent stylum ingenij sui atq; redolentes magistrerij flores, ignavis Historiæ alacriter offerrent.* Habet quidem Historia hunc usum, referente Polybio, quod nulla hominibus ad vitam rectè instituendam via sit expeditior, quam rerum

## EPISTOLA

*ante gestarum scientia.* Quod cum in omni Historia verissimum sit, certè in Ecclesiastica, usum habebit præcipuum, monente idipsum Deo Deut. 4: 32. his verbis: *Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, si facta est res magna,*

Hoc rectè observantes pij Imperatores ac Reges, tam nominati, quam nostro seculo viventes, voluere non solum religioso officio nutriendi Ecclesiam, semper adesse, & in promovenda fideliter Ecclesiâ Christi, se jugitèr oblectare: Sed etiam Historiam Eccl. conscribendam esse statuerunt. Quo nomine excelebant tum prisca, ut Chromatius, qui imposuit Ruffino translationem Historiæ Eccl. ab Eusebio Cæsar. Græcè scriptæ, & Theodosius Augustus, cui Historia Eccl. à Sozomeno scripta erat acceptissima: Tum deniq; hodierni Reges Christiani, inter quos eminebat præcæteris religiosissimus Rex noster (sanctæ recordationis) MAGNUS GUSTAVUS ADOLPHUS, qui totâ suâ vitâ promovebat fideliter Ecclesiam Christi, amplificando Scholas, Gymnasia & Academias, ordinemq; pietatis ubiq; servandum esse summâ curâ intendebat; insuper cogitabat seriò conscribendam esse Historiam Ecclesiæ Patriæ; tum in memoriam conservatæ hinc Ecclesiæ, tam statu turbato, quam tranquillo; tum in posteritatis informationem de modo hinc conservandi Ecclesiam militantem, & Evangelij veritatem defendendi. Quod pijsimi Regis nostri studium cum multa impedirent, neq; admittat S. R. M. V. in se desiderari studium promovendæ Ecclesiæ, quò religiosa voluntas Gloriosi. Patris impleatur, & utilitas publica promoveatur, Itaq; hæc scribendi provincia, jussu S. R. M. V.

mihi

DEDICATORIA.

mihî imposita, parit mihî præ cæteris difficultatem non minimam. Prætereo excusationem Ruffini, quâ se Chromatio purgabat, ne impositâ translationis operam susciperet, quia (ait) *in multis annis usum Latini sermonis amiserim*; Sic ego, (quanquam stylus non sit ubiq; meus; sed verba aliorum) pridem à palæstra Scholastica liberatus, partim elegantiam sermonis Lat. amiserim, partim liberal. studiorum exercitia quotidiana, multis officij negotijs occupatus intermiserim. Verum cum sciam Historiam requirere magis veritatem, quam facundiam, potius simplicitatem, quam elegantiam, justam excusationem utilitati publicæ postpono, eligens inservire simplicibus, dum non queam satisfacere omnibus. Itaq; studeo probatæ rerum gestarum veritati præ ornato descriptionis stylo; Siquidem Historiæ non sunt necessaria lingvæ arma (sic vocat Scal. facundiam Cicer.) Sed *ea brevitatis, quæ res aquet verbis.*

Ruffinus

Scaliger.

*Videò autem triplicem hîc esse superandam mihî difficultatem, videlicet Scriptorum nostras res gestas annotatum; aliquorum ignorantiam, aliorum vaniloquentiam, deniq; quorundam calumniam. Ignorant multi, imò ignorare volent antiquitatem majorum nostrorum, quæ Scandiam primò excoluerunt. Cumq; pertisset plurima nostra monumenta, partim cum Scripturâ Runicâ, ante annos 700 fere deletâ, partim ab Episcopis Papalibus, Patriâ sub Reformatione discedentibus, ablata; idem majores nostri, Latinitate præsertim impurâ & barbarâ à monachis edocti, Historiam Patria non scripserunt. Fuerunt antiqui Scriptores in Græcia & Italia, de Gothis exorti, etiam in Hispaniâ fuerunt, qui antiquitatem majorum nostrorum literis tradiderunt; Sed hos multi Historici, præsertim recentiores,*

*præ*

## EPISTOLA

- præterierunt. Hinc factum est, ut multi conquerantur si-  
 bi ignotam esse Historiam Suec-Goth. quod fatetur auctor  
 Lorberfr. Lorbeerfranz in Praef. inde ponti Episcopatum Strengens.  
 in Uplandia, qui est in Sudermannia, & Episcopatum  
 Arosensem adscribit Wermlandia, qui est in Wesmannia,  
 in super nominat Liturgiam, quam hic describimus l. 3. La-  
 taniam. Osiander Cent. 9. l. 2: c. 1. neq; percepit recte  
 nostram Historiam, scribens S. Ansgartum baptisasse Re-  
 gem Suec. Olaum, quod non potuisse fieri, infra probamus  
 l. 1. c. 6. &c. Huic ignorantia dandum eris remedium,  
 quod hic labor ratione sui propositi præstabit: non quod sen-  
 tiam hic absolutissimam dari Historiam nostra Eccl. ut  
 nulla possint Inquiri monumenta his superaddenda: Sed ut  
 sciam illa non posse inveniri, qua alium fuisse hætenus  
 statum nostra Eccl. designent. Scribit M. Zach Theob.  
 præf. Hist. Huss. neminem posse præsumere perfectissimam  
 se scripsisse Historiam cum omnia loca non viderit, nec  
 omnium Bibliothecas relegerit; tamen sat scripsisse viden-  
 tur, qui Propositum suum implevit. Vaniloquentiam  
 produunt aliqui nostrates Historici; qui se à Pontificia ad-  
 dicti, concipiunt aliqua veritati contraria. Sic præsumit  
 Joh. Magnus. Joh. Magnus notationem Zultedagh à Julio Cas. Rom. esse  
 factam: cujus contrarium docetur hic libro 1. c. 1. Item  
 excogitat S. Sigfridum in conversione Suecorum præcipue  
 laborantem, accepisse confirmationem sui officij ab Arch.  
 Brem. seu officario Papa Rom. & Papam confirmasse pri-  
 mum Arch. Upsallensem. dato consecrato pallio &c. in his  
 inventionibus habet Joh. Magnus non solum fratrem suum  
 Olaum οὐδὲν ἄλλο, sed simul Johannem Messenium in Chr.  
 Ep. consentientem, qua inventiones refutantur l. 1. c. 12.  
 Calumniam admiscet quidam, vocantes Patriam no-  
 stram idem Svediam, quia dicunt eam ex Svevis & Danis

DEDICATORIA.

Primò inventam & exultam, Contrarium probatur l. 1. c. 2.  
 neq; caret Calumniâ, quod St. Hofm scribit Regi Svec. <sup>a</sup>  
 Papam Gregorium VII fuisse primum, cujus operâ receperat  
 Suecia Evangelium, cum prius ante annos ferè 200.  
 plantasset hic Ecclesiam Deo fideli curâ Regis Svec. Be-  
 ronis III. ejusq; Praef. Brengarij, operâ & Prædicatio-  
 ne <sup>b</sup> S. Ansgarij (quem hic vocat Asquarium) Excellit au-  
 tem in studio calumniandi Joannes Vastovius, natione  
 Gothus, sed Religione Pontificius, qui præf. Vir. Aquil ita  
 Patriam suam exagitat, & præter meritum dirixat, ut  
 quasi solus professionem calumniandi nostram Reforma-  
 tam Ecclesiam suscepisse videatur. Sic enim ait: Proven-  
 tum Eccl. pars potior Fisco adjudicata, altera inter Nobiles & proceres  
 distributa: Calices, Vasa sacra Aurea & Argentea, totaq; suppellex Eccl.  
 Fisco adjudicata: Campanæ majores toto Regno exactæ. bellicis tormen-  
 tis materiam præstiterunt. *Falsissimum esse hanc criminalem  
 accusationem intelligit pius L. ex hac Hist. l. 2. c. 6 & 22.*  
 Plura Bona Eccl. non sunt Templis ablata ad solutionem  
 artis alieni (non Fisco addito) quam quæ possent eorum  
 omitti, remanentibus Calicibus alijsq; vasis usus sacro ne-  
 cessarijs. Pergit ille: Saxitum est in mortuos & c. Holmiæ bona  
 pars parochialis Ecclesiæ S. Nicolai diruta & arci adjuncta. Monasterium  
 S. Claræ & Templum S. Jacobi solo adæquatum, ne arci ob vicinitatem  
 obstaret. *Sat quærelarum. si sat probationum. Olim afficie-  
 bantur gravissimâ pænâ, qui in Patriam, parentes, aut pa-  
 tronos Crimen commiserunt; imò Lex Divina jubet eum  
 esse lapidandum, qui Patri maledixerit Deut. 21. dicitq;  
 Val. Max. l. 1 Romanos statu sse Legem, ut pari vindictâ  
 parentum & Deorum violatio expianda esset: Nam  
 atrocissimam æstimat Ulpianus injuriam, quæ Patri  
 patrenovè fit. Cumq; censeatur injuria ex affectu fa-  
 cientis, ut est in ff. Sitq; realis injuria, quæ inferitur  
 dignitati, ajunt isti: Qualem quantamvè dicimus esse*

<sup>a</sup> St. Hofm  
 a. Vide l. 3  
 c. 14

<sup>b</sup> Vide l. 6  
 c. 4 & 6

Val Max.

Ulpianus

a. Videl. 24  
c. 1. arg. 6.

hanc injuriam, quæ tribuit Vastovius, esse. In calumniando animo, malevolo. suis majoribus id fecim. & sacrilegium, quod de illis nunquam probabit? Quin potius quædrat in crudelitatem Papa Rom. & Arch. Gußovi Evollet inq. Tyrannidem R. Christianus II, illorum emissarij, qui corpus Ducis Sten. Eturæ de sepulchro extorserunt & rogo impostum concremârunt. fuit eò hac favire in mortuos? quod falso tribuitur Succis Evangelicis. Scribit saxa & Tabulas marmoreas detractas esse Sepulchris mortuorum, ut exornarent palatia. Neg. potest hoc probari. Prasumit calumniator hoc fuisse factum, dum ex duobus Claustris in Sadermannia, Eschiltuna & Gryppholm postquam illa deserebant monachi, facta sunt Castella & palatia Regia. Fuit ibidem anno superiori, cum viris fide dignis, inquisiturus an vera esset hac Vastovij quærela? Contrarium certè inventi. Nam Pastor loci, Dn. Siggo in Jorsl annum agens centesimum, referebat Ducem Carolum adificantem Castrum Eschiltuna/ sero jusse architectos transferre monumenta Claustris residua & saxa sepulchralia, in propinquum Templum & Camiterium Jorsl ubi hodie visuntur. Idq. alibi factum. In Templo Wastenenfi sunt saxa sepulchralia de Claustro Alwastra à monachis deserta, illuc translata. Tanto est veritas Vastovij, etiam ex quibusdam fideis ab ipso intraculis nota. Hic si unquam fuisset Holmia, prasertim his novissimis annis, non addidisset verba rancida inviolate plenissima, qua ipso aspectu à presentibus convincuntur falsitatis. Nam nulla pars (ne dum bona) Ecclesiæ parochialis Holm. est adjuncta arci, cum sit magnum interstitium viaq. publica inter Arcem & Templum: si sit ipsum pauid contractum, sufficit tamen adscripta auditorum multitud: qd. Loco Monasterij S. Clara edificatum est omnia

DEDICATORIA

*uentis firmum Templum, ubi predicatur verbum Dei Eccle-  
 sia Holm. in Suburbio Sept. Sic Templum S. Jacobi fre-  
 quentatur ab Ecclesia Suburbij Orientalis; tantum abest  
 ut sit solo adaequatum. Addit ridiculum ipse ridiculus,  
 ἀχρηστέλας, quod postquam Episcopi Edicto Regio,  
 (verius conclusione Ordinum Regni in Com. d) Arcibus  
 suis exuti, prædijs, possessionibus, subditis omnibus  
 & proventibus Eccl. spoliati (tamen honesto salario do-  
 nati) nihilominus eandem quam olim Cancellariæ  
 Rom. taxam pendebant, pallium vel consecratio-  
 nem accepturi (vana illa non curat Patria) Regi deinceps  
 pendere coacti sunt. HOC EST PURUM PU-  
 TUM NIHIL. Sic prædictam difficultatem si non to-  
 tam superasse; tamen plurimam me evitasse spero.*

d Vide l. 2.  
c. 13.

Ad S. R. M. V. Regina Clementis. revertor, ro-  
 gans humilimè, ut S. R. M. V. eo accipiat vultu  
 meum hoc qualecunq; studium, quo solet fidelium  
 suorum subditorum respicere servitutem, hoc est,  
 clementissimo. Duplex equidem causa monet of-  
 ferendum esse humilimè hunc laborem S. R. M. V.  
 Una jubet dandum esse Magistratui suum. Hic quip-  
 pe labor iussu S. R. M. V. compilatus & editus, ad  
 possessorem suum jure redibit. Altera causa urget  
 quarendam esse necessariam in causa justâ defen-  
 sionem: Dubito an possim sperare me hic fecisse  
 operam omnibus acceptam; licet futuram nullâ  
 ingratam, nisi veritatis osori præsumam. Scri-  
 psit Historiam sui temporis Clariss. J. Thuanus  
 multis acceptissimam: Tamen invenit studium  
 ejus Scholiasten, qui annotationes in Historiam  
 Thuani edidit (quid non invidentia?) hoc scri-  
 ptum fuisse libellum famosum alij observabant.



EPISTOLA

Sin intellexero meum hoc studium venire Bonis  
gratum, me voti compotem factum gaudeo: Nam  
Bonis placere & malevolis displicere, optimum  
duco. Contra horum invidiam ut S. R. M. V. de-  
fendat hanc simplicem veritatem humilimis pre-  
cibus supplico, atq; me cum meis sub Regiâ CHRIS-  
TIANISSIMA (celssimo nomini congruente) tu-  
telâ quiescere sinat, supplex oro.

Deus Omnipotens clementer conservet S. R.  
M. V. diuq; florere sinat ad sui nominis gloriam,  
ejus Ecclesiæ promotionem, totius Regiminis Pa-  
triæ prosperitatem, adeoq; S. R. M. V. tempora-  
lem & æternam felicitatem; Amen. Junecopiæ  
Anno Christiano 1642. die ultima Mensis Decem-  
bris.

S. R. M. V.

*obsequio devotiss.*

JOANNES BAAZIUS

ILLUSTRISSIMIS REGENTIBUS SVEC.  
QVINQVEVIRIS,

DN. PETRO BRAHE, Comiti in Wisingsborg/  
L. B. in Riddöholm & Lindholm; R. S. Drotzeto,  
Præsidi Dicasterij Regij Holm. Judici Provincialis  
li Wesmanniæ, Cuprimont. & Daliæ.

DN. JACOBO DELAGARDIE, Comiti in Leckö/  
L. B. in Ekholm; Domino in Kolla / Rida &  
Kunhö; E. A. Archimarscallo, Præsidi Collegij  
Martialis, Judiciq; Provinciali Uplandiæ.

DN. CAROLO C. GYDENHJEM / L. B. in  
Berqvara; Domino in Sundbyholm & Cosby/  
R. Architalasso, Præsidi Collegij Ammiralitatis  
Judici Provinciali Smoland.

DN. AXELIO OXENSTJERN / L. B. in Ris  
mitso; Domino in Fijholm & Tjdhön; E. A. Can-  
cellario R. & per Germaniam, nec non ad exer-  
citus Legato, atq; Evang. foederis directori, Ju-  
diciq; Prov. Bothniæ occidentalis.

DN. GABRIELI OXENSTJERN / L. B. in  
Möby & Lindholm; R. Thesaurario; Judici pro-  
vinciali Wermlandiæ.

*DOMINIS MEIS HUMILIME SUSPICIENDIS,  
Salutem perpetuam, eorumq; studium promptissimo  
animo defero.*

**O**fferitur V.<sup>is</sup> Exc.<sup>is</sup> liber mole exiguus, sed la-  
bore assiduo partus, habetis quod potuerim:  
videtis quid egerim. Si placent hæc V.<sup>is</sup> Exc.<sup>is</sup> pla-  
cebunt utiq; veris patriotis; nec possunt displicere  
alijs, statum nostræ Ecclesiæ scire cupientibus. Hanc

P R A E F A T I O.

materiam summè necessariam voluit piè defunctus  
 Rex noster MAGNUS GUSTAVUS ADOLPHUS  
 publicandam: Hanc eandem posteritati profuturam  
 vidit S. R. M. Domina N. Clementis, ideoq; jus-  
 sit Directione & consilio V. rum Exc. rum eandem hoc  
 libro colligendam. Accipite fronte serenâ quod  
 potest offerri: Intuemini vultu placido præsens ho-  
 norarium, atq; permittite ut Historia à multis pa-  
 triotis expetita, omnium oculis objiciatur. Obe-  
 dientiam Magistratui & dilectionem Patriæ, utrinq;  
 debitam, hic submissè & fideliter declaratam vide-  
 tis. Accedat quæso ad cumulum vestrorum benefi-  
 ciorum hæc clementia, ut me, meosq; vestro favore  
 complectamini, & sub vestrâ tutelâ me, meosq; cum  
 omnibus fidelibus Patriotis, Regimini Svec. subje-  
 ctis, tutè quiescere sinatis. Deus Omnipotens au-  
 ctor Justitiæ Boniq; Regiminis, conservet V. Exc. ias  
 in multos annos, quò Deo grata, Ecclesiæ ejus salu-  
 taria, S. R. M. ti acceptissima, totiq; Patriæ utilissima  
 constituentur, dirigantur, perficiantur. Amen.  
 Junecopiæ Anno Christiano 1642. mense Decembri.

V. i<sup>o</sup> Exc. i<sup>o</sup>

*submissè deditus*

JOANNES BAAZIUS

Pio Candidoq; Lectori

S. D.

JOANNES BAAZIUS.

Multis fortè videor laborem aggressus inutilent, publicando hoc opus Historicum. Nam præterquam quod multa hic scribuntur, quæ ab alijs Historicis tractata leguntur; occurrunt aliqua novo ferè modo explicata, præsertim de vetustate Svec-Gothorum in Scandia residentium, quam vetustatem alij Historici vulgò Gothi Scandiani dicantur habere auctores ipsos patres, qui in Genignorare volunt. Hic autem ab eo principio deducitur vetustas, ut Svecotium divisione per orbem terrarum, post desertam turrin Bab. facta, erant superstites. Additur etiam, vicinos populos fuisse ex Scandia olim egressos, quod licet antiqui Historici testentur, tamen solent recentiores id præterire. Accedit rerum, dum viventium Acta hic describuntur, quæ omnes ut plurimum relinquunt posterioribus Scriptoribus annotanda, ne quicquã ad gratiam aut similitatem viventes de viventibus scripsisse videantur, & sic in legem Historiæ impingant, teste Cic. Itaq; de tribus præcipue monendum hic esse pium Lectore video.

1. Usitatum, imò naturale est, ut honoret quisq; solum natale, ejus itaq; veram commendationem nisi Historicus Patriam descripturus amplificaret, ingratisissimus meritò videretur. Quare nullus extraneus mihi vitio vertat, quod laudandam & quidem jure extollendam esse Patriam cogitaverim, idq; tantò diligentius illud esse per veritatem faciendum censuerim, quantò ardentius illam à me amari sentirem. Dilectis autem Patriotis me gratam hoc modo fecisse operam, non est quod dubitem. Et quidem monet lex Historiæ, dicente Cicerone: *ne Historicus quid veri dicere non aüss.*

Veram igitur Patriæ commendationem dum invenio in monumentis Antiquorum & scriptis veterum, talia præterire non debeo. Cicero.

2. Quoniam S. R. Majestas Domina mea Clementissima, integram velit scribendam esse Historiam Eccl. Svec. ad nostra tempora continuatam, jubeor Acta Eccl. viventium annotare. Boni viri hoc probant quippè quorum facta Bonis probantur. Si alia tamen vera, sub ratione Boni ab alijs tractata, occurrunt quandoq; referenda, dignum facit suo officio Historicus, referens Acta absq; prosopolepsia prout sunt, quippe omnibus ex rumore notissima. Quamobrem ipse viventium Acta descripturus, ipsorum propria verba & scripta retineo; etiam personalia sæpè relinquo, describens personam à loco aut officio, Actaq; publica recensens, ne videar aut velle Historiæ veritatem violare, aut ad gratiam cujusquam, vel ad similitatem scripsisse.

3. In specie monendus es pie L. me annotasse Acta notabiliora. Sunt multa in singulis Polit. & Ecclesijs, vix commemoratione digna. Alia quandoq; tractantur, quæ videntur spectare, aliqua conservationem Polit. & Ecclesiæ, aliqua perturbationem, quæ prudens Magistratus judicat aut suspendenda, aut sepelienda, itaq; nullum  
habent

AD LECTOREM.

habent effectum. Hæc singula in chartam conjicere neq; deest, neq;  
conducit. Quanquam verè dixerit Tert. adv. Val. *Nihil erubescit veritas, nisi solummodò abscondi*: Tamen ait Aug. l. 2. lib. arb. 9. *Error est, cum sequimur aliquid quod non ad id ducti, quò volumus pervenire.*

In Christo vale Cand. L. meumq; studium boni consule, & Errata Typograph. leviora, quæ Corrector in absentia auctoris non emendavit, benevole corrige.

REVERENDO VIRO, PATRI CHARISSIMO  
gratulatur Filius.

FÈrtilè ut ingenium miror, sic miror opimam  
Doctrinæ segetem, quam Pater ipse metis!  
Doctrinæ segetem celebrem, quodq; gratuler ipsi,  
Horrea qui Messis, sat dabit ampla tuæ.  
Te tua sancta fides, rebusq; probata gerendis  
Provida sedulitas, monstrat ubiq; virum.  
Non fuit in Grajis tibi res abscondita chartis;  
Non fuit in nostris res tibi clausa libris.  
Quanquam claruerit latè tua gloria, multùm  
Clara tamen fiet hinc laus tua, doctè Pater.  
Te fama emeritis propè cælum subvehet alis,  
Quòd velis Historiam scribere ritè sacram.  
Sacra tenes, teneas Patriam veram, infima spernens,  
Ad cælum senium ducis, & Alta petis.  
Nòn ut opusvè tuum, vel te laudare laborem,  
Notius est Doctis certus utrunq; scio.  
Vive pater longùm, videat dum Ecclesia fructum,  
Vivere dum poteris, vive valeq; Deo.

BENEDICTUS BAAZ  
Supr. Jud. Reg. Secretarius.

PROLOQVIUM  
DE  
UTILITATE  
HISTORIAE ECCL.  
IMPRIMIS  
SVEO-GOTH.



*Abet omnīs Historia Utilitatem  
quidem maximam: præcipuam ta-  
men confert Christianis Ecclesiasticis.*  
Nomen Historiæ deducunt Græ-  
ci ab ἱστορίη, quod est spectare vel  
cognoscere, indicantes hunc esse  
Historiæ usum, ut utilia ac necessaria tradat posteri-  
tati cognoscenda. Hinc Cicero exponit vocem Hi- *Cicero*  
storiæ *commemorationem antiquitatū.* Unde sic sonat  
Gnomologia Nicetæ Choniata, *Haud ab re appella-  
tur Historia, rerumq; gestarum descriptio Tuba clangor,*  
*quo jam olim mortui velut è sepulchris excitati, in medium  
producuntur.* Sic rectè informantur à rebus gestis  
tam præsentibus, quam futuri lectores. *Est enim Histo-  
ria,* ait Thuc. l. i. de bell. pel. *Tthesaurus ad omnem* *Thucyd*  
*posteritatem potius, quàm ludicrum quoddam, quo ad præ-  
sens tantum tempus aures demulceantur.* Cumq; multa  
fiant factaq; sint in quavis politia quæ commemo-  
ratione sunt dignissima, rectèq; posteritatem infor-  
mant, patet primo intuitu necessitas simul ac utilitas  
omnium Historiarum maxima. Sic in nostra Histo-  
ria

PROLOQVIUM.

ria sunt quædam rara, lectorem oblectantia, de quorum noticia propter vetustatis memoriam sibi rectè gratulatur posteritas. Talia sunt Inventio litterarum Gothicarum, quas vocarunt *Rundas*, quo *Alphabeto nullum est absolutius* ait Bon Vule. de Elem. Goth p. 13. Item Supputatio Calendarij in Baculo dicto *Rumstass* / quæ fuit ingeniosissima priscorum Scandianorum inventio. Item Dispositio prima præfecturarum Scandiæ, quâ 100 pagi singulis præfecturis numerati sunt, dicti inde *Hundari* & *Narad* quia cum singulis præfectis centeni in militiam datâ occasione pergerent. Hæc dispositio fortitudinem bellicam majorum nostrorum evidenter comprobat, quâ hodiè in posteritate remanere multi populi qui Sveo Goth armis fracti sunt, satis perceperunt, ut vere de his d. xerit Tacitus *2. Jora parentûm uberi referant.*

Tacitus.

Quam necessitatem & utilitatem cum jucunditate conjunctam, habet alia Historia, eandem vel præcipuè continet Ecclesiastica, jubemur laudare Deum in suis operibus, etiâ considerabimus omnia mirabilia Dei prædicando laudes ejus. Quæ opera sint magnificentiora, quâ conservatio Ecclesiæ? quæ mirabilia prædicant certius præsentiam Dei, ejusq; laudes extollunt quam defensio Ecclesiæ ab invisibilibus hostibus & singularissima cura Dei, ut nemo rapiat oves de manu ejus? Hæc gratuita Dei facta in Ecclesiam collata indicat Historia Biblica de conservatio Ecclesiæ V. T. memorabilia referens De Ecclesiæ N. T. collectione, conservatio & progressu per variam fortunam, quæ sunt observatu necessaria, continet Historia Evang. & Actuum Apost. simul cum doctis laboribus plurimorum in hoc genere

PROLOQVIUM.

nere scriptorum quorum diligenti lectione omnes  
Christiani & oblectant se, & serio incitatur ad decla-  
randam Deo gratiarum actionem pro conservacione  
Ecclesiæ, & ad cautionem adhibendam ne in hæreses  
prolabantur, aut amore impietatis deserant congre-  
gationem nostri mutuam. In nostra Hist Eccl. occur-  
runt quidem multa memorabilia sub primâ Religio-  
nis susceptione à priscis Magogetis facta; nam Tem-  
plum celeberrimū ædificarunt illi Ubsaliæ Sveonū,  
cultui sacro dicatū, quod omnes populi Septentrio-  
nales curam Religionis habentes, certis temporibus  
frequentabant, teste Ar. Switsfeld. Præf. Chr. Hujus  
Templi figura servatur Romæ, & impressa videtur  
Historiæ Joh. Mag. in ædib Birgit. Anno 1554 excusæ.  
Hic cultus Ubsaliæ institutus licet degenerarit suc-  
cessu temporis in idololatriam paganicam: Tamē pro-  
bari potest contra præconcepam opinionem Sax.  
Gram. fuisse eum cultum primâ institutione ad glo-  
riam veri Dei non idolorum directum. Quanquam  
hæc aliq; sub paganismō majorum nostrorum reli-  
giose tractata sint memorabilia, attamē multò sunt  
religiosiora æternâq; memoriâ dignissima, quæ no-  
vissimo seculo sub reformatione Eccl. nostræ, tem-  
pore Regis Svec. Gustavi I. etiam tempore Liturgico  
nostraq; memoriâ sunt hic peracta, inter quæ præci-  
puum obtinent locum Diplomata Regia & consti-  
tuciones de Eccl. nostræ conservacione, Academia-  
rum & Scholarum ordine. Itē donationes testameta-  
riæ &c. quorum bona pars nondū aspexit lucē, ipsaq;  
facile pereant, nisi volumini Historico inclusa ad  
posteritatem transmittantur. Unde necessitas simulac  
utilitas Hist Eccl. Sveo-Got. clarescit maxima, quod  
& specialius infra clucescet.

Ar. Switsfeld,

Joh. Mag.

Sax. Gram.



PROLOQVIUM.

2: *5. Historia Eccles. docet Ecclesiam Christi semper in terrâ  
rû permanfisse providentia Dei servatam, licet varia for-  
tuna expositam.* Promissio Christi Mat. 16. de Ecclesiæ  
conservatione manet firmissima, ne portæ inferorum  
prævaleant. Unde Bernhard in Cant. serm. 76. ait. *Non  
defecit genus Christianum, nec fides de terra, nec charitas  
de Ecclesia. Venerunt flumina, flaverunt venti, & impe-  
gerunt in eam & non cecidit id quod fundata esset super  
Petram. Petra autem erat Christus. Hoc enim Ecclesia  
proprium est,* addit Hil. lib. 7. de Trin. *Us tum vin. ab  
eum leditur, tum intelligatur cum arguitur, tum obineat  
eum deseritur.* Permanet autem Ecclesia Christi in  
terris, his causis ac fundamentis iunxia. 1. Ipse Deus  
colligit Ecclesiam, mediante ordine præscripto sc.  
prædicatione verbi sui, usuq; Baptismi, sicut dicit  
Christus, qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus  
erit. Hujus omnipotentia ac ordini quia resistit ne-  
mo, patet *Revocam* divino ordine continuè servato  
recte conservari. 2. Promissionibus certissimis de  
sui conservatione gaudet Ecclesia, ut contra portas  
inferni permaneat, nec relinquat Christus suos orpha-  
nos &c. 3. Nulli loco, neq; ulli hominum ordini  
alligatur Ecclesia, neq; certi temporis spatio certa  
ejus facies determinatur: sed cruci licet subjecta,  
colligitur tamen in omni populo ubicunq; invoca-  
tum fuerit nomen Domini. 4. Reformantur in Ec-  
clesia peccatores ordinariâ absolute à peccatis,  
ut in terris floreat Ecclesia: & prædicta est solennis  
Reformatio Ecclesiæ, circa mundi vesperam futura,  
postquam gelu & frigus lucidam faciem Ecclesiæ diu  
obscurassent, dicente Propheta Zach. 14. idq; repeti-  
visse Christum Mat. 24. & intellexisse de Renovatione  
Eccles.

Bernhard.

M. Larius.

PROLOQVIUM.

**Ecclesie post tenebras Antichristi futurâ, exponunt**  
**Antiqui.** Hier. lib. 3, in Zach. & l. 4, in Matt. Aug. l. 1. quæst. Ev. c. 38. Ambr. Tom. 4, f. 725. Theoph. in Mat. & Marc. 5. Tempus gentium à Christo prædictum Luc. 21. indicat Ecclesiam in terris ad finem mundi permansuram. Cum enim intellexerit Christus hæc tempora de conversione gentium testibus Evangelistis Mat. & Marco, eaq; nominat pluraliter καίρις quæ occasionem agendi notant, liquet aperte longa fore tempora conversionis gentium, eamq; data novâ in singulis nationibus occasione profuturam gentibus. Quod esse verum Historia Eccl. edocet. Sic nostra indicat, tempus & occasionem quando illuminati Reges Scandiani, nostriq; Sveo Gothi ab æcto Ethnicismo elegerint fidem Christianam. Itaq; Historia Eccl. de perpetua conservatione Ecclesie Dei in terris juxta ejus promissionem datumq; ordinem perseverante, nos rectè informabit.

Heronymus,  
 Augustinus,  
 Ambrosius,  
 Theoph.

3. *Indicat Historia Eccl. variam Ecclesia militantis 3.  
 faciem quomodo sit conservata, sive pressa, sive tentata fuerit.* Quoniam oportet Ecclesiam tubesse cruci, disposuit Deus varium modum conservationi ejus utilissimum, quem Historia Eccl. ostendit. Nam ubi tentatur varijs opinionibus Hæreticorum excitat Deus orthodoxos Theologos, qui scriptis & concionibus opiniones hæreticorum refutant, ac veritatem verbi Dei defendunt. Hoc omnibus temporibus factum esse, hodieq; fieri φλίσσο non ignorat, Antichristi Decretalia lentè producta pauci orthodoxi initio observabant; qui autem hisce contradicebant, & quod omnibus temporibus sint inventi, qui veritatem contra papam Rom, omnesq; secta-

Euf. bius.

rius religiosè confitebantur, testatur Historia Eccl. cum Catalogo Test. Ver. Qui fuerunt in nostra patria contradicentes Idolomania Papist. tum tempore Reformationis, tum tempore Liturgico, docet nostra Hist. Eccl. Adhuc cum persecutioni Tyrannorum subesse Ecclesia habeat necessum, illuminat Martyres & veritatis confessores ipse Spiritus S. ne constantia fidelium deficiat. *Licet enim innumera Christianorum millia quotidie obruncarentur,* ait Plinius II, teste Euf. l. 3. c. 32. *tamen non possent ipse impediri, quin antelucanos hymnos Christo canerent Deo.* Hanc confessorum veritatis constantiam & nomina illorum quovis seculo celeberrimorum continet Historia Eccl. item docet eadem, quomodo & in quibus Regnis conservata sit Ecclesia sub diversis motibus, sive tempore belli, sive ex scandalo securè peccantium productis, qui fuere sub tali Ecclesie conditione veri nutritij, quiq; seniores qui bonum Ecclesie statum cupierunt saluum, & qui corruptos hominum mores decenti correctione sustulerunt, id totum vera Hist. Eccl. indicat, & in posteritatis informationem recenset.

4. *Informat Historia Eccl. doctilem Christianum, quo sint usumodo Nutritij & inspectores Eccl. in Ecclesia tam ordinaria quam extraordinaria directione.*

Ecclesiam in terris certo ordine gubernandam, esse voluit Christus, tradens illi claves Regni cæl. cum iisdem simul potestatem remittendi & retinendi peccata concedens. Hac data potestate sunt usi Ecclesie nutritij ac seniores, dum ordinem Eccl. pro conditione status Ecclesie constituerent, semperq; servarent. In statu florenti instituerunt pij Reges ac

Ma-

Magistratus judicia Eccl. quæ *consistoria* vocarunt, & constituerunt inspectores Ecclesiarum, quos Ecclesia nominavit *Episcopos* & *Superintendentes*, Hoc enim semper observatum est, ait Columel. l. 12. de re R. de omni Rep. loquens, ut primoribus atq; optimatibus non satis justum sit bonas leges habere, nisi iustodes earum diligentissimos cives creassent, quos Græci *νεποιδάρχας* appellant. Horum erat officium eos qui legibus parerent laudibus prosequi; eos autem qui non parerent, ærâ mul-  
 tare. Tales custodes legum & executores Decretorum Eccl. habuit Ecclesia à temporibus Apostolorum quod Historia Ecclesiastica ostendit. Quod si Imperatores, qui Ecclesiam jussu Dei meritò nutrent, degenerassent in Tyrannos, aut Episcopi immemores mandati divini, viderentur principatum agere, & adversum se invicem contentionibus, Zelo, livore, superbâ, inimicitijs atq; odijs inflammarentur, qualem fuisse  
 Ecclesiæ statum tempore Diocletiani, Maximiani & Maximini Imp. testatur Euf. l. 8. c. 1. conservavit Deus constantem confessionem beatissimorum martyrum, quorum divinos agones describit ibid. Excitavit etiam spiritus Dei pios Imp. Constantinum Mag. & quosdam ejus successores, qui Zelo veritatis accensi, curam Religionis soverunt, & ordinem Eccl. instituerunt. Hoc factum esse ostendit Historia Eccl. tam in V. quam N. T. descripta, demonstrans simul conservatam esse Religionis veritatem, olim per Prophetas divinitus excitatos, deinde per orthodoxos docentes in Ecclesia N. T. illuminatos & *καθηγητάς* Spiritus S. donatos, qui veritatem verbi Dei tam proprijs scriptis, quam conclusio-  
 nibus synodalibus constanter professi sunt. Sic  
 in-

Columella,

Eusebius

PROLOQVIUM.

8

informavit Ecclesiam Orientalem ab Arrianismo tentatam, eamq; in confessione veritatis crudivit tum Athanasius cum Episcopo Alexandro: tum Concilium Nicenum. Deinde crescente eadem herefi, post mortem Athanasij, defenderunt fidem Christianam contra furores Aetij, Macedonij &c. multi sancti confessores, Meletius, Nazianzenus totusq; chorus sanctorum patrum quarto seculo viventium, quorum pia scripta adhuc supersunt. Ecclesiam Occidentalem Decretis Papæ Rom. turbatam, & à justitia Christi deficientem studebant corrigere quædam Synodi Toletanæ, post annum Christi 671 congregatæ: etiam pij docentes in Synodo Britannica circa annum Christi 664 convocati, siquidem Scoti vehementer abhorrebant à Pontificijs ceremonijs, teste

*Chander.*

*Beda.  
Sigebertus.*

Beda & Sigeberto: Postquam vero auferentur nimium Traditiones Papales. opposuerunt se Tyrannidi papæ Rom. aliquot Imperatores, etiam Cardinales Pisis congregati, anno Christi 1409. Item Bohemi cum suo Joh. Huss alijsq; Doctoribus: tamen ante Lutheri Disputationem anno Christi 1517. non est facta Ecclesiæ Reformatio, prædicta Zach. 14. Mat 24 de qua supra. Modum hunc conservandi Ecclesiam militantem, tam ordinariè quàm extraordinariè usurpatum indicat Historia Eccl. quæ etiam declarat ordinem ac processum, quinam convocarent olim Concilia & Synodos nationales. quorum esset vota & suffragia in illis conferre, ac sententiam pronunciare, & pronunciatam subscriptionibus confirmare. Hoc totum explicat Historia Eccl. dans posteritati manuductionem in hisce rectè procedendi. Sic in patria nostra sunt convocata Concilia

Na.

PROLOQVIUM.

Nationalia de Reformatione Ecclesiæ nostræ, abjectâ Religione Papisticâ, & exclusis superstitionis ritibus olim introductis. Unum convocavit pius Rex b. m. Gustavus I. an. 1529. Örebrogiæ celebratum, & Histor. Gu. I. subscriptione Nunciij Regij confirmatū. Alterū solenne convocari fecit Dux Carolus, ut infra declaratur.

*s. Multum confert Historia Eccl. ad illustrandam veram, eamq; distinguendam, à falsa, Religionem.*  
 Quamdiu durabit Ecclesia columna veritatis, tamdiu veram Religionem permansuram novimus. Falsam autem & præconceptam Religionem esse vanam & temporaneam Historia docet, multisq; fallacijs mixtam, ut eandem Tempus aut mutet in aliam hæresin aut sempiternæ oblivioni tradat. Notat hoc ipsum visio Apoc. 12. ubi legitur Michaëlem projecisse Draconem seductorem universi orbis de coelo, h. e. Ecclesiâ militante, in qua habitant homines, quos Draco studet seducere. Cumq; seductio fiat per dogmatis satanici, seu hæreticæ pravitatis propagationem, prædicatur hic Draconem iri projectum de Ecclesia, cum illius dogma & hæretica pravitas pereat, ejusq; vanitas detegatur. Nam cum mulier (Ecclesia) potius fugiat in desertum, quàm ut à veritate verbi Dei deficiat, & Draco fugientem persequens, attamen ad delendam Ecclesiam insufficientis, emittit flumen tum persecutionum, tum hæreson, falsorumq; dogmatum, ut totam suam invidiam in Christum ejusq; populum, & fraudes in Deceptionem Christianorum paratas effundat ac patefaciat: verè notabile est quod addit textus, terram fuisse mulieri auxilio, ut absorberet flumen, seu deleret, cum tempore, hæreses & hæresiarchas, ut perpetuâ

oblivione sepelirentur, quasi à terra absorpti. Sic perit falsum dogma dum nova exsurgit, sub eodem pallio hæresis, alio modo procedendi, alioq; nomine nota, quod pallium erroris postquam illi fuerit dettactum, rursus & ipsa perit, manente nihilominus verbi Dei veritate in æternum. Hoc idem sciuit Gamaliel dans consilium probandi veritatem doctrinæ Apostolicæ Act. 5 his verbis: *Si est ex hominibus confisum hoc aut opus, dissolvetur: Si vero ex Deo est, non poterit is dissolvere illud.* Exempla deletarum hæreseon clara sunt. Perijt dogma Nicolaitarum, Manichæorum, Donatistarum, &c. Arrianismus licet diu vexaverit Ecclesiam, ita tamen perijt, ut sit transmutatus, in Photinianismū & Turcismum. Hæresin Pontificiam in varias transijssæ Religiones ipsi confessionistæ fatentur. Sic enim Card. Host. in 3. Decret. c. 10. *Religioso licet de una Religione ad aliam majorem transire.* Item, Canonistæ Roder. Tom. 1. quæst. 2. art. 2. *Illud Religionis votum est sacrum, quod solemnizatum fuerit per professionem expressam vel tacitam, factam alicui de Religionibus per sedem Apostolicam approbatis.* Calvinismus partitus est in variam confessionem Puritanorum, Remonstrantium &c. Sola Evangelica Religio à Crytpa-Calvinianis, Flacianis, Anabaptistis purgata, manet inconcussa, juxta Scripturam Apostolorum & Confessionem fideiū jam inde in Eccl. verâ servatam. Sic in nostra Eccl. perijt dogma Papiisticum post conversionē gentiliū majorum nostrorū à paganismo ad fidem Christianā introductū, factâ Reformatione Eccl. nostræ per Regem Svec. Gustavum I. & post illa hæresis per factionem Liturgicā tempore Regis Svec. Joh. III. esset renovata, etiam illa perijt divinâ dispositione,

Card. Hostien-  
sis  
Rodricus,

tione, dirigente Duce Carolo Regni Svec. Principe  
 hæredit. quod totū nostra Historia Eccl. ad oculū de-  
 monstrabit. Confert itaq; Historia Eccl. hanc utilita-  
 tem Lectori, ut designet falsam Religionem in hac du-  
 ratione temporaneā, & veram Religionem indicet  
 perpetuā confessione fidelium, omnibus temporibus  
 viventium, præterea notat Historia Eccl. hæreticos ex  
 ipso stylo, modoq; defendendi suam pravitatē, ut vel  
 hinc cognoscat pius differentiā falsitatis à vera Reli-  
 gione. Ruffin. testatur l. 10. c. 25. *Actium pluresq; Arrianos* Ruffinus.  
*arte dialecticā fuisse præpotentes, ut ratiocinando, non*  
*Scripturam adferendo vincerent.* Ipsaq; Confessio Arrij  
 annotata in Hist. Trip. l. 1. c. 15. indicat, captiosum esse H. A. Trip.  
 stylum hæreticorū fraudibus plenum. E contra dicit  
 pius Imp. Constantin. in Conc. Nic. teste Trip. l. 2. c. 5,  
*expellentes hostile certamen, ex verbū divinitus inspira-*  
*tū solutionem quæstionum mente percipiamus.* Scholastica-  
 rum cacœthes quantum introduxerit in Scholas non  
 solum rerum Philosophicarū & Theologicarum mixturam  
 ac perniciosam confusionem simul cum barbara & inlegan-  
 ti loquendi ratione, ut præceptor olim meus D. D. Men- Mentzerus.  
 zerus, p. m. conqueritur in præf. sui Anticrocij: verum  
 etiā quàm spinosas ac curiosas quæstiones materiam  
 hæreseon & falsarum opinionū, quas orthodoxi tan-  
 dem refutarunt, peperit, jam omnibus in confessio est.  
 Hæc n. duo coherent, ait Chemn. præf. L. C. *Mutatio* Chemnitius.  
*doctrina & novi modi loquendi.* Hanc praxin hæreti-  
 corum multiplici factione conjunctam probat nostra  
 Historia Eccl. veram esse, nam tempore Reformatio-  
 nis Eccl. sub Rege Gust. I. restiterunt Episcopi Papa-  
 les, piæ actioni, utentes fallacijs ac dolis pluribus,  
 etiam tempore Liturgico idem factum audiemus.



6. *In Historia Eccl. ex adductis exemplis commo-  
 fiant superiores in Ecclesia & Politia, sui religiosi officij.*  
 Quoniam humanum est eligere libertatem vivendi,  
 nec admittere admonentem licet ex officio agen-  
 tem; quin potius velit natura odisse, disivaforem,  
 noxiæ libertatis, etiam pœnam fugere licentiâ di-  
 gnam, si possit fieri. Hoc vitio gravius laborant, ut  
 plurimum, supremi in Ecclesia & politia quos pauci  
 audent compellare, pauciores volunt justam admo-  
 nitionem (si viderint hanc venire ingratham) dare;  
 siquidem humanum est agere ubiq; alijs grata, & *fa-  
 tigando se*, ait Salust. de bell. jug. *nihil aliud quam odio  
 hominum querere, extrema dementia est.* Ideo sunt uti-  
 lissima scripta Historica, quæ allatis Exemplis infor-  
 mant omnes, præsertim gradu superiores, quos vi-  
 demus in multa intentos, ut inferiorum admo-  
 nitione aut non videantur indigere, aut minus mo-  
 veantur; hi ipsi ex libris Historicis proficere pos-  
 sunt, legentes & imitantes Exempla illorum qui of-  
 ficio rectè invigilarunt, & fugientes pœnam alio-  
 rum, qui officio suo aliena fecerunt. Unde Deme-  
 trius Phalereus dixit Regi Ægypti Ptolomæo, *hunc  
 esse præcipuum librorum usum, ut alij qui vocem admonen-  
 tis nolunt, tacitam scriptura admonitionem acceptent.* Et  
 Plutarch. de Inst. puer. Ait: *Actorum prius gestorum  
 memoria exemplum est prudentiæ deliberationis de rebus  
 futuris instituendæ.* Sic nostra Historia dabit Exem-  
 pla plurima, informantia non tantum personam at-  
 tenti lectoris in exercitio pietatis; Sed sedulo incul-  
 cantia conservandam esse omnibus patriotis, ac suc-  
 cessoribus nostris, Religionem Evangelicam, quam  
 Antecessores non solum in Conc. Ubia., an. 93 com-  
 mu-

Salustius,

Plutarchus,

munibus suffragijs approbarunt: Sed sequenti tempore, tum vivente Rege MAGNO GUSTAVO ADOLPHO, tum ipso mortuo, solenniter in publicis comitijs iterarunt. Quod pius L. hic explicatum videbit.

7. Historicus hæc imprimis observabit. 1. *Veram scientiam rerum gestarum sibi comparabit, eamq; veritatem bonâ fide narrabit, & veterum monumenta ex auctoribus fide dignis, non ex fabulis aut suspicionibus colliget.* 2. *Protopolepsian vitabit, ut in nullius odium aut gratiam quidquam scribat.* 3. *Nihil ex auctoritate propria (si aliquâ polleat) præjudicabit; sed aliorum sententias & iudicia sana de rebus gestis, qua auditu velati digna narrabit.* 4. *Inspiciet frequenter Titulum operis, ne aliens admiscendo, sua imperfectè tractet.* Qui Historicus hæc observat, res gestas posteritati cum fructu tradit. *Causa Requisiti 1. est, Ratio nominis, Historiæ vult omnia habere certa & explorata; siquidem dubia & incerta animum legentis movere non possunt, neq; firmum est opinabile iudicium ex dubijs productum.* Hinc ait Cicero 2. de orat. *Quæ ne sit primam esse Historia legem, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non ausit.* 2. Vis infertur veritati, dum scribit Historicus aliquid ad gratiam aut odium. Differt enim stylus Oratorius ab Historico: ille persuadebit probabilia, hic acta narrabit vera. Unde Nicetas Choniæ. sic ait: *Historia vestem amat non sanè luxuriosam & exoticam, sed simplicem & mundam; nec perspicuitate & brevitate quicquam habet antiquius.* Atq; iterum Cicero. *Historia lex est, ne qua suspicio gratia sit in scribendo, ne qua simultas.* 3. Præjudicia ubiq; damnantur, quia ex nuda opinione procedunt, & imitantur. ff. *deus plerunq; corruptos;*


ideo solent Historici pauca viventium Acta describere, ne quid dare auribus, & veritati injuriam inferre videantur. Hac causâ moti Principes Hisp. noluerunt Catalogum virorum illustrium à Lucio Marinæo Siculo consignatum illis viventibus fuisse publicandum, causam dederunt (ait idem lib.22.) *ne inter viventes, ut est humana conditio, magna nasceretur invidia.* 4. Cum ordo sit ubiq; necessarius, etiam in conscribendis libris & ad utilitatem legentium conformandis, non omissatur. Ecclesiastica sine suo modoq; tractandi differt ab Historia politica. Ideo caveat Ecclesiasticus ne intermittat illa, quæ indicant Ecclesiam in terris fuisse conservatam, & ab hæreticorum Sophisticâ purgatam: Politicus non relinquat intacta, quæ bonum statum Reipub. persvadent, & inordinatum dissuadent.

8. *Historiam nostra Ecclesia licet multi tam exteri quàm indigena scripserint: tamen desiderantur adhuc non pauca, proximo præsertim seculo peracta, de quibus, posteritas sit rectè informanda.* Antiquissimi Scriptores qui monumentis literarum tradiderunt Historiam gentium, etiam memoriam nostrorum Scytharum & Sveo-Gothorum claram dederunt; licet de ignotis loquentes, nostros majores ignotis ac corruptis nominibus indigitarent. Plinius vocat Svevones, Nerigon, Getas vel Scandianos, Guttones, Ptolomæus Guthas & Gythones. Tacitus Svionas & Gothones. Nec illi describere hos populos integrè, causa erat, quia 1. Omnes Antiqui putabant Scandiam esse Insulam Germaniæ annumerandam, ideo Tacitus sub Titul. Germ. hos populos commemorat, 2. Populus Scandianus habuit

PROLOQVIUM.

17

buit peculiarem linguam ac scripturam Runicam, quam neq; Græci neq; Latini intellexerunt. 3. Sveo-Gothi antiquissimi exercebant propter usum linguæ & cognationem. commercia cum Scythis Thracensibus; ideoq; exteri Historici illorum Scandianorum Acta publica (quid dicam secreta & rationem cultus) Ignorârunt. Prætereo defectum Historiæ Svec. hæctenus publicatæ, quo intermittuntur multa, ad cognoscendum nostræ Ecclesiæ statum præteritum & præsentem pertinentia, Hunc defectum iussu Magistratus resarcire: *quod si* studebo. Si velint Patriotæ, qui monumenta Patriæ servant, mecum communicare plura, faciam ut nec illa omittantur, nec illi suo honore destituantur. Hæc proloquij loco ante annum lectori proposita, hic repetita sufficiant.



NOMINA AUCTORUM,

ex quibus vetustas & Acta publica Sveo-Goth.  
sunt desumpta.

<b>A</b> bdias Babylonicus, Historicus Eecl.	Ant. Possavinus, Nuncius Apost. in Srij Archivum Holmensis.
Ablabij Consul Rom. Historia civitatur.	Ar. Switzfeld Nobilis Danus.
Abrahamus A. A. Archiepisc. Upsal.	Arsgrius Jona. Illud. Historicus.
Adam Bremenf. Historicus Svec.	Augustinus Episc. Hipponensis.
Ælius Spartianus Historicus,	Aventinus Histor. Boj.
Agathius Historicus Goth.	A. Seneca, Scriptor Rom.
Alf. Chartaginef. Historicus Hispan.	Bart. Anglicus Historicus.
Alb. Crantzius Historicus.	B. Rhenanus Comm. Taciti.
Alb. Gagninus Historicus Pol.	Berosus Histor. Chaldeus.
Ambrosius Episc. Scriptor Eecl.	Bon. Vulcanius Scriptor antiq.
Amb. Marcellinus Historicus.	Cæf. Baronius, Cardin. Pol.
Angales Vetusti Svecorum.	Chronicon vetus Danorum,

Ch. Fe.

- Ch. Pezelius Histor. Germ.  
 Colerus Comment. Taciti.  
 Corn. Tacitus Histor. antiq.  
 Cromerus Episc. & Histor. Pol.  
 D. Chytræus Theol. & Hist. Germ.  
 Diod. Siculus Bibliothecarius.  
 Dion. Historicus Græcus.  
 Dionysius Histor. Græc.  
 Epistolæ quædam Paparum Rom.  
 Epistolæ St. Holij Cardin. Værm.  
 Ericus Ubsal. Theol. & Histor. Svec.  
 Exegetis Hist. Holmiæ Impressa.  
 Fab. Quadrantinus Scriptor Pol.  
 Fr. Stypman Scriptor Germ.  
 G. Marctor Geographus.  
 Goldast Nobil. & Hist. Boh.  
 Geropius Histor. Holland.  
 Guntherus Poëta.  
 Herodotus Histor. Græcus.  
 Hieronymus Theol. Comm. Bibliorum.  
 Historia Gustaviana Erici Tegel.  
 Historia Tripartita.  
 Jac. Bergomensis Chronol.  
 Jsnus Minor Histor. Suec.  
 J. L. Götsfid Hist. Germ.  
 Joh. Magnus Theol. & Histor. Svec.  
 Joh. Sfyttæ Senator Regni Svec.  
 J. Messenius Hist. Svec.  
 J. Værovius Scriptor Eccl.  
 Jornandes Theol. & Histor.  
 Isidorus Episc. & Histor. Hisp.  
 Jul. Capitolinus Histor. Rom.  
 Justinus Comm. Trogi Pomp.  
 Laëtantius Scriptor Eccl.  
 Laur. Nericius Archiep. Ubsal.  
 Laurentius Paulianus Archiep. Ubsal.  
 Læzius Historicus Austricus.  
 Livius Histor. Rom.  
 Lucanus Poëta Rom.  
 L. Osiander Theol. & Hist. Eccl.  
 Lupold, Ebenburgens, Scriptor Eccl.
- M. Catonis Fragm. Histor.  
 M. Chemnitius Theol. & Scrip. Eccl.  
 M. Drefferus Hist. Germ.  
 Nicephorus Histor. Græcus.  
 Olav. Martini Archiep. Ubsal.  
 Ol. Worm. Histor. Dan.  
 Orosius Histor. Rom.  
 Otto Frising. Episc. & Hist. Germ.  
 Paul. Diaconus Histor.  
 Paul. Nolanus Hist. antiq.  
 Pet. Bertius Geographus Holl.  
 Pet. Kenitius Archiep. Ubsal.  
 Phil. Nicolai Theol. & Scriptor Eccl.  
 Plinius II. Historicus.  
 Plutarchus Græc.  
 Polybius Historicus Græc.  
 Pomp. Mela Cosmographus.  
 Procopius Historicus Goth.  
 Ptolemæus Geographus.  
 Rod. Bor. & P. March. Historici bell.  
 Rod. Samius Episcopus Hispan.  
 Rod. Tolæranus Episc. Hispan.  
 Ruffianus Historicus Eccl.  
 Salvianus Massil. Scriptor antiq.  
 Saxo Historicus Dan.  
 Seb. Francé Histor. Germ.  
 Seb. Munsterus Cosmogr.  
 Seth. Calvisius Chronol. Germ.  
 Snorre Sturl. Chronol. Norveg.  
 Solinus Epithomator Plinij.  
 Sylv. Phrygius Theol. Svec.  
 Strabo Geographus.  
 Theodoretus Historicus.  
 Thasophylæus Episc. & Scriptor Eccl.  
 Thucyd. de Histor. Græc.  
 Trebellius Pollio Histor. antiq.  
 Victor Episc. & Histor.  
 Virgilius Poëta Rom.  
 Xenophon Lampscænus.  
 Zosimus Hist. Græc.

# HISTORIAE ECCL. SVEO-GOTH.

## LIBER I.

### DESCRIBENS CONVERSIONEM

Gentis SVEO-GOTH. ab Ethnicismo  
ad Christianam fidem.

#### CAP. I.

*De Antiquitate Gentis Sveo-Goth. in Scandia  
primò residentis.*



Vetustatem Gothorum Sveonumq; ex professo hic demonstrare non est animus, nec scripti intentio: Sed describere populum decet, cujus Historiam Eccl. contexere lubet. Hic cum sit antiquissimus, cujus celeberrima facta, omnes ferè Historici, tam Græci quàm Latini deprædicant, non est qui vetustatem Gentis vocet in dubium: Sed de Origine Gentis ortuq; Gothorum quæstio est. Tanta est gloria antiquissimorum Gothorum, tam clarum Gentis nomen, ut multæ nationes Gothico nomine gaudere velint, ideo necessum est præponere Argumenta certissima, probantia antiquissimos Gothos tum elegisse in Scandia primam sedem, tum reliquisse ibidem suam posteritatem, quæ hodieq; profeminat illorum progeniem & cognomines; Ne pius L. nostra legens, nos scribere Historiam populi alibi degentis cogitet.

- Scandiam* vulgo dictam vocat Plinius *Scandinavia*, & Jornandes *Scanziam*; Aliqui vetustiorum *Baltiam* & *Basiltiam* nominant. Hanc quidam Antiquorum volunt insulam esse, eamq; Germaniæ annumerandam, decepti testimonio Ptolomæi dicentis lib. 2. Geogr. c. 11. *Insula Germania adjacent, juxta Albis fluvij Ostia tres, Saxonum appellata, quatuor Scandia nuncupate.* Meminit etiam Plinius Hist. lib. 4. c. 12. *Insula Sarmatica, ubi Scytharum Gentes sunt variè littori opposita, aliàs Geta, Daci à Romanis dicti.* Hinc Solinus Epithomator Plinij ait, c. 23. *Scandinoviam Germanicarum insularum esse maximam.* Ph. Cluverius citat ex Plinio l. 6. c. 13. Xenophontem Lampscenum vocantem *Baltiam insulam immensa magnitudinè, quam Pythas Basiltiam nominat.* Verum hi veteres fatentur ingenuè *Scandiam non fuisse sibi exactè cognitam.* Nam Plinius vocat hanc *incomperta magnitudinè insulam.* Ptolomæus ait, *Sarmaticam esse terram à Septentrionibus incognitam.* Recentiores post cognitam *Scandiam* correxerunt opinionem Antiquorum. Sic Paul. Diaconus, de gest. long. lib. 1. *Scandinavia non tam in mari est posita, quam marinè flutibus propter planiciem marginum, terras ambientibus circumfusa.* Munsterus in Ptol. l. 2. *Scandinavia Plinio, nobis Scandia, non est insula, sed Chersonesus ingens, unde Gothorum, sive Getarum gens & eorum conjuges Amazones.*
- Situm *Scandiæ* ab occidente definit Plinius dicens, *Abest à Britannia 6 dierum navigatione.* Jornandes de reb. Get. fol. 1088. in Hist. Aug. describit situm *Scandiæ* ex Ptol. sic: *Est in Oceano Arcto Salo posita insula magna, nomine Scanzia, in modum folij Cedri,*

*Cedri, lateribus pandū post longuin ductum concludens se, ejus ripas influit Oceanus, Germaniam Scythiarūq; di-terminans.* Hic tolle vocem Insulæ se concludentis, & situm Scandiæ rectè descriptum habes. Quod Magogetæ mox à diluvio excoluerint Scandiam, sequentia Argumenta demonstrant.

Argumenta  
prostantia  
Sveo-Gotho-  
rum veteres-  
tem in Scand-  
ia residen-  
tium.

Certum est à interpretatione antiquissimorum, Historicorum, progeniem Japheti & Magogi occupasse Regiones Europæ septentrionales & occidentales, ultra fluvios Araxen in Armenia, & Tanain in Sarmatia sitas. Inde affirmat Moses Gen. 10. Insulas Maris fuisse inter Japheti familiam divisas. Quoniam hi populi plagam Septentrionalem occupantes, descendissent à *Magogo*, dicti sunt *Magogeta*, quos Historici ab ultimis vocis syllabis vocarunt *Getas*, etiam postea suis de causis *Gothos* & *Scythas*: Cūq; voces Getharum & Gothorum sint Gentiles, nec alia differentia illarum dari poterit, quàm hæc sola, quod dicti sint plerunq; Geta qui habitaverunt in orientali plaga Scythiæ, Gothi in Scandia primam elegerunt habitationem; Hi verò inde egressi conjunxerunt se cum Getis, ducentes communem exercitum in Asiam; ideò scribit *Ælius Spart.* in Cavacall. *Getas fuisse dictos, qui postea Gothi appellati sunt*: Etiam Gothi Scandiani exercuerunt commercia cum Getis Thracensibus; Ergo videntur quidam Recentiores nullam habere causam arguendi scriptores incitiæ, qui Gothos & Getas ex eadem fuisse origine annotant. Historia Goth-Getarum cum esset primis scriptoribus ignota, fabulabantur *Schyten* quendam, de hac gente oriundū, suo nomine populum insignivisse, teste *Diod. Sic. l. 2. Bibl. f. 90. Plinius l. 7. Hist. c. 56. Diod. Siculus* vocat



- vocat *Scythen Jovis filium, qui arcum & sagittam invenit.*  
 Berofus, Berofus imaginatur vetustatem Scythæ dicens *eu-  
 fuisse genitum ab Araxa Prisca*, sic dicta ab Araxe flu-  
 vio Armeniæ, quâ in terra, erat nomen Scytharum,  
 Herodotus, celeberrimum. Narrat Herodotus initio Melp. fabu-  
 lam de *Targitao, Jovis filio, à quo Scyths descendisse*,  
 hi ipsi retulerunt Historico. Sed cum ratio nomi-  
 nis Scythici hinc nulla detur, saltem videtur nomen  
 Tartari à Targitao capisse, de reliquo penes lecto-  
 rem fides narrationis esto. Meminit ibid. *Scytha filij*  
*Herculis*, in Regione Sarmatiæ Hylæâ oriundi: quæ  
 narratio qualis qualis sit, indicat tamen *nomen Scythi-*  
*cum* in Sarmatia capisse. & nomen Schytta rectè *com-*  
*petere bellatoribus* (præsumitur soboli Herculis) ex Sar-  
 matia olim, nostraq; hac Scandia egressis. Verius  
 ergò dicimus Schytas invenisse nomen lingvâ Go-  
 thorum à peritiâ jaculandi, seu emittendi sagittas,  
 quam Gothi declarârunt in militiâ maximam. Vo-  
 cant enim Gothi Jaculum *Skott* & Sagittarium *Styts*  
 Jac. Bergom. ta. Sic Jac. Bergomensis in suppl. Chron. *Magoga gen-*  
 tes à *Græcis Scytha appellata sunt, à quibus Scythia & Go-*  
 Diod. Siculus, *thia nomen habuerunt*. Sic etiam Diod. Siculus l. 5. c. 23.  
 Tr. Pollio. *enumerat Regioni Scythia in sulam Basilicam*. Treb. Pol-  
 lio in Galien. ait, *Scytha h, e, pars Gothorum Asiam va-*  
 Dressius, *stabant*. Inde concludit Dress. Itag. Hist. par. 5. *Scy-*  
*tha populi Septentrionales à Gothis, ut Treb. Pollionis fere*  
 Messen, *opinio, orti sunt*. Hinc affirmat Messen. in Spec. Sv. c. 8.  
*Sueclam fuisse scriptam antiquissimo Gothorum cha-*  
 Snor. St. *ractere Scythiam*. Et Snorre Sturl qui vixit ante an-  
 nos 422, nominat expressè in Chr. R. Norv. Sveciam  
 Scythiam, indicans majorem in Asia Scythiam ita  
 fuisse ab hac Scandio-Europæâ distinctam, ut illam  
 majo-

majorem nominarent antiqui Gothi *Budheem*, i. e. domicilium Deorum: Hanc Europæam inferiorem *Wantheem*, i. e. domicilium virorum. Propter hanc Scythiæ amplitudinem dixit Amm. Marcell. lib. 30. *Amn, Marce*  
*Scythia solitudines in immensum extenta.* Antiquitatem hujus Gentis sic describit Pomp. Mela, l. i. Cosm. *Pomp, Mela*  
*Gentium prima est Scythia, in Septentrionem diversis frontibus vergit.* M. Cato in Fragm. 2. ait. *Principatus originis semper Scythiis tribuitur, à quibus audis colonias per orbem missas ferunt.* Chronica nostra Gentilia ostendunt duos Magogi filios, *Svenonem & Geberem*, aliàs *Gogum* vel *Gothum*, his Scandianis Sveonibus & Gothis, originem & nomen dedisse. Ideò non valet conjectura Dresseri de Etymo Gothorum, *Dresser*  
 quod sint ita dicti à *Gott* i. e. Deo: Nam voces *Getæ & Gothi* sunt Gentiles; hi etiam dicuntur *Gythones & Gutæ*, vocibus in patriâ notissimis. Cumq; mirum esset in hac gente studium *Poëseos* (teste Cranzio l. i. Svec. c. II.) dum patriâ linguâ Heroum præclaras res gestas ita caneret, ut pariter & oblectaret lepore audientes, simul & doceret Antiquitatum præclara facinora; ideo Rythmos antiquitus de his gestis publicatos Gothico sermone hodieq; legimus, qui docent originem Gothorum & Sveonumq; esse de *Magogo* Noë nepote, & primam habitationem eorum in Scandia fuisse. Hi Rythmi sunt in profam orationem translati à *Jano Min.* Retorf. in. *Janus Min.*  
 p. par. c. 5. Nec diversum habent antiquissimi Scriptores. *Plinius* l. 4. c. 12. inquit. *Scytharum gentes sunt Geta, Dact à Romanis dicti, mox Alani & Toxolani* (in margine corrigitur, *Troxolani* vel *Roxolani*) vox *Roxalani* sonat quasi *RossAlani*, id est, Equestres Alani: Nam *Ross* significat Gothis Equum militarem, & *Ala-*

- Alani habitarunt primò in Ålandia & Slandia, infulis Gothicis. Nec videntur deesse in Sveonia Rox Alani in Rostogon/ Trox Alani in Trögden. Nam Cromerus de R. Pol. l. 1. c. 8. tribuit Rox Alanù terram Suecia, Litvonia, Lithuania, Poloniaq. Dictos fuisse Alanos à provincijs Sueciae Åland/ Sland innuit Procopius l. 3. bell. Vand. affirmans *Alanos cum Gothù egressos, etiam cum hisce communem duxisse exercitum.* Isidorus in Chron. Goth. f. 277. testatur *Vandalos & Alanos cum Gothù pariter in Hispanias olim fuisse ingressos.* Legitur etiam Regem Goth Hunericum habuisse Titulum *Vandalorum & Alanorum*, teste Victore l. 2. de Perf. Vand. Hinc Dionysius vocat hos conjunctim ἀλλκηνέθας ἀλάνας (robustos oberrantes) Lucanus eosdem nominat duros æterni Martis alumnos, teste Pez. Mel. Hist. p. 3. c. 1. Plinius l. 37. c. 2. *Accenset Vndelicù (Vandalù legendum esse monet rectè Ph. Cluver. Germ. ait. l. 3.) Guttones conterminos Daciù.* Item, vocat *Guttones gentè Germania accolas.* Huic consonat testimonium Ptolomæi Geogr. l. 2, c. 11. dicentis, *Scandiam meridionalem tenent Guta & Dauciones* (Munster sic exponit, Guta sunt Gothi, Dauciones Dani.) Guta vox est Gothòrum vetustissima, quã hodieq; nominant pueros adultiores *Gutar.* Inde Ph. Cluver. G. A. l. 3, c. 41. *Supra Scandios incolère Guta, sive Guti, quorum Regio etiam nunc vocatur vulgo Gudland/ Gulland/ Gylland.* Adhuc Ptolomæus Geogr. l. 3. c. 9, describens Sarmatiam ait, *Tenent Sarmatiam maximè gentes Veneda, per totum Venedicum sinum. Sub Venedis sunt Gytbones* (Gothos sic nominavit) *Rostphinni.* Ad terram Sveo-Gothorum pertinere Sarmatiam probat ex Jornande Cromerus R. p. l. 1, c. 7, dicens, *Jornandi Alpes Da-*

*Daciam claudentes ab Aquilone, Sarmatici montes sunt.*  
 Lazius Historicus Regius l. 2, de Aborig. dicit: *Ma-* Lazius.  
*gog in septentrionem migravit, ubi latè Sarmatia exten-*  
*ditur.* Item l. 10. *Dacia & Alania finiuntur ab oriente,*  
*desertis Sarmatia.* Denominationem Gothorū hanc  
 addit Isidorus l. 9. Orig. f. 75. *Gothi à Magog filio Japhet* Isidorus.  
*nominati putantur, de similitudine ultima syllaba, quos*  
*veteres magis Getas quam Gothos vocaverunt,* Bart, Angl.  
 de propr. R. l. 15, c. 47: *Daci Gothorum soboles, dicti* Bart, Angl.  
*quasi DAGI, è Gothorum se, gente procreati. Gens si-*  
*animo fava contra hostes, tamen naturaliter pia est, &*  
*mente placida erga quoslibet innocentes.* Item c. 50. *Scy-*  
*thia annumerat Alaniam, Gothiam, Daciam.* Item c. 71.  
*Gothia creditur à Gog filio Japhet vocata. Gens Gotho-*  
*rum genere armorum terribilissima, de quarum sobole*  
*maxima pars Europa & Asia creditur populata. Getuli*  
*in Africa, Amazones in Asia, ex Gothorum prosapia pro-*  
*cesserunt.* Item c. 153. *Suecia est Regio inferioris Scythia*  
*in Europa, à qua tota Gothia, qua inter Danorum & No-*  
*vicorum aquilonarium regna, maxima est Regio, hodie*  
*nominata, habens mare Balticum ab oriente, Oceanum*  
*Britannicum ab occidente, Norvicorum prarupta & popu-*  
*los à septentrione, à meridie verò Dacorum confinijs inni-*  
*tatur. Gens valde robusta, cujus militaris potentia quon-*  
*dam totius ferè Asia & Europa partem maximam multis*  
*temporibus edomuit, quos aggredi tempore Alexandri M.*  
*Gracorum audacia extimuit. Julij etiam Casaris invidi*  
*potentia cum Gothis Noricis & Aquilonaribus populis alijs*  
*congregari formidavit. Ex istorum prosapia Amazones*  
*processerunt, ut dicit Oros. & Isid.* Hæc antiquorum  
 scriptorum testimonia demonstrant tum ipsius po-  
 puli Sveo-Gothici, sub nominibus Gothorum, Guta-  
 rum.

rum, Gythorum & Alanorum descripti; tum habitationis ejusdem in Scandia vetustatem.

Alex, Gvag<sup>no</sup> Quo modo pervenerint incolæ in Scandiam, tangit Alex. Guagninus in R. Pol, Sic explicans Ptolomæum: *Antiquissimi tituania incola ex Cimbris & Gothis ortum sumpserunt, Nam hi habitantes ad Bospherum Cimmericum, Maotidis paludibus proximum, ultra fontes Tanais fluvij, haud difficile illis fuit, per Regiones propinguas Russiam, Lituaniam, Livoniam & Cimbricam Chersonesum progressis, toto eo itinere se passim diffundere, & in Suecia, Dania, Gothlandia latè dominari.*

Joh, Shtytc. Verum cum hæc propagatio minus explicat primam Scandiæ inhabitationem, repetam Prælustris Baronis, Dn. Joh. Shtytc descriptionem primæ inhabitationis Scandiæ, quam proposuit publicâ oratione, ante an 40, in florentiis, Acad Marp, dum studiorum gratiâ ibi commoraretur, quæ descriptio sic sonat, *Magogus Noë ex filio Japheto nepos, Schyttica gentis conditor & propagator, primò in illa Europæa Schyttica parte qua jam Finlandia terminis continetur, imperium suum longè lateq; exereuit: Transmisso deindè Venedici maris sinu, in Gothiam Scandiana peninsula partem, ingenti comitum stipatus coronâ pervenit. Quò cum latus pervenisset, gentes illas ex nomine suo Magogetas appellavit, quibus postea Graeci Scytharum nomen imposuere; & Latini postquam cum illis de imperio contendere cepissent, Gothos frequentius nominarunt. Neq; vero cum Magogum Scythica gentis Principem constituo, alterum illum Magogum, de quo Berofus antiquitatis diligentissimus scriptor multa præclare commemorat, extitisse pernego. Ille enim annis à diluvio 88, Geticas terras primum inhabitasse, omnesq; jurisdictioni suæ subjecisse perhibe.*

Primus Magogorum in Scandiam ingressus,

Berosus.

*bibetur. Hic verò referente Berofo, à Nimroto Babylonio-  
rum Rege, siue Saturno, cum Colonij in Calesyriam ablegatus, Regnum urbemq; Magogiti à. e. patriam Magog  
annò ab inundatione universali 175 constituisse dicitur.  
Et si quis unum eundemq; fuisse Magogum profiteri velit,  
et ego hunc in modum breviter respondebo Verisimile est  
nostrum hunc Magogum omnibus rebus in regno suo probe  
legitimeq; constitutus, tandem ad Nimrotum commigrasse.  
Nihil enim antiquissimò illis seculis tam necessarium vi-  
debatur, quàm tantam, tamq; immensam populorum mult-  
titudinem, qua in septentrionali plagà radices egerat am-  
plissimas, rursus educi, & in univèrsi orbis terrarum ora  
satissimè propagari &c. Locus primus (addit) Regio pri-  
ma, in qua cepit humanum genus post diluvium multiplicari,  
fuit Scythia Araxea, Berofo Chaldaeo, Hieronymo  
Egyptio, Mosca Damasceno, Mose deniq; consentienti-  
bus, quorum omnium auctoritatem Archilochns ille Græcus  
in Epitheto temporum, luculentissimi sui testimonij aucto-  
ritate confirmavit, Hactenus Joh. Sfytt. Atq; ita  
de Scythia Araxea primos patres postdiluvianos,  
SveoGothorum progenitores, venisse in hanc no-  
stram Scandiam, ubi residebant, certum est.*

Scriptura Gothorum antiquissima, depicta lite- II.  
ris Gothicis, quas vocarunt *Runas*, notat non solum  
antiquitatem lingvæ & Gentis; Sed simul cognatio-  
nem lingvæ & scripturæ Goth. cum primavâ lingvâ  
& scripturâ Hebræorum, quod partim forma litera-  
rum, partim proprietates utriusq; lingvæ demon-  
strant. Forma Runarum seu Elementorum Gothi-  
corum est simplicissima, ut plurimum accommoda-  
ta characteribus antiquissimorum orientalium po-  
pulorum; imò vetustissimi characteres Helsingia-

Bon, Vulc.

Veritas Ru-  
narum seu  
Characterum  
Gothico: um.

constabant perpetuis punctis instar scripturæ Hebræ; Unde Bon. Vulcan. de elem. Goth. p. 13. ait, *Quo fit ut nullum Alphabetum absolutius sit Getarum, qui undiq; quod ad veram pronuntiationem faceret, mutati sunt.* Sic scripturam Runicam esse vetustissimam, imo antiquiorem inventis characteribus Latinorum & Græcorum, rectè colligimus, siquidem à characteribus Runicis videntur quidam tam Græcorum, quam Latinorum deducti. Hi præsentî Græci Α Β Δ Ζ Ι Κ Π Ρ Τ Φ. Hi Latini Α Β Δ Ε Ι Κ Π Ρ Σ Τ Ζ. Suntq; in lingua Goth. vocales punctatæ, sic novis literis scriptæ ä ä ö i ij. quæ videntur pronuntiationi Hebræorum accommodatæ; sed in alijs lingvis sunt ignotæ. Nec apparent vestigia apud Latinos vel Græcos, illius vetustissimi Calendarij Sveo-Goth. quo supputant dies & tempora anni in Baculo Runico, nobis dicto *Rimstaf*: Sed origo illius supputationis fuit ingeniosissima præcorum Magogetarum (nostrorum majorum) inventio, Chaldæorum supputationi accommodata. Hanc Antiquitatem literaturæ Sveo-Goth. ostendit literarum Gothicarum nomen *Runor* quod cum inventis in Babel lingvis alijs non habet cognationem, cum Hebræa verò maximam. Nominant Hebræi purum sonum & vociferationem **קָוָו** *Kanab*. Gothi antiqui vocarunt omne purum, tum articulatum sermonem, tum depictam ritè scripturam *Kone* & *Keino*, quod nos *Kan* dicimus. Hinc videntur lingvæ Goth. characteres purè scripti, dicti *Runor*.

Simplicitas lingvæ Goth. est eadem, vel certè clarior, quàm lingvæ Hebræ. In lingua Hebræa sunt Themata seu radices vocum simplices, tribus tantum  
*lite.*

literis constantes: etiam habet hæc lingua duo sola genera, tam in Verbis quàm Nominibus, propter utriusq; sexus naturalem discretionem, habetq; simplicem inflexionem, ut in Nominibus sit casuum, cuiusq; Numeri eadem terminatio, & in verbis Tempora tantum naturalia. Quod non perficit hæc lingua ad complendam orationem vocibus consignificativis; id implet affixis & præfixis Nominum ac Verborum. Eadem simplicitas est in lingua Gothica, quæ habet Themata simplicissima, sc. *primitiva*, monosyllaba, imò *monogrammata*. Inflexio Casuum in Nominibus & Temporum in verbis est simplicissima, quod hujus lingvæ gnari sciunt. Nec desunt interdum articuli demonstrativi, Nominibus affixi, Sic: *Mannen/ Dwinnan/ Tinget: En Man/ ena Dwinna/ ett ting.* Item, *Kroppen/ en Kropp: Siälena/ ena Siäl: Wolena/ ena Wool/ &c.* Monogrammata primitiva sunt *a ä ö.* illius (*a*) usus est varius in lege nostra: In Nominibus rerum profertur crasse, quasi duplicatum *a/ aal/ maa/ daal.* Hoc expriment Islandi (quorum lingua est Gothica) ita scribentes literam **A**. hinc dixerunt antiqui Gothi *Haa/ nos Hafa* (habere) etiam *waa/ nos wora* (esse.) **A** est primitivum significans amnem. Unde *af* retinaculum amnis seu collis oppositus amni, ne aqua exundet: Inde transfertur vox ad omnem excelsum collem, in longitudinem productum, quem vulgò *af* nominant. **S** est primitivum notans insulam, quam aquæ in gyrum agunt: inde *Sga* est oculus palpebris inclusus, instar insulæ in aquis. **Sra** est auris, etiam in gyrum circumvoluta. Suntq; omnia primitiva lingvæ Goth.



Gotha simplicissima, ut si verum sit Axioma, *Quod quid sit simplicius & verius, eò antiquius*, Gothicam certè lingvam & scripturam simplicissimam, dicemus maximè antiquam esse, & inter primævas lingvas quæ per divisionem surgebant in Babel, ferè præcipuam; sic SveoGothos esse populum antiquissimum constat, qui à primâ Regionum habitatione post diluuium extitit: licet celebritas nominis Gothici ad tempus conticuerit, donec Gothi & Sveones à vicinis populis irritati, multas Regiones ac populos, victoricibus armis superatos, suo dominio subiecissent. Quod Socrates lib. 8. Trip. c. 13. dicit *Ulphilam* (*Gilpbutam* vocat Isidorus l. 9. orig. & Galsilam, Seth. Calv. Chr. an. Chr. 373.) *Episcopum Gothorum* ultra Istrum vel Danubium habitantium, *invenisse literas Gothicas, & scripturas divinas in eam convertisse lingvam*, intelligatur hoc dictum de usu Runarum Gothicæ à Thraciæ populis prope Istrum habitantibus. Non enim Gothi in Scandia viventes dicantur propriâ scripturâ destituti, quos indigena illorum Zamolxis discipulus Pythagoræ, reversus de peregrinatione Ægyptiacâ, longè ante Christum natum, informâset de Animæ immortalitate, & in scientia astrorum vitæq; honestate per scripturam Runicam patriotas instituisset, prout vetustissimi Historici, Herodotus in Melp. & Strabo de Situ orb. l. 7 ex iisdemq; Cranzius l. 1. Svec. c. 32. studium Zamolxis describunt. Imò ipsi Gothi respondebant imp. Valentin. ante hanc scripturam Ulphilæ, se in paternâ doctrinâ fuisse rectè institutos, quod certè absq; scriptura & literis fieri vix potuit. Legatur Historia Theodoretii l. 4, c. 37. Taceo Philosophum doctissimum

Socrates.

Isidorus.

Seth. Calv.

Quomodo dicitur  
Ulphilam  
invenisse literas  
Gothicæ.

Herodotus.  
Strabo.  
Cranzius.

Theodoretus.

mum & Regem Gothorum Zentham, itemq; R. Di-  
 cenaum, quorum primus circa bellum Trojanum, &  
 alter postea vixisse scribuntur. Quod hi reddide-  
 rint Sveo-Gothos doctos & humaniores refert ex Jor-  
 nande Joh. Magnus, hist. l. i. c. 33. Undè Dion Græ-  
 cus affirmat, *antiquos Gothos fuisse sapientiâ & studijs*  
*literarum Græci penè aequales.* Has Runas semper di-  
 ctas Gothicas audimus D. Ol. Worm. & Petrum Joh.  
 R. nuper vocasse Danicas, quasi à Danis primò in-  
 ventas: Cum sit certissimum non solum lingvam &  
 scripturam Danicam; sed ipsam Gentem à Gothis  
 primò extitisse. Sic enim habet Danorum Historia,  
 quam ex codice antiquissimo recitat Pet. Irecensis,  
 p. 115. *Dani tempore Sarug, proavi Abrahe, Regnum*  
*quod nunc dicitur Dania, intraverunt, VENIENTES DE GO-*  
*THIA.* Item *Tempore David Regis, filius Humble Dan*  
*DE SPECIA VENIENS, regnavit super Sialandiam,* Idem le-  
 gitur in Chron. Danorum impress. Hafniæ Rythmi-  
 ce an. 1495. Adde testimonia Antiquorum. Jor-  
 nandes de R. Get. ait, *Dani de Gotthorum stirpe progres-*  
*si sunt.* Isidorus l. 9. orig. dicit: *Daci Gotthorum soboles*  
*fuerunt, & dictos putant Dacos, quasi Dacos, qui de*  
*ГОТНОРИМ stirpe creati sunt.* Idipsum urget Strabo, quia  
 (inquit) *Idem Dacorum & Getarum sermo est.* Imò,  
 quid plura, dum Saxo lib. 8. nominat veneficam, Saxo;  
 quam hi populi consulebant, *GuthRunam* ceu Gut-  
 rum Runam; etiam Jornandes vocat Deam Gotho-  
 rum *AlioRunam,* (rectius *Adel/* sive *OdolRunam,* quæ  
 vox patriotis notissima est) Sic Runarum initium,  
 majoribus Gothorum adscribendum erit.

Si in ipsam lingvam Sveo-Gothorum penetius III.  
 inqu. ramus, facile probatur antiquissimos esse pro-

Joh. Magnus  
D. on,

Ol. Worm;  
Pet. Joh.

Nun. Dani  
sint invento-  
res Runarum.

Chron. Dan.  
Jornandes,

Isidorus,

Strabo,

Saxo;

Qua occasio-  
ne desivit au-  
tigua lingua  
Goth. in  
Scandia,

Augustin.

Aragr. Jon.

Lazius.

genitores nostros, qui traxerunt linguam & genus suum à primis patribus, in ipsa divisione linguarum superstibus. Quanquam suam permansisse cujusvis lingvæ originalis proprietatem scimus; post dispersum Gentium & linguarum partitionem in Babel: tamen id idioma meretur antiquissimum dici, quod propius accedit ad linguam primævam & idioma sanctissimum, quo S. patres ante & post diluvium usos esse intelligimus, & quo sermone loquebatur Deus ipse ad S. Patriarchas & Prophetas. Hunc sermonem fuisse Hebræis vernaculum testatur Scriptura Mosis. In nostri Sveo-Goth. sermonis vetustatem si inquiramus; licet plurima pars vocū antiquarū cum scriptura Runica perierit, & post contractam, cum Svecis Societatem Germanorum, cum ijsq; & alijs populis mutata commercia desierit; tamen ex reliquis quibusdam vocibus Goth. hodiè usitatis, intelligitur Gothicam linguam fuisse primò cognatam lingvæ Hebr. adeò ut multæ voces æqualiter sonantes habeant in utraq; lingvâ eandem significationem. Hoc paucis ostendere lubet, præsertim cum Augustinus q. 7. 168 dicat, *Videmus aliquantas linguas, nonnulla verba Hebraeæ similia habere.* Quod de lingua Goth. sic explicat Aragr. Jonas, Hist. III. c. 5. *Sunt Hebraeæ lingua vestigia, ut voces integra (quas quidem non coactè ex Hebræis fontibus eruunt) in lingua Gothica vetere relicta.* Idem urget Lazius de Germanis lib. 2. Aborig. dicens, *Quod Germani atq; Hebraei eandem originem, à Noë posteritate ac sobole trahant, intelligit candidus L. ex reliquijs ac vestigijs Hebraicarum vocum in lingua Teutonica; לֵב, Leb, Germ. Leben, Gothi dicunt Liff, Hanc vocum similitudinem*

dinem non inquirimus studio novitatis, sed veritatis illustranda gratiâ, ut habeant studiosi amplio-  
messes colligendi Sveo-Goth. Gentis vetustatem.

Conformitas  
voca He-  
bixarum &  
Goth.

Hebræi nominant peregrinum hominem **גֵר** Ger, sicut Abraham peregrinus in terra Chanaan vocavit seipsum Gen. 23. 4. Hæc vox ita placuit majoribus nostris in Scandia residentibus, ut vocolam adde-  
rent proprijs nominibus, vocantes viros, *Bert/ Berle/ German/ Germun/ Gerbiörn/ Dager/ Birger/ Dager/ Siger/ aliàs Sigericum: Fæminas Bertru/ Inger/ Hilleger/ Sigertam/ aliàs Sigridam: & Græcum hominem in Europa primò peregrinantem vocabant Girtger.* Peregrinationem dicunt Hebræi **מִדְּבָרָה**

*Magur.* Sic nominant Gothi macilentum ex peregrinatione aut inedia. Exultantem æquali conditione, seu assimilem statum vocant illi **גִּיָּל** Gijl. Sic Gothi nominant exultantem ex superbiâ, vel quicquid correspondet æquali: Etiâ societatem æqualium in convivijs vocant **גִּיָּל** Gijl. *Duma* est illis silentium: Gothi vocant punitum perpetuo silentio

**דומבא**. *Dam* est Sangvis: Gothi nominant iudicium sangvinis **דומ** & iudicem qui capitis pœnam pronunciat **דומאר**. **הגב** *Hagab* illis medi-

eatus est: Gothi vocant idem **הוגב/ הוגב**. **הוב** *Hovab* est ipsis fuit (in essentia & affectibus:) Gothi dicuntur affectus **הובא**. Abundantem denotant Hebræi voce **תֵּת** *Teter*. Sic Gothi corpulentum hominem **תֵּת**. Alij *Getas* à nostris dictos *Tetas* dicunt propter magnifica illorum facta. **תֵּת** *Orb* est signum maximè prodigiosum; Visionem talis signi,

gni; præsertim auroræ diem prænunciantis, nominant Gothi *Qistha*. Hebræi vocant tenuitatem **קלף**  
*Dala*: Sic Gothi humilem terram. **אש** *Esch* est ignis: Gothi nominant fulmen ignitum **אשף** / *Asche-slag*. **קנא** *Kona* significat castra ponere, quod magnificentiam imperantis notat: Sveo-Gothis est magnificentia *Rynt*, inde Rex *Ryning* / ait *Styr*. *Rur.* pag. 5. Hi ipsi vocant potentiam vel posse *Ran* / inde *Runna* / & Regem *Runing* quasi potentissimum. Duces dicunt illi **רפסו** *Tapsor*: Gothi nominant quemvis excellentem *Tapper*. Dispersas aquas ex fonte scaturientes vocant illi **פוס** *Pufs*: Sic Gothi in *Puf*. Currere dicunt illi **רזף** *Raso* (per *Zade*) Sic Gothi nimis properantem *Hon raso* indigetant. **רזן** *Rason* (per *Zain*) est dominans: Gothi vocant dominationi aptos *Resor* **רשף** *Tbesi* est vox Hebr. numeri: Gothi *Tose* significat Binarium, &c. Aliæq; sunt voces non pauca, quæ æquali ferè pronuntiatione habent eandem in familia Semi (Hebræorum) & Magogi (Gothorum) significationem: Undè clarescit majores nostros, ipsos Gothos, suam habuisse linguam à primis patribus Diluvis proximis. Hanc vocum Hebræarum & Gothicarum, commisionem licet aliqui velint capisse cum ingressu Gigantum in terram Sveo-Goth. quam Procopius dicit factam, postquam ipsi de terra Chanaan à Josua & Israëlitis essent expulsi: Tamen verisimile non est, paucos de Palæstina venientes Gigantes totius populi in amplissima Scandia habitantis linguam mutasse, aut res de novo nominasse, quasi cer-

Procopius.  
Gigantes Chanaanæ dicuntur venisse in Scandiam.

certis rerum nominibus Scandiani hactenus caruissent. Habuit ergo populus Sveo-Gothicus propriam dialecton, & linguam ab Hebræâ differentem, post linguarum divisionem in Babel, quod phrasiologia & sermonis Goth. idioma ostendit; licet hæc lingua antiquitatem æmulando, ex Hebræorum idiomate quadam nomina receperit.

Vetustatem Gentis Sveo-Goth. demonstrat IV. ipsius lingvæ usus antiquissimus, qui ad vicinas Nationes circumquaq; habitantes, cum primâ ferè illarum terrarum habitatione promanavit; quæ Nationes adhuc retinent, saltem dialecto distinctâ, linguam Gothicam, ut sunt Dani, Norvegi, Scoti, Germani: Nec Pictavorum idioma à Gothico multum discrepare testatur Ger. Mercator in Atl. maj. fol. 45. G. Mercator, etiam refert Islandiam à Scandianis olim occupatâ, divisâ esse in quatuor partes, quas incolæ nominant *Austlendingafjordung/ W: sifjordung/ Norelendingafjordung/ Swjdlendingafjordung.* Hæc nomina esse antiqua Sveo-Gothica quilibet nostrum intelligit. Notantq; scripta Islandica adhuc servari ibidem linguam Gothicam, quod etiam refert Aragr. Jonas Aragr. Jon. Hist. Isl. c. 3. dicens: *Veteri Gothicâq, linguâ integrâ soli nunc utuntur Islandi.* Item. *Ipsâ antiquâ Gothicâ etiam id temporis usum credo totum orbem Arcticum, & populos vicinos; Itemq, Angliam, Scotiam, Islandiam: Nam de Anglia disertè scriptum habemus, eam linguâ Norvegicâ (Gothicâ) ad Vilhelmi Nothi tempora usam.* Rod. Tolet. Rodericus Tolet. sic scribit. *Theutonia, Dania, Norvegia, Svecia, Flandria & Anglia unam habent linguam, idiomatibus tantum distinctam.* Teutonici scriptores dicunt suam linguam esse originalem, à qua dependen-

- deant reliquæ: Sed prælegamus illis quasdam voces & phrasas à majoribus nostris ante an. 700 usitatas, & in Scandia reliquas, à nobis difficulter causâ vetustatis explicatas, sic patebit nostram linguam non habere originem Teutonicam, sed Runo-Gothicam. Nominant hodieq; Germani faminas primarias *Friser*, à Dea Sveo Gothorum *Frigga* vel *Freja*, à quâ hi antiqui primò denominarunt scas nobiliores faminas *Friser*, teste *Enocre Sturl* in Chron. Norv. p. 10. Vocant Germani etiam plurimos dies septimanæ nominibus Sveo-Gothicis. *Germanicam fuisse osten horridam, sylvâ & paludibus infundam* refert *Tacitus* de sit. Ger. f. 123, idq; *Livius* & *Cæsar* Testantur: Sed hoc intelligendum esse de superiori Germania explicat *Munster* in Geogr. Ptol. f. 34, dicens: *Inferior Germania eo tempore quo Romæ floruit, cultior fuit superiori.* Illi cultores inferioris Germaniæ non fuerunt alij quàm Svevi & Alemanni, sc. ex Scandia in Germaniam deducta Gothorum soboles: neq; enim his priores Germaniæ cultores noscunt Historici; siquidem certum est Sveo-Gothos Scandianos fuisse ingressos Aquilonarem Germaniam circa tempora *Josua*, Ducisq; *Israël Othonielis*, testibus antiquissimis scriptoribus, *Ablabio*, *Jornande*, & Svevos venisse in Germaniam ab Aquilone seu Scandia, testatur *Lucanus* sic scribens:
- Fundit ab extremo fluvios Aquilone Suevos.*
- Aventinus*. Hinc *Aventinus* Ann. Boj. l. i. affirmat *Teutampantem Germanorum huc duxisse Colonos ex Scandinavia*, *Sohnus* ait, juxta *Goldast*. hist. Boh. l. i. c. 5. à *Sveontibus* primò post *Scyrbas* nomen Germanicum conjungit. Adicitq; *Svabi, Suavi, Sveci, Sucones, Suedi, Svecire & veritè*

ritatis sub eandem derivationem cadunt, eandemq; gentem licet in Regionibus & locis diversis confidentem significent, testibus mutis Historicis. Nec fuit ignotum

Tacitus sub Germanis describit mores Scandianorū.

Tacito Svevos fuisse in Germania antiquissimum populum, dum ait de Germ. l. 123. Nunc de Suevū descendendum est, majorem Germania partem obtinent. Fides antiquitatis Religione firmatur. Horum religionem ac mores ita describit Tacitus, ut vetustissimi populi Scandiani vitam expressisse videatur, quod adhuc indicant mores Gentis nostræ, relictis antiquitus in Helsingia & Dalekarlia &c. Hi præsertim; Dotem uxori maritus offert sc. boves: Sua cuiq; mensa: Sapè ad convivia procedunt armati: Mulieres lineis amictibus velantur: Gerunt ferarum pelles; Idq; fuisse usitatum.

Scythis testatur Pomp. Mela. Robora parentum liberi referunt: Sororum filij idem apud avunculum, qui apud patrem honor: Hospitijs nulla Gens effusius indulget: Apud Gothones unius imperitat

Pomp. Mela;

In hunc locum ita B. Rhenanus, inter littorales Gentes quum Longobardos tum Gothones annunciat. Sed mirum an ab hijs insulares olim, an ab insularibus hij ante proiserint.

Rhenanus;

Colerus de moribus Germ. addit in Tacitum. Dico videri Germanie populum dictos Bruteris; Fallor an ille mos à Scythia, ut plures alij Germanorum? De origine Religionis in

Colerus;

Germ. ita Tacitus: Signum in modum Liburnæ figuram docet advectam Religionem. Liburna est genus navigij, cujus signum dum indicare advectam Religionem dicit, non obscure indicat populos Scandianos, qui proximam Germaniam navibus adirent, Religionem advexisse.

Tacitus;

Dicti sunt habitatores Germaniæ Gothis antiquis non solum Germani, quasi peregrinantes (juxta Hebr. Ger Gothis familiare) teste



Seneca,

Agathius.

Dresserus.

Cromer.

G. Mercator.

Goldast.

P. Fagius.

Seneca de gub. mundi, dicente: *Errant Germani iucertis sedibus*: Sed dicti sunt ipsi, Gothi *Allemani*, quasi omnis populus (*Alle man*) magno enim numero & catervatim accessit populus hanc terram, è societate plurium gentium collectus, id dicente Agathio l. i. de bell. Goth. *Allemani, si Asinio quadrato viro Italicensi fides praestanda sit, adventitij sunt, & ex varia hominum collusione constitit, quod sunt eorum cognomento praefertur*. Hinc Dresserus Isag. Hist. p. 5. reddens rationem cur Germani dicti sunt *Alemanni*, ait: *Apparet fuisse populum ex gentibus varijs mixtum*. Additq; de Slavis: *Consentaneum est eos Septentrionales fuisse populos, ad quarendas novas sedes progressos; in qua migratione Sarmotiam & Germania Regiones vicinas, habitatoribus quodam ex parte nudatas, & à Vandalis relictas invaserunt*. Cromerus de R. pol. l. i. c. 15. addit causam dicens: *Usitatus est Gentes à Septentrione ad meridiem, velut à rigidis ad temperatiora migrare. Exemplo sunt Galli, Cimbri, Gothi, Vandali, Longobardi &c.* (Varias & dubias Germaniæ nationes, quas Ger. Mercator in Atl. maj. f. 212 adducit, & antiquitatem Tuiscionis & Mannis ex quibus superiores Germani dicuntur nominati, quam Goldast hist. Boh. l. i. c. 3. cum quibusdã recentioribus recenset, suo loco relinquimus) Sic Gothos propagasse in Aquilonarem Germaniam sobolem & linguam suam, quam hodie ipsi Germani dialecto variatam tenent, testatur P. Fagius in meth. Hebr. p. 56. dicens: *Gothica nationes quocunq; arma intulerunt, ed etiam sermonem vel integrum, ut in Germaniis hodie terris animadvertitur, vel corruptum ut in Italiis, Hispaniam & Galliam &c.* Nec dissimile indicat Munster, in app. Geogr. Ptol. f. 165. dum affirmat

*Scythos ex Germania oriundos, quia utuntur lingua Gothicâ Germanicâ, familiari.* Joh. Magnus hist. lib. 17. in Joh. Magnus.  
 dicat hanc fuisse causam, cur Reges Sveo-Gothici primi Christiani vocassent ex Germania & Anglia Prædicatores, quia *horum lingua materna erat Sveo-Goth, sermone vicina.*

Hanc antiquitatem Sveo-Gothorum, & propagationem sobolis & linguæ illorum in vicinam Germaniam, non improbat Tacitus, dum ait, *iplos Germanos indigenas crediderim,* quia per hos intelligit Tacitus non solos inhabitatores Germaniæ sic specialiter dictæ: Sed Gothones, Svionas, seu populum Scandianum etiam Fennos, quos omnes putabant insulares esse, & Germaniæ annumerandos. Sic probatum, est populum Sveo-Goth. esse antiquissimum, in varias Regiones distributum: Unde Jornandes in hist. Jornandes, Aug. f. 1089 nominat *Scandiam multarum Gentium genitricem, & velut vaginam Nationum.*

Prima Scandiæ inhabitatio continet argumentum vetustatis Sveo-Gothorum amplissimum. Antiquissimi scriptores quos allegavimus ostendunt Scandiam cum primâ Scythiæ culturâ fuisse excultam. Isidorus citat Lucanum l. 9. orig. describentem habitationem Gothorum & Danorum in ingressu maris Balthici, sic: Lucanus.

*Hinc Dacus premit, indè Getes occurrit Iberis.*

Jornandes de rebus Get. explicat Ptol. de habitatoribus Scanzie loquentem, quod hæc terra sit antiquitus non tantum excultâ, sed Regionibus distincta, & inter diversas familias divisa, dicens: *Sunt ex his exteriores Ostrogotha, Raumarica, Sveithidi, Vinovetolb &c. quamvis & Dani ex ipsorum stirpe progressi.* Ma-

Ph. Cluver.

Cranzius.

Alf. Chartag.

Chytræus.

Descriptio  
terræ Sveo-  
Gothicæ.

net nomen Scandiæ adhuc in Austrogothia, cuius portio dicitur Ståns. Quod Tacitus sciverit Scandiam fuisse inter alias aliosq; Sve-Gothorum familias distributam testatur Ph. Cluver. ant. Ger. l. 3. c. 41. dicens: *Totam peninsulam Scandinaviam Sviones & Siones incolerunt. At forandi ea gens dicitur Swebans & alio vocabulo Swebids: Hodiè Regnum ipsis incolis conterminuq; Gentibus vocatur Sverige/ quasi Swens Rijke/ id est, Sveonum Regnum. Itaq; Svecicum nomen (inquit Cranzius l. 1. Svec. c. 1.) domus & apud vicinos Gothorum verò apud exteros semper clarum extitit.* Alf. Chartagena sic in anac. R. H. c. 6. *Gothi Septentrionalia jugatentantes, Scythica Regna montibus ardua possederunt, & pars illa adhuc Gothia appellatur.* Hinc ait Chytræus præf. Chr. Herod. & Thuc. *Nuquam alibi in toto orbe terrarum nomen Gothlandia & distinctæ Regionis & Nomina Ostrogothia & Westgothia seu Westgothia extare scimus, nisi in ditione amplissimi Regni Gothorum Et forandes, Ablabius, Dion, Procopius, Agathias, alij, ex quibus rerum Gothicarum Historia sumitur, in hac arcton mundi parte, primam & antiquissimam sedem Gothorum collocant.* Quoniam nulla, præter Scandiam, datur terra quam Magogetæ seu progenitores Sveo-Gothorum primò constanter inhabitaverunt, patet Gentem hanc, hujusq; terræ culturam esse antiquissimam. Descriptionem Sveo-Gothicæ terræ primò cultæ attexam, ut pateat spaciocissima Gentis nostræ habitatio. Quæ descriptio hæc est. Incipit Gothia cum Scandia in meridie ab insulis Cimbr. qua parte & in oriente cingitur mari Baltico. In occidente alluitur Oceano Britannico: Sed in septentrione partim attingit fines Norvegia, par-

tim adhæret perpetuò Sveciæ, factò discrimine utriusq; Regionis in sylvis Kolmorâ & Tivedhâ, montibusq; Dalekariæ. Svecia in meridie associata Gothiæ, extenditur in septentrionem usq; ad Lapponiam & Emporium *Wardhus* / ultra mille miliaria Italica, habens in oriente mare Balthicum: In septentrione adhæret Lapponiæ & Finlandiæ: In occidente attingit celsissimos montes Noricos, quos in orientem per Lapponiam extensos *Jornandes* vocat Sarmaticos. Terra Sveonum fuit olim in duo Regna divisa, Uplandicum & Helsingicum, quæ amplissimis ducatus clarissima, sunt adhuc moribus incolarum distincta. Ultra provinciam Sveciæ Bothniæ est Regio Finlandiæ, quæ licet initio non sit dicta terra Sveo-Gothica; tamen Scandiæ adhærens cum eâ multis jam seculis commune Regimen & populum mixtum habuit; excurret Finlandia in orientem usq; ad Careliam & Ingridiam, provincias Svecico imperio hodiè subjectas, & bonâ parte à populo Sveo-Gothico occupatas: In meridie & occidente clauditur Finlandia duplici sinu maris Balthici; meridionali discriminatur à Livonia, occidentali dirimitur ab Helsingia & provincijs adjacentibus: In septentrione est Lapponia, ad mare in *Muschovia* Album excurrens, quæ olim dicta est Biarmia. Fuit Finlandia olim Regnum potens, sed in provinciam redacta Regio constituit Magnum Ducatum, qui cum Alandia, Nylandia, vicinisq; provincijs paret Regi Svecorum. In mari Balthico sunt duæ primariae Insulæ Gothiæ propinquæ, sc. Gothlandia & Olandia, quæ aliquot territorijs multisq; parochijs clarent. Gothia conjun-

Plura Regna  
fuerunt olim;  
sunt etiam  
nunc in Scand-  
iæ

clim

ſim erat olim Regnum ampliſſimum non tam Re-  
gionis ſpatio, quàm multitudine ac fortitudine in-  
colarum celeberrimum. Duæ provinciæ adherent  
Gothia occidentali, dictæ Wermelandia & Dalia,  
quarum unitæ ſocietati præfuit olim Rex potens. Quo-  
niam contractior eſt hodiè Gothica terra quàm fuit  
aliquot ante ſecula, placet in memoriam vetuſtatis  
deſcribere Gothiam antiquitus ſic dictam, ut ſciat  
C. lector ubi habitârunt Gothi, *antequam e Regione*  
*angustâ egreſſi* (ait Diod. Siculus Bibl. l. 2. c. 43. de Scy-  
this) *paulatim viribus ac ſtrenuitate ſua potentiores facti,*  
*longè lateq; propagatis finibus ad magnam imperij ampli-*  
*tudinem & gloriam, nationem ſuam provexerunt.* Di-  
viſa eſt tota Gothia antiquitus in Tres partes, Ori-  
entalem, Occidentalem & Auſtralem, ſic à ſitu terræ  
nominatas.

Diod. Siculus.

Antiqua divi-  
ſio Gothia,

Oſtrogothia.

*Orientalis* innititur Sveonia parte ſua ſeptentrio-  
nali, attingens ſylvam Kolmaram. In oriente allui-  
tur mari Balthico: In meridie discriminatur à Smo-  
landia per magnam ſylvam Holvedham, & lacus fa-  
moſiſſimos ad orientem ſylvæ ſitos, *Sommen/ Vas-*  
*nesbowadh/ Åfunden/* (hic licet Kindhæ gremio ge-  
nuinâ Oſtrogothia parte claudatur) pluresq; in ma-  
ri Balthico ferè terminatos; adeò ut videantur pro-  
vinciæ naturaliter diſtinctæ; quamvis Joh. Magnus  
ad amplificandam Diaceſin Lincopenſem annume-  
ret Oſtrogothia aliquot territoria Smolandia, ad  
quam Diaceſin bona pars Smolandia olim perti-  
nuit. Hanc provinciarum commixtionem ſequitur  
J. L. Gotfrid. J. Gotfrid. in inventario Svec. tamen probabimus in-  
fra, Smolandiam ad Auſtrogothiam pertinere. In  
occidente finitur Oſtrogothia in celeberrimo lacu

**Wätter**; Claret hæc Gothia sede Episcopali, Lincopiâ Ostrogothiæ Metropoli: Civitatibus deinde antiquitate claris Wasteno & Scheningia, Emporijsq; florentissimis Norcopiâ & Sudercopiâ, nec non multis territorijs.

*Occidentalis Gothia*, nobis Westgothia incipit in oriente à lacu **Wätter** / extensa in occidentem usq; ad mare Britannicum & famosissimum fluvium, **Trolhetta**, per quem à Dalia & Norvegia discriminetur: In septentrione dispescitur à Wermelandia in ampliissimū lacum **Wänner**, & à Sveoniâ per sylvam **Tivedham**. In meridie attingit partim Oceanum Britannicū, partim Hallandiam, quæ olim annumerata est Westgothiæ. Hæc Gothia amplissima habet speciales provincias *Kindiã, Faloniam, Marchiam, Wasbogiam* cum duobus comitatibus **Bogesund** & **Läckö**; Continet antiquissimã sedem Episcopalem Scaris constitutam.

*Australem Gothiam* vocârunt olim scriptores totum tractum ab Ostrogothia in septentrione, & Westgothia in occidente tendentem ad mare Balticum in oriente & meridie; qui tractus habet provincias, *Smolandiam, Skoningiam & Blekingiam*. Smolandia sunt speciales provinciæ, *Verendia, Moringia, Tiusthia, Bravallia, Finhedta*, cum duobus comitatibus, uno pertinente ad insulam Wetteri **Wisingborg** altero **Wisterwijf**. Skoningia & Blekingia sicut Hallandia attingunt mare Balticum in meridie, & pauerunt aliquot seculis Regi Danorum, propter quod dominium in partem Gothiæ australiorem, simul cum insula Gothlandia (quam proceres Regni Svec. qui Bona Allodialia possederunt in Dania, prodiderunt superiori seculo Regi Danorum) Hic Rex

Ericus Ubl.

Occasio divi-  
sionis Austro-  
gothiæ inter  
2. Reges.Cruenta dimi-  
catio in cam-  
pis Bravallinis  
habita.

se etiam Regem Gothorum inscribit. Testantur autem Historiæ dictas provincias cum tota Gothia olim paruisse uni Regi Gothorum. Nam Birgerus II. Rex Svec. circa an. Chr. 300. collegit ex Skoningis sicut ex alijs subditis validum exercitum Ruthenos debellantem, teste Erico Ubl. l. i. idemq; refert Regem Svec. Haquinum King commisisse suo sororio Oloni Skoningiam (provinciam utiq; Sveo-Goth.) regendam, circa an. Chr. 367. Suntq; termini Regni Svec. constituti in *Dicurd* an. Chr. 1343. ut mox dicetur. Causa divisæ Gothiæ australis inter duos Reges colligitur hæc ex Historijs. Reges Daniæ volentes quondam ampliare terminos Regni sui, movebant bella Regibus Gothorum. Dani sæpè repressi, licet quandoq; discederent, tamen redierunt occupantes Gothiæ australes provincias sibi proximas, præsertim dum Reges Svec. & Goth. inter se de excellentia imperij certarunt. Sic distracta Gothia, & Regimini duorum Regum subjecta, amisit nomen antiquum. De hujus Gothiæ divisione gesserunt sæpè cruenta bella Reges Svecorum & Danorum, præsertim *Haquinus King Svec.* dimicans cum *Rege Dan. Haroldo* in campis Bravallinis An. Chr. 387. occisis à parte Sveonum 12000; à parte Danorum 24000; heroicis viris, plebejis militibus præ multitudine non numeratis. SveoGothi partim pertæsi præliū cum vicinis, partim de patriâ egressi, resistere Danorum violentiæ non parati, sive concesserint Regi Dan. dictas Austrogothiæ provincias, sive pertulerint Regis Danorum dominium in his provincijs usurpatum (quod J. Magnus affirmat) certum est has Austrogothiæ provincias Regi Dan. longo tempore paruisse. **Accidit**

cidit autem anno Chr. 1343. quod Germani Regem Dan. debellantes, has Gothiæ provincias occupassent, nec possent ab hostium violentiâ alio medio liberari, quàm ut auxilium Regis Svec. implorarent. Quare huic supplicantes, usi sunt hoc argumento: Quia hæ Austrogothiæ provinciæ primò ad Regem Sveo-Goth. legaliter pertineant, ideo defensio harum jure eidem incumbat. Convenerunt itaq; Vardburgi in Hallandia proceres utriusq; Regni, & habito consilio, constituerunt terminum Regni Sveo-Goth. in *Dresund*: Et redemit Rex Svec. à Germanis Scandiæ australis oppressoribus dictas provincias ab illis occupatas, numerato grandi ære à Camera Svec. reddito: Sed fatuitas Regis Svec. Magni *Smeest* tradidit Regi Dan. literas de his pactis conventis Vardburgi à proceribus utriusq; Regni scriptas, non requirens ullam compensationem pecuniæ pro redemptione harum provinciarum numeratæ. Sic de facto manserunt hæ provinciæ Regi Dan. subjectæ. Hanc Historiam copiosè describunt *Ericus Ulf.* l. 1. & *J. Magnus* l. 18. c. 7. & 28. c. 2. Factâ hac divisione Austrogothiæ, & relictis in Regno Sveonum duabus provincijs, nomine Ostro-Vestroq; Gothiæ clarissimis, *constituit Rex Svec. consensu Ordinum Regni nominare se Regem tantum Svecorum*, supprimendo paulatim Titulum Regni Gothorum, ne Rex Daniæ à provincijs Austrogothiæ sibi relictis, se Gothorum Regem intitularet. Quod tamen fieri dum Sveci postea viderent, & audirent deleta esse Regna Ostrogothorum in Italia, & Vestrogothorum in Hispania, publicarunt Sveci hanc legem; *Non inveniuntur Gothi in alijs terris, præterquam in Re-*

*Hist. Guff.*  
par. 1. f. 43

cc  
cc

Sveo Gothi dæ  
râ pecuniâ re-  
demerunt  
provincias ex-  
tremas Au-  
strogothiæ.

*Ericus Ulf.*  
*J. Magnus.*



Cur nominat  
lex solos  
Ostro-Vestro-  
que Gothos.

*gno Sveonum, ubi Ostro-Vestroq; Gothi non mutatū nomē  
nibus adhuc habitant.* Hac lege indicantur Nostris  
1. primam proximamq; sedem Gothorum, ex quā  
primò sunt ipsi egressi alias terras occupaturi, esse  
hanc ipsam Scandiam meridionalem, ubi Gothi ad-  
huc habitant. 2. Titulum Regni Gothorum propriè  
pertinere ad ipsum Regem Sveonum, qui Ostro- &  
Vestrogothis imperat. Ab hac societate Gothica,  
quod Sveci non voluerint Smolandiam (celeberrim-  
um Ducatum Austrogothiæ, imperio Svetico cum  
Ostro Vestroq; Gothia subiectum) hac lege exclu-  
sam inde constat, quia inter insignia Regionum im-  
perio Svec. subiectarum dederunt antiqui medium  
inter Ostro-Vestroq; Gothiam locum Smolandia,   
indicantes habitare Smolandenses in medietate  
Gothiæ, & de fortuna ac factis Gothorum perpetuò  
participare. Nec excludit nomen Smolandia ha-  
bitationem Gothorum: Nam quod alij velint ter-  
ram sic dictam à *Smale* id est armentis & ovibus,  
quas aliqui Smolandenses ita nominant; non obstat  
hæc res usui Gothorum: licet non sit verisimile da-  
tum esse Nomen Regioni ab aliquorum usu. Vide-  
tur provincia rectius sic nominata à simili vocis  
Hebr. *שמול* *Schmol*, (siquidè cognatas esse voces  
Goth, & Hebr. supra probatum est) quæ vox signifi-  
cat sinistram partem, quia spectanti Gothiam ab  
oriēte, seu Gothlandia, est Smolandia cum Gothia  
australi pars sinistra totius Gothiæ. Hanc denomi-  
nationem indicant quidem Antiqui, scribentes no-  
men sic, *Schmolandia*. Itaq; Sveo-Gothi pronuncian-  
tes vocalem Hebr. *ס* per Gothicam *ʒ* nominant  
hunc

Erymon Smo-  
landia,

hunc Austrogothiæ ducatum *Småland* / latinè Smolandiam.

Ad Austrogothiam pertinere has australes Scandiae provincias, in mari Balthico terminatas, liquet testimonio Antiquorum. Adam Brem. qui vixit ante an. 1180, sic scribit: *Transcuntibus insulas Danorum, alter mundus aperitur in Sueoniam & Normanniam. Ex istis populis proximi ad nos habitant Gothi.* Nominans in genere Gothos, eosq; numerans Germanis proximos, intellexit inprimis australes, qui sunt in Scandia proximi Germanis. Sic Saxo: *Australem Gothia partem sinu laxiore contingit Oceanus: Inferior verò meatus ejusq; Norvegiaq; latus septentrionale prateriens.* Australem Gothiam nominat ex Antiquis Atlas major. Munsterus describens Smolandiam dicit Civitatem *Colmar* in Moringia Smolandiae sitam, & *Malmogiam* in Skoningia finibus ædificatam, esse civitates Gothiæ. Joh. Magnus vocat *Colmaram Austrogothia caput.* Lazius describens Gothiam annumerat huic Regioni Civitates, non solum in Ostro-Vestroq; Gothia, simulac Smolandia, Hallandia & Skoningia sitas, sc. *Neulof, Colmaram, Malmogiam, Vardburg:* Sed etiam *Viburgum* in finibus Finlandiæ, & *Sito* ac *Abo;* quippe intelligens Sveo-Gothicum imperium has omnes provincias comprehendere. Adhuc videmus Ptolomeum distinctè nominare *Gythones*, qui in Austrogothia resident Smolandis propinqui, dicti *Gydingar* / formantq; Bombardas Gothicas excellentiores. Remanent hodieq; in Austrogothia indicia certa, declarantia hic etiam vivere naturales Gothorū hæredes. Populus retinet antiquissima nomina propria à Gothis

Austrogothiæ  
nominare ex  
re: scripto-  
ret.  
Adam Brem.

Saxo.

Munster.

Joh. Magn.  
Lazius.

Gydingar  
unde dicti.

Unde nata  
qualis divisio  
hereditatis  
inter marem  
& feminam in  
Verendia

this primitus capta, sc. *Göthe/ Göstass/ Götman* / alias *Gutmun/ Götrist/ Gotha/ Gyriha*: Sunt etiam hic antiquissimi pagi à Gothis & Gutis nominati præfertim antiqua sedes pastoralis in Diœcesi Wex. *Götherid*. Item notat legenda S. Sigfridi, nomen Gothiæ australis fuisse antiquis usitatum. Nominat enim Verendiam Smolandia, ad quam primò accessit S. Sigfridus, partem Gothiæ meridionalis, idemq; facit Joh. Magnus. Hæc Verendia continet quinque territoria Wexioniæ proxima, dicta incolis *Wernsland* / à fortitudine defensionis (quam Gothi vocant *Wern*) tam in fæminis quàm maribus promptissima: Fæminæ enim indutæ armis, quondam occisis ab hoste maritis, expulerunt de sua terra hostem; quâ de causâ mariti harum addixerunt suis uxoribus dimidietatem omnium bonorum, idq; hodiè in distributione hæreditatum hic observatur; licet jus civile Svec. saltem tertiam partem hæreditatis à viro relicta addat uxori degenti ruri, post sui mariti mortem superstiti. Hæc testimonia ostendunt fuisse antiquitus dictos etiam Gothos, qui in plaga Scandiæ meridionali Sveo-Gothis adhærente habitaverunt. Ab hac sua terra seu descripta Sveonia & Gothia nunquam fuere Sveo-Gothi expulsi: imò nec imperium Rom. ad Gothos usq; penetravit: neq; præci Magogeta admiserunt cohabitatores in Scandia peregrinos, ut hic esset populus mixtus. Hoc Gothici imperij antiquitatem & heroicam fortitudinem defendendi propriam imperij sedem evidenter comprobant.

VI. Gothos Scandiâ fuisse egressos antiquis temporibus multi Historici referunt, quod habitationem Scand.

Scandiæ antiquissimam esse convincit. Strabo l. 7. Strabo.  
ait: *Commune est omnibus, qui hunc tractum (Scandiam) incolunt, ut aliò facile migrent, & propter vitus tenuitatem & propter agrorum ignaviam colendorum, & propter inopiam pecuniarum.* Hæ causæ emigrationis licet sint incertæ; tamen possunt certiores dari. Naturâ comparatum est (sunt verba Cyri in Calliope He. Herodotus.  
rodoti) *ut è mollibus Regionibus molles viri existant, in alijs terris egregij bello viri gignantur.* Hinc ait ex Trogo Justinus l. 2. *Quantò sit cælum Scythiæ asperius, tan- Justinus.*  
tò & corpora & ingenia sunt duriora. Causam emigrationis ex relatione majorum adhuc notam, scribit P. Diaconus l. 1. *In Scandinavia constituta, P. Diaconus.*  
si populi dum in tantam multitudinem pullulissent, ut jam simul habitare non valerent, in tres ut fertur, omnem catervam partes dividentes, qua ex illis pars patriam relinquere, novamq; deberet sedes exquirere, sorte perquiri. Plutarcho  
Plutarch. de vir. illustr. *Gothi Barbarorum primi, deinde diversis temporibus Hunni, Vandali, Heruli, postremi omnium Longobardi, veluti in vacuum possessionem ruentes, Italiam invasere. Eam gentem tradit fama ab OCEANO, Germaniâq; ULTIMIS ORIS, unde illis haud dubio origo fuit, novas quarentem sedes in proximas Regiones transisse. Rodericus Sancius in. Rod. Sancius.*  
Hist. Hisp. *Circa originem Gothorum Isidorus ipse & ceteri scribentes in eo conveniunt, vid. Gothos ex Scandia seu Scythia septentrionali ortum habuisse. Hi ceperunt finitimas provincias invadere longè ante Herculem, quem tempore Gideonis fuisse legimus. Zosimus.*  
Zosim. l. 1. *dicit: Gothi, gens Transisftriana. Scythiæ finitima turbavit imperium Romanor. cum Borani, trans Istrum.*  
Mun-

Munster,

Munsterus in app. Geogr. Ptol. ait: *De septentrionalibus Regionibus, praesertim ex Gothia, qua & Scandinavia, saepe magna colluvies hominum erupit, occupatur etiam terras, novasque quasituri sedes. Hinc enim prodierunt Gothi, Gepidae, Rugi, Vandali, Heruli, Turringi & Vinubi, qui postea a proluxis Barbis Longobardi dicti sunt, de quibus multa apud Historicos inventiuntur.* Ex P. Jovio in descriptione Muschoviae sic scribit P. Ber-

Berius.

tius Geogr. p. 52. de egressu Totila Gothi. *Demetrius respondebat & Gothica gentis & Totila Regis nomen in Muschovia clarum esse & illustre, in eamque expeditionem coluisse plures populos, & ante alios Muschovitas crevisse cum exercitum ex colluvie Livonorum & circumvolganorum Tartavorum: Sed propterea omnes Gothos fuisse appellatos, quoniam Gothi auctores ejus expeditionis extitissent.* Primae emigrationis auctores faciunt Historici Joh. Magnus & Cranzius, innixi auctoritate Jornandis & Ablabij, Regem Sveo-Gothorum Bericonem, seu Ericum ejus nominis II. circa annum à Diluvio 836. quo tempore Josua judicavit Israelitas, & iteratam fuisse emigrationem tradunt circa an. 871 postdiluvianam, quo tempore vixit Othniel. Seth. Calvis. in Op. Chron. p. 28. testatur Amazonas (populum Gothicum) fuisse celeberrimos tempore Judicium Israël. Hinc factum est ut commodus Imper. Rom. cognomen Amazonij assumeret, teste Dione. Ante haec tempora judicium Israël cum habuisset Scandia copiam incolarum, elucet antiquitas Sveo-Gothorum clarissima. Causa emigrationis hujus annotatur. Populi ad littora maris Balthici dispersi, fecerunt hostiles incursiones in Sveo-Gothiam frequentes, quam violentiam repellere

J. Magnus,  
Cranzius,  
Quando facta  
sit prima emi-  
gratio Gotho-  
rum de Scan-  
dia,

volens Rex Ericus, construxit validissimam classem navium, quam cum copiosis subditis & socijs Gothlandis conscendit, pugnans in Livoniam & proximas Regiones; quibus subactis factus est brevi totius Vandalicæ gentis Monarcha. Irritati postea hi Sveo-Gothi à populo orientali, dilatârunt fines imperij sui usq; ad Tanaim fluvium, ubi habitantes dicti sunt, à Græcis cum reliquis Magogetis ibi residentibus, partim *Geta, Gotbi & Thraces* teste Æl. Spartiano, *Geta dicti sunt qui postea Gotbi;* & Strabone l. 7. *Getas Græci Thraces opinati sunt;* Unde versus Menandri:

*Thraces universi, nos præsertim Geta:*

*Nam eorum indigenam esse me ipse glorior.*

Partim dicti sunt *Maffageta*, ex quibus prodierunt *Amazones*, testibus Jornande, Orofio & Cranzio. Habitationem Amazonum vocat Adam Brem. *Terram feminarum, eamq; Gothia annumerat.* Idq; Hispanici Alf. Chartagena & Rodericus faciunt. Nec dissimile habet Diod. Siculus. Hinc apparet vanissimam esse traditionem Suffridi dicentis orta esse hæc Regna Septentrionalia à morte Alex. Magni, quam traditionem doctis suspectam esse ait Pezel. Mell. Hist. par. 3. p. 81. Nec rectè intellexit Historiam Sveo-Gothicam Goldast. dum affirmat Sveciam esse Coloniæ Germaniæ, de quo supra arg. 4. His opinionibus sunt similes ineptiæ Goropi Orig. l. 7. volentis nostram patriam dici *Svediam, quasi à Sveciis & Daniis primò cultam & dispositam;* cum superius sit probatum, utramq; Gentem Svevorum & Danorum ex Gothorum Scandiâ originem habere. Quoniã verò multis est sententiã plausibilis, excultam esse Scandiam paucis annis ante natum Christum, ope-

Adam Brem.

Diod. Siculus

Pezelius.

Goldast.

Goropius.

Nomen Sveciæ fixerunt Recentiores juxta linguam Germ.

ræ pretium erit hic veritatem studiosè indagare, ne erronea imponat, *Philisææ* opinio.

Scandia non  
est insula.

Primò constat terram Sveo-Gothicam seu Scandiam non esse insulam, juxta opinionè Antiquorum: Sed continuam esse terram, vulgò dictæ Scythiæ Europææ adhærentem. Cum jam sit notum testimonio Antiquorum Scriptorum, Scythiam fuisse post Diluvium primò cultam, quid obstitit, ne Scandia, cum reliquâ continenti Scythiæ Europææ simul à populo Magogico eodem tempore possideretur? Adhuc si dicamus cum alijs, sive Scandiam ipsam, sive hanc cum Finlandia, parteq; Careliæ esse peninsulam, propter Isthmum inter mare Album seu sinum Grandvicum & orientalem partem maris Balthici, quæ Careliam alluit, adjectum, quod recentioribus quibusdam placet; Annon sic probetur nostram, hanc Scandiam cum alijs Insulis Maris fuisse excultam tempore Mosis, qui ait Gen. 10. Progeniem Japheti in Insulas Maris venisse. Sunt equidem in hac Septentrionali ac occidentali plaga Europæ, Insulæ celeberrimæ, sc. Gothlandia, Alandia, Olandia, Cimbria & Britannia, quæ juxta Mosen dicantur à Japheti progenie occupatæ, cur non & Scandia? Accedit, quod vetustissimū Scythiæ nomen ab ipsis Gethis originem invenerit: Nam origo vocis neq; Græca neq; Latina est; nos autem vocamus Sveo-Gothicâ lingvâ Sagittarium *Stytha* ut diximus argum. 1. Hoc nomen dum circumferebant antiquissimi bellatores Gothi, qui de Scandia olim egressi, conjunctis cum Magogetis in oriente armis pugnabant contra hostes suos, certè declarârunt se scientiâ jaculandi & sagittis pugnandi fuisse peritissimos. Unde Thuc. l. 2.

Vox *Stytha*  
est Gothica.

vocat

vocat *Getas Scytharum finitimos & bellicosissimos, omnesq; Hippotoxotas i. e. ex equis sagittarios.* Sic cepit nomen Scythicum, quod antea erat mundo ignotum. Itaq; vetustissimi Græci intelligentes nomen Scythæ fuisse his gentilitium, nominarunt hos Magogetas conjunctim Scythas, & Regionem quam occuparunt, Scythiam. Sic usû receptum est in vetustissimis Historijs hoc nomen Regioni ac populo inditum. Hinc didicerunt Græci vocare etiam ferrum *σκυθαι*, & exponunt *σκυθαι* ad iram concito. De Scytho-Getarum armis sic cecinerunt antiquissimi Poëtæ:

Lucanus, *Armeniosq; arcus Geticû intendere nervû.*

Ovidius, — — — *Scythiam, septemq; Triones*

*Horriser invasit Boreas.*

Adhuc. Extant apud nos plurimi ingentes Cippi, quorum inscriptiones testantur hic vixisse Heroas etiam ante incaptum Regnum Israël, quorû memoriam in Græciâ mortuorû, hi Cippi continent. Tales videntur in Uplandia propè *Laby* / ubi saxum legitur literis Runicis inscriptum memoriæ *Gudlichi* in Lombardia mortui. Aliud monumentum videtur in paracia Belingensi erectum fratribus *Gerdero* & *Uterico* in Græcia mortuis &c. In Cippis antiquissimis hic erectis ante natum Christum, conspicitur effigies serpentis (fortè Mosaici, de quo majores nostri erant informati) in alijs cippis videtur signum  $\dagger$ . Memoriam Gothorum in exteris militantium habet pervetustus codex legum Vestrogothicarum, ubi seriò prohibetur, ne hæreditas alicujus avita, qui cum commilitonibus suis Gothis in exteris militasset, transfiret ad propinquos antequam explorarent



per annum è vivis ipsum excessisse. Item; Messenius in Chr. Episc. c. 13. allegat pervetus Chronicon Lubecensium, in quo recitantur merces, quas collegit in Sveo-Gothia Legatus Papæ Marinus, An. Chr. 1462. nundinatione indulgentiarum; inter illas merces Lubecam missas, dicit Chronicon fuisse *libros apud Svecos dolose conquestos, quos Gothi Româ An. Chr. 388, expilatâ, in patriam retulisse existimantur. Unde* (addit Messenius) *non obscure licet colligere quorsum monumenta nostra antiquissima pervenerint, nimirû, qua Danorum nobis reliquerit invidia, Romanam subduxisse astutiam.* Præterea sunt in Sveo-Gothia copiosissimi lacus vario piscium genere refertissimi, & fluvij inter montes (qui vario metallo Ferri, Cupri, Plumbi, Argenti abundant) utiliter decurrentes, quorum fluviorum aqua ductu naturæ (adhibitis instrumentis necessarijs) elaborat metallum è fodinis extractum, & in massam humano usui aptam disponit facilius, quàm id fieret ullo alio medio artificiosè excogitato. Sunt insuper in Coenia præstantissimæ arbores glandiferae naturaliter satae, ut Quercus, Fagus, quarum fructus ante inventas fruges, plerisq; populis victum dicitur suppeditasse. Suntq; hic copiosissima mella. Hanc naturalem bonitatem Regionis fuisse multis seculis ignotâ hominibus non est credibile: nec ausit aliquis dicere hæc bona fuisse frustra à Deo creata, ut homini alijsq; Creaturis essent diu abscondita. *Εκ παλαιότητας* testantur antiquitatem & cognationem Magogetarum in Scandia & Thracia habitantium, commercia ultrò citroq; frequentata. Julius Capit. de Max. Seniore, refert *Maginum à militia desisse, & in Thracia ubi genitus erat, comparasse possessiones, semperq; cû Gothi commercio*

Naturalis bonitas Scandiae unde Munsterus vocat hanc Schoelandiã.

Jul, Capitol,

exercuisse. Ruffinus l. II. c. 13. ait: *Gothorum gens per* Ruffinus.  
*omnes se Thracias infudit.* Herod. l. 4. *Geta sunt fortis-* Herodotus.  
*fimi Thracum atq; justissimi.* Nicephorus Græcus in vi- Nicephorus  
 ta Theodosij jun. ait: *Attilas Schitta vir fortis, solus*  
*Scytharum, quos & Hanos vocant, principatus regno per*  
*Thracem discurre, & omnem Civitatem in servitutem*  
*redigit.* Præterea testimonia Historicorum sat mul-  
 ta initio scripta, ne quis dubitare possit Scandiam  
 cum prima Regionis (Scythiæ Europææ dictæ) cul-  
 turâ fuisse Gothorum habitationem. Quod quidam  
 recentiores accipiant inde occasionem dubitandi,  
 quia defunt antiqui Scriptores Gothiam illustran-  
 tes; Meminerint verborum Diod. Siculi, dicentis: Diod. Siculus.  
*Historicorum genus vero non admodum exortum est.* Et  
 jam Moses post multa secula scripsit primam histo-  
 riam. Insuper cogitent vanam esse tergiversandi  
 causam, dum ipsa terra habet monumenta suæ ve-  
 tustatis certissima. Verè enim dixit Saxo l. 4. *Si pa-* Saxo.  
*triam hanc fortuna Latino quondã sermone donasset, in-*  
*numera nostratum operum volumina tererentur.* Conclu-  
 dit igitur Bertius l. 2. Germ. c. 16. de antiquitate hujus Bertius.  
 populi sic: *Nulla hodiè Gens est, quæ certiora habeat at-*  
*tioraq; suæ antiquitatis documenta, quam natio Gothorum;*  
 Ex Scandia egressi Sveo-Gothi, nunquã tamè ab hoste  
 expulsi, reliquerunt in patria suos posteros ac cogno-  
 mines, quod exteri in Hispania noverunt. Alf. Chart. Alf. Chartag.  
 sic: *Licet Gothi ad gentes alias sapius se vertissent: Recto-*  
*res tamè suos in Scythia demittebant, penes quos gentis Re-*  
*gimè consistebat.* Atq; tandè eligebant in patria quie-  
 scere: unde exclamat Adam Brem. Chor. p. 44. *Ec-* Adam Brem.  
*ce populus iste, à quo totas olim Galliarum & Germania pro-*  
*vincias legimus depopulatas, suò nunc finib. contentus est,*

VII. Tacitus Fortitudo Sveo-Gothorum militaris in posteros cum sanguine procreata, juxta testimonium Taciti prius dictum, *Robora parentum liberi referunt*; eaq; in nostris Sveo-Gothis conspicua, evincit antiquissimos Gothos horum esse majores. Hanc fortitudinem promovet studium libertatis, juxta versus:

— — — *Svecia sacra*  
*Libertatis amanti, armatos colligit ut se*  
*Vindictæ ac patrios gladio tueatur honores:*  
*Non ea, non Gothicæ est insita moribus aut vix,*  
*Aut ratio, externis ut victa subesse Tyrannis*  
*Et parere velit.*

Saxo,

Addit Saxo l. 2. Hialtonem & Biarconem de fortitudine Gothorum sic colloquentes:

Hialto. *Ecce Truces oculis Gothi, visusq; feroces,*  
*Cristatis galeis, hastisq; sonantibus instant;*  
*In nostra validam peragentes sanguine cladē;*  
*Distringunt gladios, & acutas cote bipennes.*  
 Biarco. *Non memini certamen agi, quo promptius esset*  
*Alternare enses, partiriq; ictibus ictus,*  
*Dans unum tres accipio, sic mutua Gothi*  
*Vulnera compensant sic dextra potentior hostis*  
*Vindictæ arreptam cumulato sænore penam.*

Orosius.

Polybo.

Roget quis, unde fortitudinem resistendi hosti, patientiam tolerandi molestias belli, constantiam, pergendi in deliberato proposito teneat Sveo-Gothus miles? Respondebit se habere hæc partim naturâ, partim testamento majorum, ne magnificum Sveo-Gothorum nomen intermoriatur. De antiquis sic testantur antiqui: Orosius antiq. l. 1. c. 61. *Geta, qui & nunc Gothi, hos Alexander vitandos pronunciauit, Pyrrhus exhorruit, Caesar etiam declinavit.* Polybius de

rebus gestis antiquissimorum Scytho-Gothorum lo-  
 quens ait lib. 9. *ὡν ἰδὲν πέντακτι τοῖς ἄδελφοῖς.*  
 Ibid. lib. 9. *Orig. Geas Gothorum fortis & potentissima.* Isidorus  
*corporum mole ardua, armorum genere terribilis.* Tacitus.  
 Tacitus de mor. Ger. f. 137. *Suonum Civitates prater viros*  
*armaq; classibus valent.* De Fennis Gothorum socijs  
 sic: *Fennis mira feritas: sola in sagittis spes.* De ijsq; Saxo  
 l. 5. *Fenni ultimi septentrionis populi, acer ijsdem telo-*  
*rum est usus, non alia gens promptiore jaculandi peritiâ*  
*fungitur.* Adam Brem. Chro. p. 21. *Sveones sunt popu-* Adam Bremo  
*li multi, viribus & armis egregij; pratero tam in equis*  
*quam in navibus juxta Bellatores optimi: Unde & suâ*  
*potentiâ ceteras Aquilonis Gentes confringere videntur.*  
 De exteris Gothis sic Otto Frising. l. 4. c. 31. *Regnum* Otto Frising.  
*Gothorum maximum ac potentissimum, & quod solo nomi-*  
*ne gentes terrebat, ante orbem terrarum concutiebat, sub*  
*Ataricopaulatim decrescendo Barbarâ patuit.* Goldast.  
 Goldast. Hist. Boh. l. 1. c. 5. *de Gothis antiquis & recentiori-*  
*bus ita scribit: Sveonia Gothos suos & Cimbro nobis ef-*  
*fundit, qui Germaniam à Romanis oppressam, ab eorum*  
*jugo in vitam libertatem affererent, quod & fortiter*  
*præstiterunt. Hinc est, quod Haquinus Alberti Suecorum*  
*Regis filius, in Regem Rom. fuerit (id Historia patriæ*  
*ignorat) à summo Pontifice & nonnullis Germ. Principi-*  
*bus Electus, & præfens SVEONUM, GOTHORUM & FIN-*  
*NONUM REX; Sereniss. & Potentiss. GUSTAVUS*  
*ADOLPHUS, nationis Germanicæ præcipuus nunc*  
*amor & dulce decus, in Regnum Ingermanlandia, Rus-*  
*siam Sarmatiam prospiciens, Germanos acciendos censuit.*  
 Laudes antiquorum & hodiernorum Sveo-Gothorum commemorare non mihi hic mens est, quas Historici dignè deprædicant: Antiquitatis vestigia

in posteris residua declarare sufficiat. Magnum argumentum antiquæ Fortitudinis Sveo-Goth. est ordinata Dispositio & nominatio præfecturarum Scandix, dum 100. pagi in singulis præfecturis numerati, dicti sunt *Hundari* & *Hærod/ Hærad/* inde *Longhundsdradt/* quasi *Longhærad/*. Ubi numerus pagorum in præfectura excederet centum, undè Romani videntur habuisse suos Centuriones. (*Hæd* Gothis est exercitus, *Odj* Possessio.) Sic facta est prima divisio præfecturarum Scandix ab hominibus bellicosis, qui per dispositionem hanc conscripserunt exercitum, ut cum singulis præfectis Centeni in militiam datâ occasione pergerent. Hunc morem conscribendi paratissimum semper exercitum testatur Tacitus Germanos acceptasse, dicens f. 126. *Desinitur numerus, Centeni ex singulis pagis sunt, id ipsum inter suos vocantur. Et quod primò numerus fuit, jam nomen est honor est. Aries per cuneos componitur.*

Tacitus.

J. Magn.

Strabo.

Ad fortitudinem populi accedit, quod antiqui Gothi nullius externi Regis imperio unquam fuerint contra voluntatem suam subiecti. Joh. Magnus dicit l. 4. c. 13. Julium Cæsarem Rom. antecutum esse à Sveo-Gothis, ut festivitatem unius diei celebrarent Mense Decembri, qui ab ipso diceretur *Juledag/* & transijt sub Christianismo in memoriam nati Christi. Quicumq; hujus narrationis auctor est, videtur minus assécutus veritatem. Nam i. Julius Cæsar legitur Gothis nunquam imperasse; quin potius affirmat Strabo l. 7. *Romanos non transcendisse Albin.* 2. Nec sibi constat Narratio. Joh. Magnus dicit Julium Cæsarem fugisse à Mari Balthico, timore potentix Gothorum, dicendo: *Veni, vidi, fugi;* Quam ergò

ergo subjectionem peteret Julius, vel familiaritatem  
 ambiret ejus populi, quem fugit & superiorem ti-  
 muit? 3. Nec verisimile est fortissimos Sveo-Gothos  
 in propriâ terrâ viventes timuisse Romanos  
 nondum visos, siquidem eosdem in acie stantes  
 nunquam formidarunt; tantum aberat ut commove-  
 rentur Scandiani sive potentiâ Julij, illis ignotâ, sive  
 amicitia ejus personali, quam minus curarent, cum  
 mox auditione perceperint illum pessimè à suis Ro-  
 manis fuisse tractatum. Sic periit contempti Julij  
 memoria; quomodo maneret Festivitas, si alicubi ef-  
 fet illi dicata? 4. Notatio à Julio Cæs. Festi nostri  
*Jwledagh* est conficta: Nam longè antè Julium Cæs.  
 vocârunt Scandiani mensem, in quo hic dies cele-  
 bratur *Giulimânat* / (Ol. Worm in Fast. f. 1. legit in-  
 Ol. Worm;  
 versè *Giulimânat*) quæ vox ad pronunciationem Re-  
 centiorum sonat rectius *Hjwlmânat* / quia in hoc  
 mense, quem Latini vocant Decembrem, circum-  
 agitur vel rotatur (Rota est *Hjw* Gohis) annus. Fi-  
 nito enim priori anno dum Sol à Tropico Capricor-  
 ni regreditur ad Æquatorem, incipit novus an-  
 nus, & hunc solaris conversionis mensem, qui clau-  
 dit priorem, novumq; incipit annum, vocârunt ma-  
 jores nostri *Shimimânat*; indeq; diem Nativ. Christi  
 in hoc mense festivum, nominârunt Christiani à  
 mense *Shwledagh*: Quæ denominatio diei servatur  
 Unde notatio  
*Jwledagh*;  
 adhuc in alijs Regnis, sc. Dania, Norvegia, Scotia,  
 ubi antiquissimorum Gothorum soboles residet, &  
 sermonis idioma suo modo observatur: Hi populi  
 non dicuntur ab Historicis, in memoriam Julij Cæs.  
 festivitatem hujus diei capisse, tantum abest ut de-  
 nominatio hujus festi Julium habeat auctorem.

Fortitudo  
Sveo-Gothorū  
expulit Regno  
Tyrannos.

J. L. Gotfrido.

Hinc liquet narrationem Joh. Magni de Dominio Julij Cæs. antiquis Sveo-Gothis approbato incertam esse, & à primo scriptore excogitatam. Sic elucet veritas supra argum. § annotata, sc. imperium Rom. ad Gothos usq; non penetrasse. Imò antiqui Sveo-Gothi in exteris Regionibus viventes nunquam volere alieno parere Dominio; Sed ex seipsis Regem sibi elegerunt, testibus Historicis. Recentiores etiam Sveo-Gothi dum promissionibus persuasi recipiebant externos Reges (tamen de sanguine Gothico in stirpe maternâ factos) pertulerunt illorum imperium, quamdiu justitiam administrarunt. Postquam vero inferre subditis manifestam injuriam tentabant, mox reddidit se conspicuâ Heroica fortitudo Sveo-Gothorum, quâ Tyrannos expulerunt & extorres fecerunt, ne in patria Gothorum vivere aut mori possent. Sic *Rex Svec. Albertus Megapolensis* à subditis propter injurias illis contra datam in coronatione fidem illatas, exclusus, in Dania captivus interiit. Christophorus Bavarus, Ericus Pomeranus, Christiernus I. & II. Dani, primiq; Christierni filius Johannes, omnes hi Reges Svec. constituti, sunt expulsi propter crudelitatem graveq; Regimen, vindictam Heroicam ac fortitudinem Sveo-Gothorum intelligentes, dum in miseria derelicti sunt. Adhuc fortitudo Sveo-Gothorum noluit Regum internorum injuriam & manifestam Tyrannidem; id ipsum observante. J. L. Gotfrido in invent. Svec. par. 1. f. 51. Excluserunt Sveci Regem Birgerum in Sveciâ natum, causâ Tyrannidis in duos fratres fame necatos perpetrata. Sic deseruerunt suum Regem Magnum *Smek*, causâ dissolutæ vitæ & perfidiæ in patriam

patriam commissa, ut supra dictum arg. s. Electo ad clavum Regni prædicto Alberto Megap. Idem viderunt parentes nostri factum proximo seculo. Rex Ericus piissimi Regis Gustavi I. filius, dum quosdam innocentes Regni proceres illegitimè necasset, Regimine spoliatus vitam in carcere finivit, substituto fratre ejus Johanne III. Rege Svec. Etiam juniores Sveo-Gothi viderunt coronatum Regem Svec. & Polon. Sigismundum, communi ordinum decreto in comitijs habito, privatum esse sceptro hæreditarij Regni, quia testamentum avi sui Religiosum publico Regni consensu approbatum violasset, erigendo delubrum Jesuviticum in Regiâ civitate Holm. nec non in alijs patriæ locis constituendo per legatum Pontificium Franciscum Mala Spina prædicatores Pontificios; insuper tradendo arces & præsidia Regni in manus Gubernatorum, Religioni Pontificiæ addictorum. Sic solent Sveo-Gothi injuriam publicam ulcisci. Quod exteræ gentes etiam in remotissimis locis habitantes suo experimento probaverint fortitudinem bellicam majorum nostrorum, referunt multi Historici. Eandem fortitudinem hodiernis Sveo-Gothis hæreditario jure relictam, exteros populos in Russia, Carelia, Ingria, Livonia, Lithuania, Curlandia, Polonia, Borussia, Silesia, Bohemia, tota Germania adeoq; in ipso imperio Rom. præsertim Duce ac Imperatore belli fortissimo ac felicissimo Heroë, GUSTAVO ADOLPHO MAGNO, p. m. cumulatissimè novisse, jam totus mundus non ignorat.

Hæc facta antiquorum & hodiernorum Sveo-Gothorum, saltem ad probandam innatam genti  
 Commenda-  
 tio Sveo-Gothorum à pe-  
 for.



elitâ bellandi  
non est impia,

fortitudinem animi in posteritate adhuc remanere, historicè commemoro. Si inferant aliqui vim hujus argumenti à fortitudine Sveo-Goth. prolati minus valere, dum inculcat talia majorum facinora, in quibus homines simplices laudari nolunt. Abhorrent enim pacifici ab effusione sanguinis & militiâ, patriam potius deserunt vexati, quam alienas terras invadant. Hic notet P. Lector verbum Dei non damnare militiam, neq; fortitudinem legitimè resistendi injuriæ illatæ: Quin potius recentet S. Scriptura honorificè nomina Heroum, qui strenuam operam in legitimo bello declarârunt. Quoniam sit à Deo concessum bellare; imò, ipse est qui per bella transfert Regna, dans imperium cuicumq; voluerit, teste Propheta Dan. 2:21. & 5:27. ideo gerat se miles potius strenuum, quàm ignavum, potius fortem, quam timidum. Hinc est quod fortitudinem Sveo-Gothorum commendat Poëta apud Alf. Chartagen. de R. H. c. 6.

Alf. Chartag.

*Contemnit mortem laudato vulnere Gothus,*

Nosq; eandem à majoribus in posteros propagatam, hodieq; in Sveo-Gothis residuam fortitudinem, in descriptione hujus populi jure commendamus.

## CAP. II.

*De Religione populi Sveo-Goth. antiquissimâ.*

**O**Mnibus Gentibus innatum esse *ἰσὸς τὸ θεῖον*, seu quod sit Deus, testatur Apostolus Rom. 1. licet nemo hominum per se sciat *Quid sit Deus*, absq; revelatione ipsius Dei. Revelat autem Deus essentiam ac voluntatem suam per verbum à Prophetis & Apostolis jussu ipsius prædicatum & scriptum. Quicumq; hoc accipiunt verbum, indeq; cultum religiosum.

d. sco

discere cupiunt, certum est eos in verâ Dei cognitione ad obtinendam aeternam salutem rectè, illuminatione Spiritus S. erudiri: Qui verò scriptum Dei verbum contemnunt, ut Gentes hominesq; Barbari fecerunt & faciunt, illi nec Deum rectè cognoscunt, nedum colunt, nec de suâ salute aeternâ certi esse possunt. Hoc testantur omnium Gentium Historia & iudicium verbi Dei de iisdem. Quanquam descendisse Sveo-Gothos à primis patribus post diluvianis certum est, qui in vera Dei cognitione cultuq; religioso satis à Noa suo Genitore essent edocti: Tamen defecerunt posterorum, more aliarum Gentium, à verâ Dei noticiâ, eligentes vanam idololatriam, donec Deus singulari revelatione Abrahæ factâ, veram sui cognitionem, cultumq; religiosum, denuò revelaret. Sveo-Gothi in Scandia residentes instituerunt cultum Numinis ritu peculiari celebrandum in mediâ Sveoniâ, exstructâ Metropoli Ubsala, auctore Ubbone, Magogi filio, circa annum à diluvio 246. Non enim potuit prudens populus Sveo-Goth. ignorare quod natura jubet omnes Gentes meminisse, sc. Deum esse colendum. Nec voluit Gens fortissima cultum divinum negligere, quem omnes milites in bello strenui solent summè observare, quippe scientes auxilium Deorum ad victoriam comparandam esse præcipuè necessarium.

Cultus Ubsaliensis institutionem deridet Saxo Saxo. eo nomine, quod habeat solam memoriam præstigiatorum, dicens: *Olim quidam magica artem imbuti, Thor vid. & Othinus; aliq; complures mirandâ præstigarum machinatione callentes, obtentâ simplicitate animi, Divinitatû fastigium arrogare ceperunt.*

Primi Sveo  
Goth sciunt  
runt veram  
Dei cognitionem.

Verum causam & circumstantias institutæ Religio-  
nis Ubsal. consideranti innotescat hunc fuisse cul-  
tum institutum magis opinione colendi Numen-  
coeleste, quàm præstigiatores; licet largiamur, hunc  
cultum in grandem idololatriam decursu temporis,  
instigante Satana, crevisse. Quod institutio cultus  
Ubsal. fuerit religiosa, probatur à naturali scienciâ  
quali-quali Divinitatis, Ethnicis notâ, quam in no-  
stris patriotis commendat Adam Brem. Chor.  
p. 37. dicens, *Scandiavi ante susceptam fidem, naturali  
quodam lege viventes, non adeo discordarunt à nostra  
religione.* Idem repetit Cranzius; & de cultu Islando-  
rum gentili idipsûm allegat Aragr. Jonas, Hist. Isl.  
par. 2. sect. 1. Hinc ait N. Hunnius in Apost. R. E.  
cap. 4. *Ethnicismus non est adeo abs fide & religione  
Christiana alienus, ut nihil prorsus cum eâ commune ha-  
beat.* Porro probatur eadem Religio majorum no-  
strorum instituentium cultum Ubsal. ex nomine  
formaq; idolorum. Primum idolon dictum erat  
*Tbor*; Aliqui volunt à filio Magogi Thoro sic nomi-  
natum, quem mortuum cogitabant posteri inter  
Deos relatam, cui cultus jure offerretur. Alij volunt  
denominatum fuisse hoc idolon imitatione Chal-  
dæorum *UR*; siquidem Moses indicat hos fuisse  
omnis idololatriæ authores, dicens Gen. 11:4, hæc  
fuisse verba fundatorum turris Babel, *Factamus nobis  
Nomen*, illud Facere  $\text{נשענ}$  *Noosa* est Magni-  
facere, etiam subigere, & Nomen  $\text{שענ}$  *Schem* est  
authoritas Nominati. Sic fundatores Babel magnifi-  
cantes nomen suum, contempsisse eos Nomen Dei  
certum est, inde cœpit usus idololatriæ. Dicit qui-  
dem Lactantius div. inst. l. 2. c. 14. *Egyptios fuisse pri-*

Adam Brem.

Cranzius

Aragr. Jon.

N. Hunnius

Antiquissima  
Religio Scan-  
dianorum fuit  
præsumptivè  
bona.

Lactantius.

mor, qui caelestia suspicere & adorare cœperunt: Sed cum Moses fateatur UR Chaldaeorum cœpisse cum divisione gentium in terras, hos Babylonios fuisse authores idololatriæ dicimus. Occasionem hujus idololatriæ videntur superstitiosi homines invenisse ex mysterio in sacrificijs Patriarcharum usitato, dum ignis cœlitus descendens absumpsit eorum sacrificium. Hunc ignem (nuncium cœlestem) volentes adorare Chaldæi instituerunt idololatriam UR: inde vocat Ruffinus L. II. c. 26. *Ignem Chaldaeorum Deum*: Siquidem UR significat ignem, lumen & titionem. Exod. 28. Am. 4. El. 7. &c. Ad similitudinem hujus idololatriæ UR instituisse Magoetas cultum Ubsal. *Thori*, volunt quidam propter Nominum conformitatem. Quod licet P. Lectori judicandum committimus: tamen intendisse majores nostros hac institutione cultum Numinis cœlestis, probatur his argumentis, 1. Antiquos Sveo-Gothos desumpsisse multa nomina ex Hebræis, primisq; patribus postdiluvianis certum est **תור** *Thor* significat illis ordinem, vel ordinatorem. Cum jam Sveo-Gothi vellent honorare summum ordinatorem in cœlis Regnantem, & in nubibus fulminantem, nominarunt idolon suâ dialecto *Thor*, addentes aliam vocem Hebr. **דון** *Dun* (ex quibus conjunctis fecerunt *Thordon*) quæ significat æquum judicium, quale videtur Deus fulminaris in nubibus (hoc vocant Sveo-Gothi *Thordon*) exercere in terra. Sic notatio Numinis Goth. ostendit cultum fuisse institutum Thoro, sub opinione veri cultus Dei. 2. Imago Dij Thori Ubsalæ erecta ostendebat Deum cœlestem (licet Ethnicis distinctè ignotum) fuisse hoc idolo indicatum.

Ruffinus

1. Argm

Etymon Thori  
Dij

2. Argm

Nam

Ericus Ulf.

J. Magnus.

Cultus Thoro  
dicatus erat  
summus.

Herodotus.

J. Magn.

Nam *residebat Thor in medio alijs altior* (utor verbis Erici Ulf. l. i. p. 2.) *imagine viri nudt, dextrâ quidem sceptrum, sinistrâ verò stellas septem præferentâ.* Addit Joh. Magn l. i. c. 9. *fuisse in capite ejus coronam, & circa illum duodecim stellas.* Hæc forma stellari Numinis certè significavit summi Dei in cælo regnantis Dominium. 3. Cultus hujus Thori erat summus. Nam *hæc singulis hebdomadibus* (rursus verba Erici Ulf. ibid) *quintâ feriâ per deputatos Sacerdotes sacrificia offerebantur, à quo usu dies illa dicta Thorsdag;* Addit J. Mag. Svecos coluisse Thorum loco Jovis Auxurii, i. e. *semper vigenti & imberbâ, quem cælo & astris dominari, cultores suos ab inclementiâ cæli liberare, & pestem annonæ, caritatem avertere Ethnici cogitabant.* 4. Memoriam hujus Dij voluerunt Sveo Gothi sempiternam, quia primum anni mensem denominatione Thori celebrârunt, vocantes eum *Thorsmånat.* Adhuc ordinârunt singularem colendi modum Thoro dicatum. Habuerunt malleos quos vocârunt Joviales *Thorshamrar* / quibus frequentèr pulsabant domos emisso fulmine, cogitantes se ferre suppetias Thoro fulminanti, & contra alios Deos (illorum opinionione) tunc pugnanti. Hunc morem observasse Getas Thracenses imitatione Scandianorum, testatur Herodotus in Melp. dicens: *Dum tonat fulgura, & in cælum sagittas excutunt.* Hic idololatricus Scandianorum cultus permansit ad tempora Regis Magni, An. Chr. 1130. teste Joh. Mag. l. i. cap. 13. Voluerunt etiam Sveo-Gothi à Deo Thoro nominandos esse suos liberos, tam masculos, quàm femellas, quæ nomina sunt adhuc sine superstitione in usu, *Thore/Thure/Thorne/Thorsil/Thorilla/Thorsimundo &c.*

Hoc

Hoc usum à posteris frequentato præsumebat antiquitas cultum Dij Thori manere perpetuum. Quoniam gentiles unum verum Deum ignorarunt, non erant contenti cultu unius Dij, præsertim successu temporis, postquam malitiâ Satanæ essent gravius occæcati: Sed confinxerunt sibi Numina plura, duobus quem Deum agnoscerent superiorem. Itaque præter Deum Thorum alios esse invocandos Deos Sveo-Gothi sub paganismo cogitarunt. Accessit hæc causa, quod à Dijs ipsis natos esse Heroas, virosque excellentes somniarint, quibus mortuis, inter Deosque relictis sacrificandum esse iudicarunt. Igitur tot facti sunt Dij, usque temporis tot simulachra Deorum, quot habuerunt Ethnici viros excellentes. Hoc observat Lact. div. inst. l. i. c. 15. dicens: *Privatim singuli populi, Gentis aut Urbis conditores seu viri fortitudine insignes erant, seu femina castitate mirabiles, summâ veneratione coluerunt, ut Egyptij Isidem, Mauri Jubam, Romani Quirinum &c. Sic per populos atque Regiones variâ Sacra suscepta sunt, dum grati homines, esse in suos Principes cupiunt, & quos alios honores vitâ carentibus deferant, invenire non possent.* Idcirco probitas filiorum, qui eximjis parentibus successerunt, hunc errorem plurimum promovebat.

Unde expie  
pluralitas Deo-  
rum.

Lactantius.

Præcipuos Deos cum Thoro habuerunt Gentiles Sveo-Gothi duos ipsi collaterales, sc. Oden & Frigga. Causam hos colendi, & qui fuissent hi homines quos antiquitas censuit invocandos, non omnes idem recitant. Oden vulgò creditur fuisse Magus, cujus uxôr Frigga pari artificio celebris, pari honore digna videbatur. Odenum Magum vixisse tempore Regis Hatungi, cum eoque familiarissimam vitam trans-

Oden.  
Odennus Ma-  
gus tempore  
Hatungi cla-  
ruit.

Joh. Magn.  
Huitfeld.

Snor. St.

egisse scribit ex Saxone Joh. Magnus l. 2. c. 9. Hunc edificasse *Othense* in Dania annotat Huitfeld in præf. Chr. Ante hæc tempora celebratum fuisse cultum *Dij Thori* in Sveo-Gothia annis 400. certum est. *Snorre Sturl* in Chr. R. N. pag. 2. & 5 sic ait: *Odenus regnavit olim in Asia, juxta fluvium Tanaim, & Scythiam vicinasq; Provincias edomuit: Indè venit in hanc Scythiam (Sveciam) & in Sigtuno habitans, ordinabat Religionem juxta formam superioris Scythia, & constituebat Regentes Provinciarum, Svecicè Drotncr.* Videntur ergo nostri majores à vicinis gentibus persuasi, cultum *Othino* & *Friggæ* instituisse; siquidem *his Regni septentrionalibus, Svec. Goth. Dan. Norv.* erat unus cultus *Deorum, & unicum Templum idololatricum Ubsalia celeberrimum* teste Huitfeldio.

Alij volunt cultum fuisse eodem tempore institutum, itaq; *Othinum* sic dictum Gothis non à Mago, sed ab usu & officio suo tradunt. *Othia* vocant Gothi attentè inspicere & videre signum inprimis prodigiosum, fortè sicut Hebræi vocant tale signum **מוֹת** *oth* Hinc dicuntur signa & mirabilia Dei pluralitèr **מוֹתוֹת** *Othin* Dan. 6: 27. Si dicamus vetustissimos Sveo Gothos sive didicisse à primis patribus Postdiluvianis Hebraicè loquentibus *Othioth* & *Othin* significare mirabilia Dei, vel mirabilia facientem; si ve accommodasse suū *Othia* & *Othin* Hebraico idiomati, verosimile videtur obtinuisse hoc Idolon Ubsal: nomen *Othin* à mirabilibus factis, quasi divini Regiminis. *Hunc enim Deum suum fecerunt pagani Sveci colatorem lateralem Thoro,* ait *Ericus Ubsal* l. 1. p. 2. *quasi ejus consiliarium vel adjutorem, præcipuè in causis belli.* Ideò dederunt huic effigiè Martis aureà galea triumphantis, ad

Ericus Ubsal.

ad monstrandum hunc Deum irradiare corda bellatorum, instar luminis ac claritatis cælestis, quâ gratiâ Othini crediderunt Sveo-Gothi se suos vincere hostes, dicente

J. Magno l. i. c. 9. Cumq; soleant in bello milites rape- Joh. Magnus

re bona hostium, indeq; ditescere, fecerunt Sveci

Deum Othinum etiam *divitiarum præsidem*, ut hunc

colerent homines divitiarum cupidi. Sic credebant

Antiqui Deum Othinum (Oden) in domibus divi-

tum habitare. Huic diem in media septimana con-

secrârunt, dictum *Odensdagh*. *Friaga* vel *Friija* *Frigge*.

Dea fuit collateralis Deo Thoro parte sinistra: Cul-

tores ejus judicabant eam *Amorû* esse *Deam*, quare

invocabant eam qui fortunato conjugio donari

optabant; inde obtinuit locum & Formam *Veneris*.

*Effigiem ejus ornabant arcu & gladio, ad notandam for-*

*titudinem Sveo Gothicarum Faminorum, quæ solebant ad*

*bella cum viris procedere, fortiterq; militare, quod non*

*tantum Amazones, sed plures aliæ testantur fuisse*

*verum. Hetha filia Regis Hoquini King fuit vexillife-*

*fera in campis Bravallinis contra Danos, ait Ericus Ulf.* Ericus Ulf,

l. i. p. 31. Huic Deæ dedicatus est penultimus hebdo-

madæ dies, dictus *Fregdag*.

Cultus horum trium Numinum Ulsal. fuit cele-

berrimus toto tempore Gentilismi, non solum in

Sveo-Gothia; sed in vicinis Regionibus, ubi habita-

runt posterî & cognati Gothorum. Ideo ibidem

nominantur adhuc dies septimanæ dictis nomi-

bus. Hinc ait P. Diaconus de gest. Long. l. i. *Wos* P. Diaconus.

*dan est, qui ab universis Germania Gentibus ut Deus ado-*

*ratur, & in Graciâ fuisse perhibetur.* In Tacitum addit

Rhenanus, sylvæ in Germ. *Der Odenwaldt* ab Odeno Rhenanus;

est denominata.



Festivitates Sveo-Goth. seu Fastos populi, & modum colendi hæc Numina Gentilibus usitatum, commemorare non videtur necessum, quia fuit idololatricus Deoq; abominabilis, nec ad nostrum institutum accommodatus, dum Historiam Ecclesiæ SveoGoth. non congregationis gentilis contexamus. Quoniam verò superstitiosus hic cultus sub opinione invocationis Dei capit, adeoq; præsumebant primi Magogetæ se Deum cœli & terræ invocare, dum his Numinibus sua debita solvebant; ideo paucis ostendemus affectum majorum nostrorum erga cultum Dei, etiam sub Ethnicismo usitatum, ut innotescat simplicis constantisq; hujus populi simplex constansq; amor sacrorum. *Fuit quædam solennitas hic denovenio in novennium, ait Ericus Ubl. l. i. p. 3. quam omnis multitudo exactissimè celebravit, offerendo donaria, tam de hominibus, quam de brutis, quorum sanguine Deos placabant.* Corpora oblata in luco quodam prope Templum arboribus suspendebant, volentes esse ipsas arbores ex morte immolatorum divas & sanctas. Ritum sacrificandi, præsertim vivos homines & equos, dum gentiles ad bella proficiscerentur, describit J. Magn. l. i. c. 12. & 13. *Credebant hi homines bellicosi Deum Othinum, invocatum belli directorem, litari præcipuè humano & equino sanguine, quia horum corpora in bello mactari sinebat.* Homines offerebant sive bello captos, sive sorte electos. Hominem sacrificandum in fonte prope locum sacrificij suffocabant. Equum oblatum in Altari Othini truncabant capite, idq; extensum præferbant suæ aciei, tanquam sacrum indicem reportan-

Ericus Ubl.

Conformitas  
Religionis in  
Scandia & Scy-  
thia superiori.

tandæ victoriæ. Eundem morem retinuisse pro-  
 pinquos Gothorum in oriente, testatur Herodotus  
 in Clio, dicens: *Massageta Deo suo equos immolant.*  
 Homines in sacrificio mactatos credebant futuros  
 Dijs similes, immortales, augebantq; nostri nu-  
 merum Deorum dum sacrificabant ex sorte Reges.  
*Immortalitatem anima humana didicerunt Sveo-Gothi*  
*ex suo Zamolxe discipulo Pythagora, qui hanc doctri-*  
*nam animâ discipulorum infudit, teste Lactantio*  
 div. inst. l. 3. c. 18.

Herodotus,

Lactant;

Deos suos multiplicantes Sveci invenerunt  
 Finnonem spiritu pythonico clarum, nomine  
*Rostrophum*, cui mortuo divinos honores obtu-  
 lerunt, & hunc nullo alio sacrificio, quàm huma-  
 no sanguine placandum crediderunt. Sic fa-  
 ctum est frequentissimum hoc sacrificium, quale  
 olim Gentiles ubiq; offerebant. *Tauri immolârunt*  
*hospites suos Diana*, ait Lact. D. I. l. I. c. 21. *Galli*  
*Esrum atq; Trutatem humano cruore placabant.* *La-*  
*tianis Jupiter etiam nunc sanguine colitur humano, Sa-*  
*turnus in latio eodem genere sacrificij cultus est, non*  
*equidem ut homo ad aram imolaretur: Sed uti in Tybe-*  
*rim de ponte Milvio mitteretur.* Talem sacrifican-  
 di morem continuârunt Sveo-Gothi non tantum  
 certis Annis Anniq; temporibus: Sed singulis men-  
 sibus, ait Joh. Magnus l. I. c. 12. idq; novem diebus  
 continuis Sacrificia offerendo. Hinc placet ma-  
 gna primorum Magogetarum devotio, major af-  
 fectus in præsumptam sanctitatem, maximus (licet  
 præter scientiam) Zelus sacrificandi, sumptusq; Sa-  
 crificiorum administrandi. Neq; solos hos sumptus  
 ad sacrificandum necessarios promptissimo animo

Rostrophus  
spiritu Pyra-  
nico celebris.

J. Magnus,

Antiquissimū  
Templum Ubsal.  
sal. corusca-  
bat Auro.

contribuebant Gentiles Sveo-Gothi: Sed & Aurum copiosissimum dederunt ad tegendum & ornandum Templum idololatricum, de quo sic habet J. Magnus l. I. *Templum nobilissimum à tempore Abraba, prope fluvium Sala (ubi hodie Ubsala Suecorum metropolis perdurat) adeò magnifico apparatu constructum venerabatur, ut nihil in ejus parietibus, laquearibus aut columnis, nisi auro splendidum appareret. Tectum praterea totum auro fulgebat, à quo Aurea catena dependens, totum Templum domusq; fastigia cinxisse memoratur. Quo factum erat, ut Templum in planitie situm, admirando sui fulgore venerandam Religionis Majestatem accessurus praberet. Ababat ejus foribus arbor ingens ignoti generis, patulis diffusa ramis, aestate & hyeme juxta virens.* Hujus

Delineatio  
Gentilitij  
Templi Ubsal.  
impressa Ro-  
mæ in ædibus  
S. Birgittæ,  
Anno à nato  
Christo 1554

Templi magnificentiam deprædicant etiam exteri  
Adam Brem. Scriptores. Adam Brem. Chor. p. 23. ait: *Templum*  
C. Baronius, *Ubsala totum ex Auro paratum erat.* Idem dicunt Cæs.

Baro-

Baronius Tom. 2. sub An. 1060. Et *Hwitfeld* in *Hwitfeldo*,  
 præf. Chron.

Sacra constituta & Sacrificia administrarunt  
 Pontifices pileati, quos Sveci ideò *Pytteter* nominâ-  
 runt. Cum illis erant more Gentili Flamines, quos  
 idem gessisse officium testimonio Plutarchi colligi-  
 tur. Sic enim scribit in vit. Num. Pomp. *Flamines* *Plutarcho*  
*di. uncur quasi Pileamines ab ijs pileis qui circum calvaria*  
*erant, quibus ad tegenda capita utebantur, Gracii nomi-*  
*nibus Latinis admistis.* Jornandes in hist. Aug. f. 1094.  
 ait: *Discenat nomen Gothis pileatorum contradit, ut*  
 reor. Plinius meminit sanctitatis illorum, dicens *Plinius*  
 l. 28. c. 9. *Flamines planè abstinerunt tam ab esu*  
*venenatorum, quam à tactu sordidorum & affectu lugu-*  
*bri: Imò ne Equinum fectangere ijs liceret, quippe cum*  
*damnarent hoc inter venena: Sanctissimos ergò fuisse*  
 Flamines opinione Gentilium apparet, quorum con-  
 silia & jussu Reges ordinasse ipsam Politiam, omnia-  
 què publica acta direxisse legimus. Fuerunt hic  
 etiam Sacerdotes Salij, sic dicti vel ab Augurio, quo  
 delectebantur Gentiles, velut condimento salis, vel  
 ab usu salis in sacrificijs adhibiti: urtunq; videtur  
 innuere. Plinius l. 31 c. 7. inquirens: *Sat aded ne-*  
*cessarium elementum est, ut transferat intellectus ad vo-*  
*luptates animi quoq;: Nam ita Sales appellantur omnis*  
*vita tepus & summa hilaritas, maxime tamen in Sacris*  
*intelligitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mo-*  
*la salsa.* Servius & Livius l. 1. Dec. dicunt hos Sa- *Livius,*  
 cerdotes saltasse & tripudiasse circa aras Martis;  
 quem ritum an Salij Sveo Goth. observarint, & Sa-  
 cra Deo Othino fecerint, non legitur in Historijs.  
 Verisimile est omnes Salios nomini ac officio re-  
 spon-

Plutarch.

respondisse. Institutos esse Romæ Salios à Numa Pompilio dicit Plutarchus, & ita dictos quia *custodiebant Peltas, seu Scuta militaria, dicta Amytia, que circumferebant Salij mense Martio, saltantes per Urbem.* Jam constat Peltas fuisse Scuta Amazonica, ut testantur Plinius l. 12. c. 5. & Virgilius l. Æneid.

Plinius  
Virgile

*Ducit Amazonidum lunatū agmina Peltis  
Penthesilea furens,*

Goropius.

Dicitq; Goropius Orig. l. 1. f. 502. *se vidisse Roma in Vaticano labrum sepulchrale Amazonum pugnam habens inscriptam, in quo hac lunata Peltarum figura erat.* Nominant hodieq; nostri Austro-Gothi indumenta corporis sui *Pielta*. Cumq; Romani acceperint ab Amazonibus (populo Gothico) usum Peltarum, etiam ab iisdem didicisse eos Morem Sacerdotes Salios constituendi videtur sequi.

Cur Scandiani  
in Norlandia  
st. diosius inv.  
g. arant Ma.  
g. Cz.

— Quoniam nominati Sacerdotes essent Deo sacri, & in Deorum delubris quotidie versarentur, nec possent ubiq; in amplissimo Regno Sveo-Goth. eid; adherentibus provincijs docere populum Deorum cultum, factum est, ut populus Sveo Goth. præsertim qui longè erat ab Upsalia distitus in Bothnia, Finmarchia, Lapponia &c. missâ Religione patriæ, sibi minùs notâ, assuesceret scientiæ Nicromantiæ, pluresq; sibi fingere Deos imprimis domesticos lares eligeret, quorum auxilio populus paganus se juvari præsumebat. Hanc idololatriam continuavit populus SveoGoth. ultra Annos 2000. Quod de paganismo Majorum nostrorum dixisse sufficiat.

## CAP. III.

*De difficultate convertendi Gentem Suevo-Goth, ab  
Ehnicismo ad Christianismum.*

**P**Rædicatum fuisse Evangelium per totum orbem terrarum, tempore Apostolorum dicit Apostolus Coll. 1. Quod Eusebius l. 3. c. 1. sic exponit: *Sancti Eusebius, Apostoli Domini & Salvatoris nostri, cateriq; discipuli ad prædicandum verbum Dei, per singulas quasq; orbis terra provincias dirimuntur. Thomas (sicut nobis traditum est) sortitus est Parthos, Andreas Scythiam &c. addit c. 37. Alij plurimi per idem tempus Apostolorum Discipuli superrstites erant, qui Ecclesia fundamentis, qua ab illa jacta fuerant, dignissima de super fidei adificia construebant, augentes in omnibus prædicationem verbi Dei & salutaris semina Regni cælorum per omnem terram latius differentes.* Hæc explicatio Eusebij, docet Evangelium fuisse prædicatum in toto mundo per Apostolos, eorumq; discipulos, licet omnes Gentes non essent mox conversæ: Nam prædicare & converti sunt duo distinctissima, duobus subjectis competentia, quorum posterius necessario præsupponit prius, licet à priori non semper dependeat posterius. Quoniam testimonium Apostoli dicit Evangelium fuisse prædicatum sub Ecclesiæ collectione in toto orbe terrarum, sequitur id fuisse factum etiam in Scandiâ, licet hi fascino cultus Ulsâl. antiquitate, credere Evangelio noluerint. Ad Gothos pervenisse prædicationem Evangelij tempore Apostolorum, videtur Abdias Babylonius primus scriptor vitæ Apost. confirmare. Nam dicit l. 3. *S. Andream pertransisse Thraciam ubi Geta Gothiq; habitârunt, ad quos*

Scandiani videntur audisse de Christo tempore Apostolorum

Abdias Bab;

quos Sveo-Gothi mercatum iverunt, & sic prædicationem Evangelij audiverunt. Cumq; hic Apostolus forte obtinisset Scythiam à gentilismo convertendam (referente supra Eusebio) num dicamus nullam cum curam Scythiæ Europææ; sic etiam Scandiæ convertendæ fuisse affectum? Adhuc testatur Abdias l. 10. *Apostolum Philippum prædicasse Scribis Europæi annis 20*, antequam perrexit in Asiam, & elegit Hieropoli vivere ac mori. Quis ergo negabit clamorem Evangelij in ultimam Scandiam tempore Apost. venisse? Hinc ait Hier. in Mat. 24. sic scribens ante an. 1260. *Non puto aliquam remansisse gentem, qua Christi nomen ignoret, & quanquam non habuerit Prædicatorem, tamen ex vicinâ nationibus opinionem fidei non potest ignorare.* Sveo-Cothi licet de Christo audivissent primo tempore N. T. tamen non sunt ad Christianismum tunc conversi, his præsertim adducti rationibus.

I. *Antiquissima erat Religio Ubsalia instituta, & quidem loco veri cultus Dei à majoribus tradita. Ergo hunc cultum fuisse observandum, inviolatèq; retinendum, tum præsumpta pietas in Deum, tum religiosus affectus erga majores requirebant.*

Fallaciâ hujus argumenti nec potuerunt Ethnici intelligere, nec habuerunt illius explicatores aliquot seculis, quare ad tempus permanferunt hi gentiles Ethnicismo occæcati. Peccat autem hæc ratiocinatio multiplici fallaciâ, 1. *Notationis antiquissimi.* Illud non est antiquissimû quod ab homine dependet, solâq; hominis voluntate vel instituitur vel alteratur, quia homo est mutabilis, nec certi ubiq; judicij, in quantum sibi confidit: *Sed illud est antiquissimum quod*

Quodnam est  
antiquissimû,

quod ab antiquo dierum (ipso Deo) dependet, ejusq; jussu rectè servatur. Sicut ait August. q. V. & N. T. II. *Veritas ratio non ex consuetudine, qua est ex vetustate, sed ex Deo fit, qui non vetustate Deus probatur sed aternitate.* Jam constat S. Patres ante & post diluviũ sacrificasse ipsi vero Deo, non Idolis: Ideo verus cultus Dei est antiquior omni Idololatriã. 2. *Causa principis instituendæ Religionem.* Vera causa veri cultus Dei est agnitio bonitatis ipsius Rectoris universi, hominũ per creationem, redemptionẽ & sanctificationem (hæc sunt opera Dei, non Idolorum) declaratæ, quæ allicit Creaturam rationalem, ut ipsum colat juxta præscriptum ab ipso ordinem. Alius omnis cultus ab hominibus inventus est frustraneus, teste Propheta Es. 29. & Christo Mat. 15. Idololatria cum habeat authorem Saranam, aut Magos ejus servos, ipsam Deus justè abominatur. 3. *Causa adjuvantis conservationem Religionis.* Consuetudo & Exempla Gentium foveant servantq; receptam gentilem Religionem: Sed ordo divinitus sancitus de conservatione Ecclesiæ visibilis per prædicationem verbi Dei, ulum Sacramentorum & Clavium Eccl. servat fideles in unitate fidei, & progressum Ecclesiæ promovet. 4. *Ignoratiois Etenchis.* Cultus divinus Ubsaliæ primò institutus si maximè intendisset cultum veri Dei; tamen erat Idololatricus, quia injussu Dei caput & observabatur, & dirigebatur more gentium ad honorem Idolorum. Neq; nititur ratiocinatio vero fundamento, quod nihil esset mutatum vel additum in cultum Ubsaliensium Idolorum, post primam institutionem: Historia patriæ superiori capite repetita indicat sapius fuisse auctam Religio-



Lactant;

Levitas Græcorum auxit Idololatriam.

nem illam Paganicam; idq; exemplo Græcorum, quos fuisse levitatis Authores Lactantius div. inst. l. I. c. 15. testatur dicens: *Poëta compositis ad voluptatem carminibus, in calum mortuos sustulerunt, sicut faciunt qui apud Reges etiam malos panegyricis mendacibus adulantur, quod malum à Græcis ortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate & copiâ, incredibile est quantas mendaciorum nebulas exitaverit.* Sic abit infumum autoritas idololatriæ Ubsal: licet antiqua. Illâ nunc abolitâ, est Dei gratiâ & illuminatione verbi ejus, verus Dei cultus in patriam dilectam introductus, qui jam sine corruptelâ hærese non observatur.

II. *Consensus multorum celeberrimorum virorum, longâ serie sibi succedentium, plurimq; Gentium qua Religionis Sueo Goth. applaudebant, monuit servandam esse unitatem cultus opinabiliter sacri & Divini.*

Qualis requiritur consensus Religionis?

Hoc argumentum levitèr svadet, minimè probat veritatem cultus vulgò approbati, politicè procedit, retinendum esse bonum statum Reip. per consensum & unionem omniû uni Regimini addictorû: Sed veritas Religionis & unio Ecclesiæ non retinetur sine observatione præscripti ordinis divini. Itaq; hic notetur r. Consensus Religionis sit planè conformis verbo Dei, non accommodatus carnali beneplacito ullius hominis. 2. Is consensus erit in fundamento salutis sc. gratiâ Dei, Christi; merito fundatus, quod fides salvifica sibi applicabit. In Ceremonijs ac ritibus externis non possunt fideles ubiq; terrarum viventes consentire, licet hoc frustra urgeant Pontificij. 3. Hic consensus non erit æstimandus à multitudine Nobilium & Excellentium in mundo virorum, quorum pauci sunt Electi, Matt. II, I. Cor. I. Sed pius consensus

fus judicatur veritate Religionis, seu orthodoxâ explicatione Evangelij, ordinisq; salutis. Quicumq; Christiani in mundo, licet abjecti, consentiunt in veritate Evangelij, certò sciant ad veram Christi Ecclesiam se rectè pertinere. 4. Consensus fidelium non est infallibilis nota veræ Ecclesiæ, quia in hominibus non fundatur veritas, & vera Religio patietur contradictiones, dum oportet hæreses esse, ut manifestentur verè fideles; sicut Christus est lapis offensionis & signum cui homines contradicunt. Hinc sequitur omnem consensum cujusvis Religionis non esse laudabilem; multò minus consensum multorum in Ethnicismo. Sic patet falsitas adductæ ratiocinationis.

III. *Vicina Gentes in Scandia, Germaniâ, Daniâ, Borussia, Livonia, non erant conversa; ideo videbant Sueo-Gothi non congruere sua constantia, fieri à se initium conversionis, ut usitatâ diuq; observatâ Religionẽ desererent.*

Hoc argumentum ab Exemplo ductum est frequentissimum in mundo. Sic solent securi homines sua excusare malefacta, putantes se sat benè egisse, si facta illorum probentur mundanis hominibus; imò fures, adulteri, homicidæ dicunt se neq; primos neq; ultimos esse, qui in tali facinore deprehendantur, tantam obstinationem colligit improbus ab Exemplis. Quare observandus erit verus Exemplorum usus. I. Argumentum ab Exemplis ductum non est primarium, sed secundarium, nam jubemur vivere Regulis non Exemplis, præsertim in negotio salutis, ubi quilibet rationem propriæ pietatis habeat, & suâ fide vivat, quare decet imitari Exempla piorum & sanctissimorum hominum, non quia humana, sed quia verbo Dei conformia sunt; aliorum

Quomodo  
utamur exem-  
plis in causa  
Religionis,

Exempla vitabimus. 2. Consideretur ratio Exempli; si ipsum sit vulgare & imitabile, aut singulare & proprium, quod imitari nemini licet; ut immolatio Isaaci injuncta patri Abrahamo singulari mandato, quod nullum alium hominem obligat. Ambulatio S. Petri super aquas, concessa soli Petro per mandatū Christi, quod nullus hominum alius ad se trahere potest. Sunt etiam Exempla peccatorum, quæ imitari serió prohibemur. Piorum hominum Exempla persuadent attendere præceptis Dei, & discere non esse gravia pijs Spiritu S. suffultis, mandata Dei, præceptis Evangelicis comprehensa. 3. Instituatur collatio Exemplorum, quæ imitari possumus ac volumus, ut in simili casu rectè adhibeantur. E. G. Abram deseruit Idololatriam UR in Chaldaea, pergens in terram Chanaan, vocationi Dei obediendo. Sic quilibet Christianus piè deserat omnem idololatriam, ac impietatem, mandatum verbi Dei secutus, ut perveniat in terram promissionis, patriam cœlestem. Non enim valet hoc Exemplum. Abraham habens promissionem venturi seminis, dum observabat conjugem suam vetulam Saram hætenus sterilem, non maturare partum, accepit consensu Saræ, juvenem Agar uxorem, ut naturali modo absq; cunctatione haberet semen promissum. Si quis inferat, sic licere pijs exponere verbum promissionis divinæ, juxta possibilem modum naturæ congruentem, non juxta incognitum modum expressè verbo indicatum; is abutitur Exemplo, non observans hoc factum Abrahæ obscurasse datam promissionem: Quare talis imitator exempli, non habebit citius verum sensum verbi Dei, quam Abraham obtinuit semen.

ben e.

benedictum ex Agar, quæ cum filio, erat jussu Dei exclusa. 4. Quoniam omnes homines (excepto Christo) sunt peccato polluti, ut nequeant à seipsis mandata Dei implere, ideo hoc argumentum ab Exemplo vel factis hominum corruptorum petitur, est infirmissimum. Christi Exemplum rectè imitur, etiam Apostolorum, dum hi Spiritu Dei illuminati, verbo Dei rectè obtemperarunt, idq; Scriptura jubet Mat. 5: 16. 1. Cor. 11: 1. Phil. 3: 17. Ubi vero ipsi Apostoli sunt hallucinati, sive deserendo Christum etiam captivum, sive dubitando de articulo Resurrectionis &c. Ibi Apostolos imitari (nisi penitentes) aut illorum Exemplum nostræ securitati ac diffidentiae prætere, minimè licet. Hæ cautiones in hoc argumenti genere, cum sint necessariae, apparet sumâ consideratione esse adhibenda Exempla. Allatum Exemplum ex vicinis Scandiæ Gentibus Ethnicismum defendentibus, cum sit planè impium, Deoq; & veritati contrarium, tantum abest ut valeat, ut potius perversam mundi securitatem esse contemnendam urgeat; quia re-natus (non Ethnicus,) ingrediatur Regnum cælorum, definiente Christo Joh. 3.

IV. *Non fuerat Ubsalæ Apostolus, vel alius sanctus Prædicator, dono miraculorum clarus, qui illam Idololatricam miraculosè destrueret; vel miraculù ostenderet Christianismum esse Deo acceptum. Itaq; Sveo Gotbi antiquissimi judicârunt cultum Numinum Ubsal, fuisse Deo gratum, neq; aliam esse hac Religione veriozem.*

Hujus Argumenti vis pendet à Dei providentiâ singulari, quâ mittat operarios in suam Vineam, & præscribat Gentibus tempus, quando relicta Idolo-

Singularis  
providentia  
Dei determinat  
tempus  
conversionis  
singulorum  
populorum,

Iatriâ singulæ Nationes convertantur ad Christianismum. Hoc tempus prædixit Christus in genere Luc. 21: 24. idq; præfiguravit Apoc. 14: 20. Verum dependet impletio illius prædictionis à singulari gratiâ Dei præscientis futurû progressum Evangelicæ prædicationis in singulis Nationibus, & juxta eandem præscientiam providentis cuiq; Nationi Prædicatores Christianos. Ergò quod nullus Apostolorum venerit in Scandiam statim ab Ascensione Christi, qui Gentiles Scandianos converteret ad Christianismû, est judicium Dei admirandum, non rimandum: Certè Scandiani tunc temporis non destituebantur noticiâ Christi, ut principio hujus Capituli probatum est. Dicamus piè, illorum Gentilium obstinationem ac inveteratam cæcitatem obstitisse, ne statim converterentur. Nos autem Christiani conditionem nostram considerantes, potiùs agamus misericordiæ Dei infinitas gratias, qui nos vocavit vocatione sanctâ in consortium sanctorum cum Christo, quam inquiramus scrupulosè causas cur illis prioribus lumen Evangelij non illuxerit. Hoc ipsum monuit Christus Apostolos quærentes, an pauci salventur? dicens: *Intrate per angustam portam*, h. e. ne sitis solliciti de aliorum, sive paucorum sive plurium salute: Sed ipsi intrate, seu de propriâ salute estote anxij.

Dictis Argumentis fascinati Antiqui Sveo-Gothi, difficultè deposuere Ethnicismum. Hanc difficultatem multiplicârunt Reges Ethnici in Svecia & Gothia imperantes, qui frequentia bella invicem, & cum alijs Gentibus gesserunt, hoc malum abstulit omnem curam veræ Religionis, ut infra probabitur.

## CAP. IV.

*Quando & quâ occasione cepti prædicatio  
Evangelij in Suecia.*

**A**Udivimus superiori Capite argumenta vulgaria Ethnicismum Sveo Gothis inculcantia: Nunc proferenda sunt argumenta & occasiones, quibus illi persuasi recipiebant Christianismum. Quanquam hic summè primoq; laudandam esse gratiam Dei mittentis operarios in vineam suam noverimus: Tamen occurrit consideranda simplex populi intentio diligendi veritatem sibi declaratam, & constans in patriotis amor rerum ubiq; certarum & firmissimarum. Svecus habet hoc ex natura, ut narrationes præsertim novitatem redolentes libentè audiat; Sed nisi appareant veræ, excludit omnes; illas autem quæ speciem veri habent, & à certis auctoribus proferuntur, admittit omnes. Quare simplex hic populus ac credulus à falsis hominibus facilè decipitur sub veritatis prætextu; dum enim simplex Svecus amore veritatis credit verbis Deceptoris, hujus astutiam præcavere nescius, facilimè circumvenitur. Sed redeamus ad nostrum propositum. Simplex ac credulus populus patriæ, postquam audiret prædicationem Evangelij ad obtinendam salutem æternam esse necessariam, acquievit prædicationi, præsertim in sententiam adductus à pijs Regibus doctisq; patriotis, quorum narrationi plurimum tribueb. t. Hanc simplicitatem populi non commendamus tanquam causam agentem in hominis conversione; Sed tanquam dispositionem subjecti convertendi,

Simplex  
Sveo Gotho.

C. Baronius

liquidem fides ex auditu est, & Scriptura sapius accusat Judæos, quod resisterint Spiritui S. & noluerint audire verbum ipsis prædicatum. Propter hanc simplicitatem & amorem veritatis in populo Sveo-Gothico conspicuum, censet C. Baronius Tom. i. sub An. 370. Conversionem hujus populi factam esse temporibus antiquis, videlicet cum jam audivissent Evangelium fuisse prædicatum suis cognatis & socijs, alias terras occupantibus; sic enim dicit: *Gotthorum conversionem non recens factam fuisse illud evincit, quod Theophilus eorum Episcopus Nicæno concilio interfuerit & subscripserit vivente Constantino M. Paulinus Nolanus Gothorum Nicetam adseribit ei concinens:*

*Te patrem dicit plaga tota Borea  
Ad tuos fatus Scythia mitigatur  
Et sui discors fera te Magistro  
Pectora ponit.*

*Et Geta currunt.*

Hieronymus

Tom. 5. sub An. 396. addit testimonium Hieronymi de conversione Septentrionalium sic sonans: *Ab India ad Britanniam, à rigida septentrionis plaga usque ad fervores Atlantici Oceani, jam innumerabiles populi, & tantarum Gentium multitudines, habitu, vestibus & armis, piscium ritu & locustarum, velut musca & culices conterebantur (absque noticia enim sui Creatoris omnium homo pecus est) Nunc vero Passionem Christi & Resurrectionem ejus, eundarum gentium & voces & litera sonant. Adhuc. Nicetam convertisse Bessas, Dacos, Getas, Scythasque hoc tempore ad fidem Christi tradit Notanus.*

Dicta prius simplicitas majorum nostrorum probatur certis argumentis, quæ proferemus ad causam Religionis pertinentia, ne quis hæc in loco dici sub-

fumat. 1. Antiquissimi Sveo-Gothi constantissime  
 servarunt toto tempore paganissimi, cultum in Ubsala  
 primò institutum, neq; intermittentes continuum  
 usum Sacrorum, neq; admittentes annuam illius  
 cultus mutationem. Quod si fuisset inconstans hu-  
 jus populi affectus, præsertim in causa Religionis,  
 neq; animus fuisset ad cognoscendam immortalita-  
 tem dispositus, certè non fecisset tantos sumptus in  
 Templum Gentilitium Ubsalæ ædificatum, nec  
 tantà constantiâ festivitates anniversarias Numini-  
 bus Ubsal. institutas celebrasset. 2. Ab Exemplis  
 cognominum alias terras occupantium, qui erant  
 ejusdem ingenij, & in curam Religionis aqualiter  
 dispositi, probatur idem. Hi sive residebant in Thra-  
 cia, sive in Italia, Hispania & Africa, ubiq; declarã-  
 runt se, faciles Religioni Christianæ, postquam  
 fuissent à veritate verbi Dei rectè informati. Hoc  
 Exemplis quibusdam demonstrabimus, ut vis argu-  
 menti nostri & religiosus affectus Priscorum Mago-  
 getarum inclarescat. Theodoretus l. 4. c. 37. testa-  
 tur *Gothos in Thracia habitantes tempore Valentis Imp.*  
*Rom. fuisse radijs divina cognitionis illustratos, ut pasce-*  
*rentur dogmatibus Apostolicis. Quare negarunt (ait) se à*  
*paternâ doctrinâ discessuros.* Hist. Trip. l. 8. c. 13. ad-  
 dit *Valentem misisse exercitum in Thraciam. Duce Tra-*  
*jano, tunc Isaac monachus habens cellulam illi, egredite-*  
*batur ad pugnam, & cum clamore dixit: Quid vadis im-*  
*perator? quis pugnas adversus Deum, quem non habes ad-*  
*jutorem. Redde gregibus pastores eximios, & victoriam*  
*sine bello percipies.* Hæc confirmant sollicitos fuisse  
 de vera Religione antiquis temporibus Gothos Thra-  
 censes de Scandia olim egressos, qui cum Scandia-

Theodoretus;

Hist. Trip.



nis societatem colebant & commercia permutabant. Horum Magogetarum nativā constantia & animus in sacra intentus à multis commendatur; Undè antiquus scriptor Massiliensis Salvianus l. 5. de Gub. Dei, p. 145. exclamat: *Quid est in quo Gothi aut preponere nos, aut etiam comparare possimus?* De Africanis Gothis hoc ipsum refertur à Victore l. 2. de Perf. Vand. quod sc. *Hunericus Rex Vandalorum & Alanorum* fuerit de Religionis veritate præcipuè sollicitus: Nam licet esset sectæ Arrianæ addictus, & à Pseudo-Doctoribus deceptus; tamen ne videretur persequi Omoufianos sine causa, scripsit eisdem talem Epistolam.

*Rex Hunericus universis Episcopis Omoufionis. Quia in provincijs à Deo nobis concessis scandalum esse noluerimus, ided Dei providentia cum consensu S. Episcoporum nostrorum hoc nos statuisse cognoscite, ut ad diem Calendæ Febr. proximè futurarum omnes Chartaginem veniatu, ut de ratione fidei cum nostris venerabilibus Episcopis posset inire conflictum, & de fide Omoufianorum quam defendit DE DIVINIS SCRIPTURIS propriè approbetis, quò possit agnosci si integram fidem teneatis &c.*

Hunc Affectum Religiosum habuisse Gothos in Italia & Hispania olim viventes, probat J. Magnus ex Procopio & Leon. Aretino dicens l. II. c. 25. *Gothi toto tempore obsidionis Roma contra Belisarium factæ, nulli Templo neq; sacerdoti nocuere, nec ulla Religiosa violârunt, tantum quippe tribuebant Religioni, ut suo honori ac fortitudini omnia sacra & divina præferrent.* Hoc ipsum alij scriptores testantur. Baronius Tom. I. sub An. 410. ait: *Alaricus dum Romam trepidam obsedit, dedit præceptum, ut qui in sancta loca, præcipuè Basilicas confugissent, hos imprimis inviolatos securosq; esse*

Salvianus,

Victor,

Joh. Magn.

Baron.

esse fuerent, dicens se cum Romanis bellum gerere non  
cum Apostolo.

Augustinus scribens de exercitu Alarici Gothi, Augustinus.  
C. D. l. 13. c. 28. *Commendat hujus Romanorum victoris  
humanitatem, victis declaratam, quàm à Barbaris  
(quales vulgò habebantur Gothi) vix possent expe-  
ctare Christiani. Eandem pietatem Gothorum ex-  
tollit Orosius art. l. 7. c. 28. addens hoc quod Alari-* Orosius.  
*cus sit culpandus eo nomine, quia superbos Romanos non  
serio punierit: Itaque, iratus Deus fulmine delevit multas  
ades ab ipso Roma relictas.* Nec minor pietas &  
amor sincerae Religionis conspiciebatur Regis Go-  
thorum in Hispania militantium, *Reccaredi*, teste Seb Frank.  
Sebast Frank par. 3. Chr. l. 2. & Osiandro Cent. 6. l. 4. L. Osiandary  
Multas ille convocavit Synodos causâ defendendæ  
veræ Religionis, multa Ecclesiæ utilia ordinavit,  
præsertim articulum de S. S. Trinitate, plenè ac  
planè in iisdem concilij fecit explicari, quod Tomi  
Concil. indicant.

Hæc pietas præscorum Gothorum & studium  
veritatis omnibus Gothis amicum, in Scandia emi-  
cuisset videtur, dum Prædicatores Christianos ex  
alijs terris ipsi vocabant, non expectantes donec  
ipsi se ultrò offerrent, quod ex historijs mox pro-  
babitur. Item. Refert Jornandes de Rebus Geth. Jornandes.  
*Rudolphum Scandia Regem in ordine Rosgesimum  
quintum, relicto proprio Regno Theodoricum Gotho-  
rum in Italia Regem conversum vixisse.* Testan-  
turetiam Historiæ, postquam Gothi suum in Hi-  
spania imperium firmassent, habuisse eos societa-  
tem cum Gothis in Scandia habitantibus: inde le-  
gitur Tom. 2. Conc. *Comites Scanziarum Erantium.*

*Fandelam, Aþitam, Venedarium concilio Tolet. 8. celebrato An. Chr. 671. subscripſiſſe.* Sic patet Sveo-Gothos Scandianos, per conuerſationem ſuorum cognatorum in alijs terris reſidentium, factos fuiſſe in Chriſtianiſmum mitiores.

3. Etiam hanc conſpicitur ſimplicitas majorum noſtrorum, & in fidem Chriſtianam religioſus affectus, quod hi audientes Evangelicas conciones, non requirebant miracula hanc doctrinam confirman- tia: Sed reddiderunt ſe contentos miraculis Chriſti & Apoſtolorum, quibus ea doctrina erat olim juſſu Dei ſatis confirmata. Hanc ſimplicitatem in cauſa conuerſionis noluerunt Judæi declarare tempore Chriſti, dum in ipſis miraculis miracula deſiderabant. Itaꝓ; probato veritatis & ſimplicitatis ſtudio noſtris majoribus acceptiſſimo, alias occaſiones videbimus quæ illis inculcabant Chriſtianiſmum. Hic commodè ſe offert.

II.  
S Scriptura  
translata eſt  
in Goth. ſer-  
monem per  
Ulphilam.

II. Translatio S. Scripturæ in linguam Gothi- cam, ab Epifcopo Gothorum Thracenſium Ulphila, circa An. Chr. 370. quam fuiſſe acceptiſſimam Sveo-Gothis Scandianis dicit J. Magnus l. 15. c. 1. de quo nullum eſt dubium; ſiquidem pauciſſimi qui vene- runt primò in Scandiam prædicatores Chriſtiani, copioſum fructum brevi tempore, Domino cooperante fecerunt; majorem certè contradictionem hi inueniſſent, ſi prudentiores Sveo Gothi non legiſ- ſent antea myſteria Dei in S. Scriptura comprehen- ſa, quæ in linguam illorum pridem translata erant.

III.  
Aucun detra-  
ctum eſt. com-  
pio Ubf;

III. Nec minimam habuerunt occaſionem Sveo Gothi abrogandi cultum Numinum Ubfal. à ſacrilego facto priſcorum Regum Svec. Crimmeri

& Thorilli, quorum ille ante Christum natum cepit detrahere Templo idololatrigo ornatum aureum; Hic postea, paulò antè conversionem Sveo-Gothorum id maleficium perfecit, denudando Templum, Ubsaliense omni Auro intus & extra coruscante, ut nudi parietes apparent, teste J. Magno l. 4. c. 3. & 8. c. 42. Hoc factum licet nobis appareat vix impium; tamen quia paganicam Religionem pagani meritò suspicerent, fecerunt hi Reges tale sacrilegium, quale Guntherus tribuit Cardd. Pontificijs l. 6.

J. Magno

Guntherus,

*Divinas spoliare domos, sacra tollere vasa,*

*Excoriare cruces, abrumpere tectibus Aurum,*

*Omnia quæ possunt avidè corrodere sævis*

*Unguibus, & secum collecta referre, &c.*

Postquam igitur Dij Ubsalienses quondam multis seculis religiosè celebrati, sic dehonestarentur, nec vindicare illam injuriam possent, factus est cultus horum Numinum ipsis cultoribus abominabilis; quâ occasione Sveo-Gothi videbant necessum adhærere prædicatæ cognitioni veri Dei, vindicis scelerum & remuneratoris benefactorum. Hac cognitione copiosius explicatâ, intellexerunt majores nostri Deum essentiam unum, esse personis trinum, scil. Patrem, Filium & Spiritum S. Pater dedit mundo Filium suum Salvatorem, qui incarnatus redemit totum mundum à morte æternâ, quod meritum sibi applicabunt fide salvificâ omnes salvandi; eaq; fides dabitur per prædicatum Evangelium, & confirmabitur in cordibus fidelium opera Spiritus S. in hac scientiâ salutis eruditi Sveo-Gothi diligentius adhærerunt Evangelio.

IV. Commoda occasio data est majoribus nostris  
acqui-

IV,

acquirendi Prædicatores Christianos, ex confederatione Christianorum Imperatorum ac Regum, cum Regibus Sveo-Goth. qui Christiani amore Religionis & vi fœderis hanc pietatem Regibus Sveo-Goth. declararunt, ut ijs petentibus Prædicatores Christianos, petitum suum non denegarent, quin, potiùs Electos pios probosq; Prædicatores miserunt in Scandiam, qui per prædicatum Evangelium multos patrias gratiâ Spiritus S. statim convertebant.

Fœdus Caroli  
M. & Biornonis  
Regis Sveo-  
Goth.

Lupold. Beb.  
Ericus Ubf.

Dictum fœdus iniverunt *Carolus M.* Imp. Rom. & Rex Sveo Goth. *Biorno III.* Huic petenti misit Imperator Rom. Doctores Christianos, primò *Herbertum*, factum protopastorem Lincopensem, dein de Monachum Corbejensem *Ansgarium*, circa An. Chr. 816. quem annum probat J. Magnus in Metr. l. I. ex libro Lupoldi Bebenburgensis, quem conscripsit de Zelo Christianæ Religionis. Ericus Ubsal. l. I. p. 47. supputat annum adventus Ansgarij in Scandiam, 845: Sed hæc supputatio non quadrat ad primum, sed ultimum adventum Ansgarij, siquidem constat illum sapiùs abivisse, rursus in Sveoniam rediisse; Postea constitutus erat à Pontifice Rom. Episcopus Hamburgensis & Legatus Regnorum Borealium. Secundam legationem misit Rex Biorno in Germaniam, ut plures Prædicatores Christianos patriæ desideranti, ab Imperatore Rom. compararet. Tunc erat Carolus M. mortuus, & filius ejus Ludovicus successor patris dedit legatis Comites pios Prædicatores *Vitmarum, Simonem & Nitardum*, qui in Sveonia manentes, hic verbum Dei latè propagarunt. Jacto hoc fundamento conversionis Sveo-Gothorum, tempore Regis Biornonis III. con-

ticuit prædicatio verbi Dei aliquandiu in hoc Regno amplissimo, suis de causis infra recitandis impedita.

## CAP. V.

*Quid impedituit primam gentem Sveo-Goth, conversionem ac ne prosperè succederet.*

Conversionem Sveo-Gothorum ab Ansgario & alijs prædicatoribus piè incæptam, fuisse impeditam audivimus: Nunc causas facti cognoscamus, præsertim cum à voluntate Dei nihil potuerit dari impedimenti, qui vult omnes homines converti & salvari. Ergò à parte Sveo-Gothorum inquiremus causas impedièntes. Hi ne partim inveteratâ idololatriâ occæcati. Partim invidiâ Satanæ gravati, qui omni studio laborat conversionem ac salutem hominis tollere, potuerunt oblata gratiâ Dei resistere. Requirit namq; Deus ordinaria media conversionis, sc. auditum & meditationem verbi Dei, per ordinarios Prædicatores promulgati; his medijs injicit manus Satan, tum dissuadendo Prædicatoribus diligentiam ac fidelitatem debitam, tum excitando bella & tumultus populorum, ut hi mundana cogitantes, salutis causam planè negligant. Hæc impedimenta experti sunt antiquissimi Sveo-Gothi sub primâ Gentis conversione; undè nemo mirari poterit multos præterisse annos antequam tota Sveo-Gothia sit ab Ethnicismo conversa, & Evangelium receperit.

Satan impedi-  
prædicatio-  
nem Evangelij

Hanc moram conversionis permisit divina providentiâ duabus certè de causis fieri. 1. Ut innotesceret conversionem hominis esse opus Dei ipsius

M

gra-

gratuitum, mediante Prædicatione Evangelij per Spiritus S. efficaciam productum, quo alteratur cor hominis illecebris Satanæ mundiq; obtenebratum, mutatâ ignorantia Dei in scientiam essentia ac voluntatis ejus; Injustitiâ in Christi Justitiam, Impietate in veram Pietatem, Diffidentiâ in fiduciam remissionis peccatorum, desperatione in spem vitæ æternæ. 2. Ut Christianismus tandem receptus, esset gratior hominibus conversis, qui ex tenebris umbraq; mortis levarentur, & in lucem vitæ prodirent; sicut prædicitur Zach. 6. 8. Quadrigas Dei in Aquilonem egressas, ibi requieturas; Quam Prophetiam abundè nobis nostrisq; majoribus singularissimâ Dei gratiâ impletam esse jam omnes novimus.

Tyranni turbant Ecclesiam.

Crantzius,

J. Magnus,

Bella Sveo-Gothorum sub prædicatione Evangelij gesta, quæ impediunt felicem prædicationis successum, describunt copiosè nostri Historici. Mortuo pio Biornone tenuit sceptrum Regni Prætemund, qui fecit bellum fratri Siwardo donec uterq; periret: Sic omnia Sacra simul sunt conculcata. Post hos, electus est Rex Herodus, qui cum tribus successoribus, sc. Carolo 6. Biornone 4. & Ingello, premebantur bello à Rege Danorum Regnero illis illato, estq; continuatum hoc dissidium, donec post mortem Ingelli filius ejus Olaus Tridilia Rex Vermeland & Daliæ, Regnerum superaret. Addit Crantzius in Metr. l. i. c. 33. Commotionem Amundi Regno pulsâ retardasse conversionem Sveonum. J. Magnus in Met. l. i. fol. 7. dicit bellum Ingelli cum avunculo Rege Biornone Ecclesiam Gothicam dissipasse, non tamen abstulisse Religionem in toto Regno, quin potius remanserit bona pars populi in vero cultu Dei.

licet

*Nec occultè propter metum Tyrannorum, qui vix illum Deum prater seipfos venerari patiebantur. Nec deficerunt posteriores Reges inferre bella vicinis. Ingo filius Olai Trátálla intulit bella Ruthenis. Rex Ericus victoriosus cognomine, subegit Livonos, Esthones Curlandos & Boruffos. Itaq; exacti sunt anni 1116. à morte pij Biornonis, usq; ad obitum R. Erici victoriosi, quibus Sveo-Gothia sit perpetuis pressa bellis, donec surgeret Rex Ericus VIII. aliàs Stenkilus, victoriosi filius, qui Christianæ Religioni favebat, mittendo legatos Bremam, ut Prædicatores Christianos ab Episcopo Regnorum Borealium haberet. Tunc advenerunt duo *Adelwardus & Stephanus*, qui Christianismum potiùs imperârunt, quam prædicârunt, idola citiùs fregerunt, quàm cultum illorum dissuasèrunt. Quare pertulerunt hi Reformatores contradictionem & persecutionem à populo nondum rectè informato. Sic horum Prædicatorum studium potiùs fecit Dispendium, quàm Compendium conversionis Sveo Gothorum.*

Hoc impedimentum propagationis Christianismi in Sveo Gothiâ auxit negligentia Episcoporum Bremensium, quos Pontifex Rom. voluit legatos & Episcopos esse Regnorum Borealium, ut colligeretur in hoc orbe Arctoo Ecclesia Christiana. Hi Episcopi quàm frigidè suum hoc administraverint officium, nec Crantzius potest subticere dicens in Metr. l. 3. c. 6. *Fuit horum studium magis carnale, quàm spirituale: Nam Bremensis & Coloniensis turpiter de finibus inter se contendeabant. Et in Svedicum Regnum ire nemo Prædicatorum per Annos 70 prater Rembertum post Augustarium tentavit.* Baronius Tom 2. sub An. 1060: te-

Varijs modis  
impedita est  
prima conversio  
Scandianorum

Crantzius.

Baronius



statu Adalbertum Archiepiscopum Brem. magnificentiùs quàm prædecessores suos potentiam Archiepiscopalem exercuisse.

Hæc mora conversionis Sveo-Gothorum crevit ex Prædicatorum huc venientium partim paucitate, partim amore requiei: illa non permisit amplissimum Regnum & spaciosissimam Sveo-Gothiam citò informari; Hujus interventu arripuerunt Prædicatores occasionem ex commoditate loci alicujus, à suscepto per patriam itinere desinere; nec quidem potuerunt senes & graves viri tadium itineris pati. Quare elegerunt pauci primò advenientes Prædicatores certas sedes ubi Christianismum prædicarent. *Herbertus* mansit Lincopiæ: *Anigarius* Sveoniam quandoq; visitans, voluit Hamburgi residere, *Simon* in Sichtuna hæsit. De Episcopo Svec. *Godescalcho* sic Adam Brem. Chor. p. 22. *Vir sapiens & bonus erat, nisi quod domi sedens, otium labori prætulit.* Postquam plures Prædicatores advenissent, singuli suas sibi elegerunt sedes, quas occupârunt; ita *Sigfridus* Wexionensem: *Eschillus* Forlensem: *David* Snevingensem (nunc *Munkatorp*) ut infra explicabitur. Estq; factum gratiâ Dei ac singulari ejus providentiâ, ut quam illi Doctores quietem elegerant, hæc arripuit populus Sveo-Gothicus (sux salutis, audito rumore Evangelij cupidus) occasionem conveniendi Doctores Christianos: Postquam enim scivissent Sveo-Gothi, ubi Doctores elegissent sedes, illos frequentèr accesserunt, ut doctrinam salutis ex ore illorum discerent; atq; in illis locis ædificabant Patriotæ magnifica Tempa, in quibus verbum Dei prædicaretur congregatæ multitudinî patriotarum

Nec.

Adam Brem.

Sveo-Gothi  
amore Evan-  
gelij sitabant  
Prædicatores.

Nec minus impedimentum objiciebatur conversioni majorum nostrorum ab usitatâ illis Magiâ, idq; annotat J. Magnus in Metr. l. i. dicens: *Magnum J. Magis ubiq; praestitit impedimentum propaganda fidei Christiana, magica ars, in omnibus terris idolotatria connata;* In hac se exercere atq; excellere duxerunt ipsi Reges Sveonum sub Ethnicismo honorificum. Sic Rex Ericus à ventoso pileo dictus *Widerhatt* / tantâ Magiâ pollebat, ut quocunq; verteret pilium, inde optatum haberet ventum spirantem. Multaq; magica hic populus quondam exercuit, ideo difficultè avitam informationem deserere potuit.

*Tanta molis erat Gothicam convertere Gentem.*

### CAP. VI.

*Qua fuit occasio repetita publicae praedicationis verbi Dei in Sveo-Gothia?*

Quandoquidem voluit benignissimus Deus Spiritum suum requiescere in terra Aquilonis, praedicente Propheta Zach. 6: 8. & praedixit Christus tempus Gentium Luc. 21: 24. quo converterentur ipsæ per Evangelij praedicationem; Igitur Deus ipse post diuturna bella, pluraq; impedimenta conversioni Sveo-Gothorum oblata, dedit tandem suæ Ecclesiæ Haleyonia in hac terra Aquilonis. Desierunt enim frequentissima bella; Desijt Tyrannis imperantium: Apparuit gratia Dei illuminans corda Regentium, ut Religioni ac Religiosis hominibus rectè faverent, quippe observantes Christianismum non turbare Politiam aut

ordinem Magistratus, quin potius promovere piam societatem civilem, sic stabilire pium Regimen politicum, non evertere.

Hoc piè prudentèrque; consideravit Rex Sveonum *Ericus VIII.* aliàs *Stentil* dictus, qui circa an. *Chr. 940.* duxit necessarium, cognitionem veri Dei inquirere, & relicto Ethnicismo Christianismum, studiosè promovere, motus præsertim visione factâ cæco Sacrificulo Gentili, quam *J. Magnus* sic describit hist. l. 17. c. 15. *In præsentia Regis Erici & Magnatum Sveonum processit Sacerdos Idolis sacrificaturus, mox cæcus factus in terram procidit velut animam exspirans. Hunc astantes erexerunt, rogantes ut Deos invocaret, qui cæco visum restituerent. Invocavit suos frustra, quare domum ductus est, in hac miserâ vitam solitariam acturus. Post dies aliquot apparuit huic dormienti visio*  
 ,, (Johannes Magnus dicit fuisse Mariam matrem,  
 ,, Christi; nam Papista potius matrem quàm filium honorat) *monens invocandum esse Christum ꝛ E S U M*  
*Ἰεσὺς Χριστὸς, Deum Christianorum, qui solet oculos cæcorum aperire. Cæcus evigilans quid factu opus sit deliberat. Cumque crederet fuisse visionem divinam, præbuit assensum fidei Christianæ sic visum recepit. Hæc auditiâ, consentiunt Rex & Magnates cum magnâ copiâ simplicium hominum, esse Evangelium Christi denudè in patria prædicandum.*

Joh. Magn.

Sacrificulus  
per miracu  
sonvertitur.

Probatur veritas  
illius miraculi.

Hanc visionem fuisse realem non imaginariam patet ex effecto. Est etiam facta ordinario miraculo juxta præscriptum Christi Mar. 16:17. *Signa sequentur eos qui crediderint.* Nam prædicatum fuisse Evangelium in Sveo Gothiâ superiori seculo probavimus; nec desijt hic esse Ecclesia fidelium, siquidem multi credi-

crediderunt in Christum, licet occultè, quod Historia dedit antea probatum. Factum ergò est hoc miraculum restituti visus ad confirmandam Evangelij prædicationem in patria captam. Legimus etiam in Scriptura visiones datas esse Sanctis. Nam Act. 9. vidit Paulus visionem. Act. 10. apparuit visio Apostolo Petro. Act. 16. est visio per noctem ostensa Apostolo Paulo. Est quidem usitatum sub primâ conversione Gentium habere miracula, quæ verbum prædicatum confirmant, ut appareat non tantum ipsum verbum esse divinum, sed ipsam prædicationem ejusdem Divinâ providentiâ tunc publicari. Sic in Daniâ prædicator inter primos Poppo, portabat suis nudis manibus illæsis ferrum candens, in testimonium prædicatæ veritatis verbi Dei. Item in Saxoniâ fuit per triennium maxima fames, dum in eâ provincia tanto tempore non pluisset, ut refert ex Beda Osiander Centur. 7. l. 3. c. 10. *Postquam verò Wifridus convertisset australes Saxones ad Christum, descendisse de celo imbrem fecundum dicit; unde terram restituisse, fructumq; copiosum dedisse, ad probandam veritatem prædicationis Evangelicæ, testatur idem.*

L. Osiander.

Quamquam instructio Apostolorum à Christo data de potestate faciendi miracula viguerit sub prima collectione Ecclesiæ, & gentium conversione ad Christum; non tamen indigent fideles continuo miraculorum usu; siquidem doctrina quam amplectuntur est sufficientissimè miraculis Christi & Apostolorum confirmata. *Si enim deberent nova miracula in Ecclesia collecta fieri, tunc concludit Augustinus de ver. Rel. c. 26. animus quereret semper visibilia, non aeterna, Adhuc circa finem mundi erunt Pseudopro-*  
phe-

Ecclesia non  
indiget hodie  
miraculis.

phetæ, qui miraculis in tantum clarescent, ut si posset fieri, seducerent Electos. Ergò mittamus falsa præfertim Antichristi miracula.

Rex Stenchillus miraculo prædicto excitatus, & à fidelibus in patria reliquis monitus, misit Archiepiscopo Bremensi Oratores, qui peterent in patriam mitti Prædicatores Christianos. Missi sunt primò *Adelwardus* & *Stephanus*, quorum adventus ita erat gratus Sveo-Gothis, ut ad primam Missam ab illis in metropoli Svee. *Sigtuna* celebratam, oblata sint in altari Dei à conversis Sveonibus parum numerosis, 70. libra argenti puri. Hi Prædicatores nimis severè officio præfuerunt, ut supra diximus; quare ijs se opposuerunt animosiores nondum verè conversi. Scribunt Adelvardum alij morbo, alij martyrio occubuisse, & in oppido Bircà sepultum esse: Sed Stephanum in Helsingiam Svee. abivisse, ubi non parvum populum Christo acquisivit, antequam martyrio coronatus, & in Ecclesia ac valle Norala, australiore parte Helsingiæ sit sepultus.

Vaticinium  
faxo inscripti

Messenus

Tradunt veteres hunc Stephanum admirabile quoddam vaticinium rerum in Sveonia futurarum, faxo cuidam insculpsisse, quod faxum erexit in valle quadam Jemptiæ admodum virente, sub Alpibus, ubi discriminatur Sveonia à Norvegiâ. Hoc vaticinium literis Gothicis exaratum donavit latinitate Messenius in Spec. Sveo-Goth. c. 19. sic scribens:

*Cum Suecus acceptat peregrinos undiq; mores,  
Templaq; cum Claustris evertunt superiores,  
Firmus adhuc extat lapus hoc in valle virenti,  
Cum perversorum vando florentior est fors,*

Sec

*Sed crux dira probū animū infigitur & mors,*

*Firmus adhuc extat lapū hac in valle virenti.*

*Presbyter Agricola sinitis sed quando vigebit,*

*Agriq; cultorem mirari jure licebit,*

*Seratus humi pausat lapū hac in valle virenti.*

Corruit porro illud saxum non multū ab hinc annū, ad quod visendum & describendum mox profectum esse Archiepiscopum Upsal. M. Laurentium P. Neritium perhibent; quo defuncto cum in illius Bibliothecā apographum hujus D. Jesperus Marcē Pastor Vastensis invenisset, editā Suetico idiomate Cantlemā, Regni hujus indigenas ad vitæ emendationem serid hortatus est; quam passim Sueti Gothiq; hodie non absq; ingenti canunt admiratione. Hactenus Messenius.

Historici scribunt plures venisse ex Germania in Sveoniam prædicatores. Meminit Baronius Tom. 2. cujusdam viri sapientis *Egimo*, qui fertur visitasse Ecclesiam WestGoth. Scarensem, & conspiciavit cum *Adeluardo juniore*, ut pariter celeberrimum Templum Upsal. adirent, & illam destruerent domum, quæ erat caput Barbaricæ superstitionis. Quem Confessorum Dei Zelum piissimus Rex Stenkillus à populi murmuratione colligens ominosum, voluntatem illorum prudenter labefactavit, asserens & illis ex eo consilio taliq; facto, mortis exitium subitum, & sibi periculum depulsionis à Regno imminere, quasi malefactores in patriam introduxisset. Cranzius in Metr. l. 2. c. 17. nominat *Gosbertum* fuisse ordinatum in Sveonia Episcopum; sed expulsum confedisse in Ecclesia Osnaburgensi dicit. Surrexit post fata Stenkilli, filius ejus Rex Svec. *Olaus cognomento Ståilonung*, qui feliciori successu, Deiq;

Baronius

Continuatio  
conversionis  
SveoGothicæ

Cranzius

singulari gratiâ, statum Ecclesiæ florere in totâ patriâ procuravit. Erat confederatus Regi Angliæ Mildredo; cum his enim Regibus solebant Reges, in Westgothiâ ut plurimum residentes, fovere ab antiquis temporibus amicitiam, teste Hist. Gust. par. 2. f. 343. Partim propter gentis cognationem, partim propter loci propinquitatem. Hic Rex Olauus intelligens prædicatorum Germanorum sive importunum Zelum destruendi idola gentium, sive confidentiam in solennem vocationem Metropolitanî Borealium Regnorum (Archiepiscopi Brem.) aliundè quærere Doctores Christianos duxit consultum. Misit ergò socio fœderis Regi Angliæ Mildredo (aliter Eldredo) literas, rogans sibi transmitti Prædicatores Christianos. Habito consilio missus est *Sigfridus* Episcopus Eboracensis in Sveoniam. Hujus adventum dicit Joh. Magnus in Metr. l. 1. f. 13. factum esse Anno Chr. 954. Ericus Ubsal. l. 2. p. 57. nominat annum D. 956. Baronius Tom. 2. cum illoq; Vasthovius utuntur largâ supputatione, dicentes Sigfridum & socios ejus advenisse anno D. 1030. Quo anno mortuum esse hunc Regem Olauum certum est; ipsumq; S. Sigfridum tunc morti vicinum fuisse Historiæ dicunt. Legenda S. Sigfridi à majoribus tradita docet S. Sigfridum venisse in Austro-Gothiam An. Chr. 980. cumq; annum servat J. Magnus in Hist. l. 17. c. 16. Summam illius legendæ propter noticiam historicam apponam infra, eamq; ex antiquo manuscripto codice exaratam manu avi mei ante annos 120. qui tunc erat Decanus Capituli Wex. Addam legendam S. virorum Eschilli & Davidis, quorum præcipuorum operâ usus est Deus in negotio

Joh. Magn.

Ericus Ubs.

Baronius

J. Magnus

tio conversionis majorum nostrorum ab Ethnicismo ad Christianismum.

*Episcopus Sigfridus* baptizavit Regem Svec. *Olaum* in *Hviseby* WestGothia: vocans illum Jacobum Hanc domum Regiam fecit Rex consecrari, in Templum sacrum, usui Ecclesiae destinatum. Aliqui volunt hunc Regem dictum *Skalkonung* quia imposuit subditis insolitam contributionem (dictam Svecis *Skå*) transmittendam Papae Rom. quae postea dicebatur *Votum Olai*: Sed quia Saraceni tunc affluerunt graviter Italiam, dicunt alij Regem *Olaum* misisse hanc contributionem Imperatori Rom. ut conduceret milites in subsidium Christianorum contra Saracenos. L. *Osiander* Cent. 9. l. 2. c. 1. dicit *Ansgarium* baptizasse Regem Svec. *Olaum*, quod fieri non potuit, quia hic *Olaus* ultra 100. annos a morte *Ansgarij* vixit. Fuit quidem prior *Olaus* Rex Svec. cognomento *Ertdita*: Sed is regnavit a morte *Ansgarij* Anno 50, & premebatur continuo bello Danorum, quare nec Religionem, nec Baptismum curavit. Certum ergo est *Ansgarium* baptizasse Regem Sveonum *Biornonem* III. & *Sigfridum* contulisse Regi *Olo* *Skalkonung* sacrum Baptismum. Huic Regi *Olo* tribuit *Osiander* Cent. II. l. 4. c. II. Christianismum magis superstitiosum quam simplicem, dicens: *Olaus* Rex Svec. cum die Sabbati (per incogitantiam) cutello baculum concidisset in sarmenta, admonitus diem esse Dominicum, frustra studiose collegit, manus sua imposuit, & incendi jussit. Floruit Religio Christiana ab hoc tempore in imperio Sveo-Gothico, continua praedicatione verbi Dei. Verum cum ordo Eccl. non esset hic constitutus, nec

*Osiander* non recte annotat tempus *Ansgarij*.



Vasthov,

L. Osiander.

ubiq; locorum essent Tempia, neq; concionatores verbi Dei, qui copiosissimam Regni plebem quotidie informarent, factum est ut *Rex Stenkil* nepos *Olai Stålfonung* à sorore, iterum mitteret legatos in Germaniam An. Chr. 1054. requirens prædicatores necessarios. Quid effecit legatio, & quos accepit Prædicatores, Histotia tacent. Narrat *Vasthovius* in vitæ spec. Svecum Satrapam *Gniphum* retinuisse nutantes in religione. Etiam vixisse hoc tempore *S. Botvidum* dicit, qui in Sudermannia natus, & in Anglia factus Christianus, redux in patriam multos convertit: Sed à perfido socio occisus sepeliebatur in patria, ubi Templum est ædificatum ab ipso dictum *Botefyrta*, *Osiander* Cent. II. l. I. c. 5. meminit ex *Cranzio* Martyris *Volfridi*, circa hæc tempora, vel paulo ante in Svecia trucidati, quia idolum *Thori* in concione concidisset, addens hanc clausulam, *Tales violentas Religionis Reformationes, ab Apostolis Christi perpetratas, in Actis Apost. non legimus.* Et certè si paulò accuratius observassent illi pij Prædicatores suum officium, & prudenter abstulissent illam inveteratam idololatriam, prius à corde quàm ab oculis, nec periculum mortis ipsi subivissent, nec paucos auditores initio prædicationis verbi Dei ad Christum convertissent.

## CAP. VII.

*Legenda S. Sigfridi.*

**A** Nno Domini 980. 21. Junij venit *S. Sigfridus* ex Anglia in Verendiam ad pagum qui *Wixis* nuncupatur. Quod hac occasione factum esse me-

moratur. Tempore illo erat Rex quidam in Sve-  
cia, Olaus nomine, vir magnæ liberalitatis, indu-  
striae & prudentiæ, devotum animum gerens, sed  
præter scientiam, quia paganus erat, & idola cole-  
bat. Regi Anglorum *Mildredo* in tantum confœ-  
deratus erat, ut Xenijs Regalibus & donarijs invi-  
cem donarentur, ut pacto pacis Regnum utriusq;  
foret stabilitum. Accidit ut Rex Olaus à Rege An-  
glorum peteret sibi aliquem in fide Catholica plenè  
instructum mitti, dicens se Christianum fieri velle.  
Rex Angliæ convocato communi concilio clerico-  
rum & Sacerdotum, insinuat eis Regis piam peti-  
tionem. Triduo celebrato concilio, cum nemo hu-  
jus peregrinationis laborem suscipere decrevisset,  
surrexit *S. Sigfridus* Archiepiscopus Eboracensis, ha-  
bitâ Oratione admonens Clericos, ne molestæ huic  
peregrinationi se subtraherent. Omnium ergò  
vota ipsi data sunt, ut hanc peregrinationem sus-  
ciperet. Itaq; omnibus obiter necessarijs paratis  
exul *S. Sigfridus* navim conscendens paucis evo-  
lutis diebus in Daciam applicuit, quam reliquit  
pergens in Sveoniam. Superatâ tandem viarum  
difficultate, pervenit in *Verendiam, que prima est*  
*terrarum Gothiæ in meridie, Regi Sueciæ subiecta,* omni-  
bus bonis abundans, piscosis fluminibus, apibus &  
melle repleta, agris fertilibus & pratis decorata, feris  
diversorum generum opulenta, sylvis densissimis &  
magnis circumcincta. In hanc terram *S. Sigfridus*  
primum ingressum habuit, & in locum *Straboo*, què  
incolæ vocant *Wexis* confedit. Erant cum eo in co-  
mitatu tres sui Nepotes, quorum nomina sunt *Una-*  
*mannus, Sunamannus & Vinamannus.* Accidit Epi-

Descriptio  
Verendiarum.

visio S. Sig-  
fridi,

scopo in eoloco dormienti visio, quam narravit Unamanno præsentem dicens. Apparuit mihi per visum vir quidam venusto aspectu, decoraq; facie, qui me affatus dixit: Surge citò & sequere me; cum è vestigio ipsum secutus fuisset, ostendit mihi locum Divini Oratorij, in quo Reis condonetur venia, certis præfixis terminis longitudinem atq; latitudinem dicens: Adem hinc Domino ædificari facias. Veni ergò consideremus, si somni hujus visio veritatis testimonio comprobari valeat. Tunc inventa sunt signa, certis indicijs præfixa, quæ viro Dei ab Angelo fuerant ostensa. Confluebant ad eum plurimi, Nobiles & indigenæ, aurem accommodantes divinæ doctrinæ, verbum vitæ intentis animis absq; contradictione percipiebant. Erant 12. tribus in hac terra, per quarum Magnates Respublica regebatur. Ex his tribubus communi placito decretum est, ut eligerentur, qui fidejussores aliorum existerent in mysterio Baptismatis suscipiendo. Baptizati in fonte juxta *Straboo* montem manante, sua nomina dederunt conscripta, ne oblivioni traderentur, neve fortè Diabolo instigante aliquis ex eis posset à fide discedere.

Augebatur de die in diem immensa turba fidelium, jamq; magna ex parte terræ illius incolæ colla subjugaverant fidei Christianæ. Igitur Rex Olau misit legatos, postulans honorabiles viros ad se venire. S. Sigfridus ordinatis huic operi suis Nepotibus, abiit ad Regem. Post non multos dies prædicante viro Dei verbum salutis populo, *credit Rex & baptizatus est, omnesq; familiares ejus & domestici cum universo exercitu.* Cernens B. Pontifex infinitam

S. Sigfridus  
baptizavit R.  
Olauum,

tam populi multitudinem ad Christi fidem promptam  
 devotione indefessè concurrere, nimium exhilara-  
 tus, præ gaudio gratias Deo Patri egit. Videns itaq;  
 Diabolus lucrum suæ iniquitatis deperijisse, conci-  
 tavit populum, ut tres ejus Nepotes de medio tolle-  
 rent, & bona eorum diriperent: Sed quia timebant  
 foedifragi simplicem plebem, ne excogitatum faci-  
 nus explere possent, missis inter se fortibus pagano-  
 rum, subornârunt Magnates unum ex nominatis 12,  
 qui conceptum facinus nocte in innocentes perfice-  
 ret. Sic Gunnor Gröpa missis suis satellitibus no-  
 cte in domum ubi Nepotes S. Sigfridi jacebant, tru-  
 cidabat eos, præscindens capita eorum, quæ satelli-  
 tes demerferunt in medium stagni propinqui versus  
 meridiem. B. Sigfridas cum de nece suorum Ne-  
 potum nuncium accepisset, & causam occisionis  
 eorum audivisset, gratias immensas egit Deo, qui  
 eos de mundi colluvione per coronam martyrij eri-  
 pisset, condolens nimium ovibus sibi creditis,  
 omni consilio destitutis, reditum ad eas visitandas  
 & consolandas accelerare parat, acceptaq; à Rege  
 licentiâ abiit. Rex audiens Nepotes Sancti viri  
 tam crudeliter preceptos, vehementer indoluit,  
 & virum Dei cum suo exercitu illuc misit, promit-  
 tens se è vestigio secuturum. Timebat enim Rex  
 ne vir Dei anxietate nimij doloris de nece suorum  
 simulatus, populum in fide tenerâ citius desereret.  
 Cum B. Sigfridus Verendiam redijset, suos ut di-  
 ctum est, invenit occubuisse Nepotes, cuncta quoq;  
 utensilia in usum Divini ministerij necessaria esse  
 dissipata; dolorem laboris suppressit, noctes diesq;  
 Orationi, Prædicationi & exhortationi insistens.

Nepotes S. Sig-  
 fridi trucidati.

Tria luminaria in medio stagni apparerant.

Miraculum.

q. 2. T. 1. 1. 1.

Adificatio  
Templi Wex.

auditores in fide corroborans, seq; ipsum divinæ ser-  
vituti mancipando jugiter aptabat. Eodem tempo-  
re cum vir sanctus pro Nepotum suorum ostensione  
clementiam Dei exoraret, nocte quadam ex suo do-  
micilio exiens deambulatum, vidit in medio stagni  
tria luminaria in modum stellarum clarè lucentia,  
& ad littora orientalis ripæ tendentia. Quod vir  
Dei intendens, ad locum è Regione constitutum,  
celeriter accurrit. Cum verò luminaria littori ap-  
proquinquant, eiecit vir Dei coturnis, quos in  
pedibus habebat, seq; in aquam mittens obviam,  
prosilijt; propius autem accedens, lumen quod oculo-  
lis eius prius apparerat, ablatum est. Illo verò dili-  
gentius perscrutante, invenit tandem *sculam ligneam*  
*cum tribus capitibus, magno lapidi alligatam*, quam as-  
sumens ad terram detulit, & sedens capita in sinum  
collegit, mærensq; nimis atq; humano affectu eis  
compatiens dixit: *Vindictet Deus*. Statim unius ex  
capite vox emissa respondit; *Vindicatum erit*. Aliud  
inquit; *Quando?* Tertium caput intulit, *In filios filio-  
rum*. Vir Dei tantis miraculis cum misericordia  
Dei inflammatus, de die in diem proficiens, vigilijs,  
jejunijs & continuis orationibus semetipsum exer-  
cuit.

Interea Rex Olavus collecto exercitu in Verendiam cum manu valida venit, homicidas oppressurus, quod audiens populus terræ timuit iram Regis, promittens ei munera. Rex *imposuit illis structuram*  
*Templi Wexionensis, & viro Dei promisit possessionem*  
*Regiam in Hoff & Turby* (nunc dicitur Cronobera)  
Ecclesiæ edificandæ in perpetuum cessuram. Per-  
agrabat S. Sigfridus partes omnes Sveciæ, prædicando

do,

do, baptizando, & populum ad fidem Christi convertendo. Construxit Ecclesias, clericos ordinavit, eisq; indixit ut prædicando & baptizando populum Domino acquirerent. Igitur postquam numerosam turbam fidelium Domino illis in partibus acquisisset, ad Ecclesiam suam quam in Verendia construxerat, est ingressus, ibiq; Domino suo ut prudens & fidelis servus talentum sibi commissum fideliter erogavit. Stetit ibi multo tempore, serviens Deo in sanctitate & humilitate, & confectus senectute bonâ, ad Dominum feliciter commigravit, sepultus in loco, in quo sibi Domino donante pausam elegit.

*Tu autem Domine miserere nostri, Deo gratias.*

*Locus sepulturae S. Sigfridi est in Cathedrali Templo Wexionensi, sub Altari quod olim in medio Tempit exstructum erat. Hoc destruxit Episcopus Wex. M. Petrus Jona ante annos 40, tanquam superfluum. Tunc inventus est lapis sepulchralis sub Altari, tectus terrâ, cui lapidi nomen S. Sigfridi erat stylo antiquissimo insculptum. Hunc Episcopus voluit removendum; Sed imposito lapide Altaris (qui in medio pavimenti hodie conspicitur) illum sepulchralem terra servandum commisit, ubi hodie invenitur.*

Sepulchra S. Sigfridi,

Lapis sepulchralis.

## CAP. VIII.

*Vita S. martyrii S. Efcilli.*

Quoniam diversæ sunt sententiæ de adventu S. Efcilli in Sveoniam, placet Messenij sententiam in Chr. Episc. è collatione Historicorum desumptam præmittere; sic scribit: *Communis vox nostrorum est Historicorum, S. Efcillum consanguineum S. Sacellani D. Sigfridi, unâ cum illo ex Anglia in Sve-*

Messen;

Dissertatio de  
tempo ead.  
ventus S.  
Eschilli.

ciam penetrasse; & aliquandiu operis divinis, largita verbi Divini sementem hic passim sparsisse, donec D. Sigfridus suum consanguineum ab Ingone III. Episcopatum sylvæ Borealis moderando deputatum, insula insigniret. Atqui Reges Suecorum 4. inter Olaum Ståtkonung, sub quo Divus in Sueoniam advenerat Sigfridus, & Ingonem III. continuâ serie gubernârunt, quorum toto Regiminis tempore Divum supervixisse Sigfridum nemo vel mediocriter in Suecanâ versatus Chronologiâ affirmabit. Deinde nostri consentiunt Historici, Ingone III. à perfidiâ Schonorum populû, Anno M. LXIII. nocte in tempesta trucidato, Svenonem sanguinarium per tumultum, solium Regale Sueonum occupare voluisse, atq; in illa D. Eschillum rerum perturbatione fuisse à paganis dilapidatum: Sed e contra indubitatum ex vita D. Eschilli, operâ S. Brynolphi fidelissimè concinnata evadit, S. Eschillum Anno MCXXIX. die Parasceves martyrio coronatum, qui VIII. in Regimine D. Erici fuit; ac proinde in illam non difficulter opinionem descendo, S. Eschillum si aliquo sub Ingone Sueonum Monarcha huc accesserat, sub Ingone IV. illud contigisse, & ipso in villa Ostrogotia Wretensi nefariè sublato, memoratam Regiminis & Religionis perturbationem ac immutationem usque venisse circa Stregnesiam, in qua D. Eschillus gloriosum pro Christo fudit cruorem. Huic Messenij sententiæ subjungo Legendam S. Eschilli, contractis verbis exaratam.

*Eschillus Anglus Eboracensis provinciæ, S. Sigfridi consanguineus, Legis divinæ documentis intructus, de fluentis ejus mellifluis avidè hausit, undè multis postmodum salutis pocula propinavit. Ætate maturior factus, in Sveciam perrexit cum S. Sigfridi-*

frido, ejus Capellanum agebat. Cumq; Christianam fidem apud Gothos & Sveones indefesso animo predicaret, apud Ingonem Regem omnesq; bonos summam venerationem sibi conciliavit. Nec multo post omnium consensu in Episcopum Ecclesie Nordansfogh in Sudermannia electus, à B. Sigfrido fuit consecratus. Colebat in eo populus Dominum tanquam jubar Solis, in montis vertice refulgens; multi ejus concionibus inflammati, fana cum falforum Numinum simulachris subvertere, lucos succidere, & nova vero Deo Altaria erigere, favente & astipulante Rege Ingone perfecerunt. Sed ijs Christiana fidei incrementis invidens Satan, quorundam perversorum animos contra Pontificem, ac Regem etiam ipsum concitavit. Quocirca nefarij homines collecto exercitu, Christianissimum Regem adoriantur, victum & in fugam convertum, Domino ita permitte, ut adversitatum temporarium occasione ærumnas sempiternas redimentes contrucidant. Sublato Principe Christianissimo, suffecerunt isti parricidæ hominem sanguinarium, Svenonem nomine, à Christianâ Religione alienissimum, volentes Christiani cultus stirpem à radice excindere. Proclamato igitur novo Rege, confluit multitudo infidelium Strengnesij oppido, à cultu Idolorum percelebri, victimas Dijs suis libatura. Advolat quoq; ipse Rex paganus, celebritatem præsentia sua cohonestaturus. Producitur in locum Sacrificij ingens boum ac ovium numerus; hostiæ illæ maectantur, adolentur, cremantur, grande adornatur epulum ad majestatem Regis & venerationem Deorum, de quorum victimis comedebant

Eschillus Epi-  
scopus Suder-  
mannie.



Eschillus sedet  
in Ecclesia  
Forsensem

Miraculum

Martyrium  
S. Eschilli

adipes, & bibebant vinum libaminum; fausta Regi  
novo acclamatio, sublatis in cælum vocibus incre-  
bescit. Confederat eo tempore Eschillus apud Ec-  
clesiam Forsensem, ubi de omnibus quæ fiebant cer-  
tior factus, divino calore succensus fortis zelotes,  
velut alter Elias indutus loricâ justitiæ, cum clericis  
suis & paucis alijs ad idololatrias processit intrepidus,  
stansq; in media turba infidelium, arguit opportunè  
importunè, quod Domini creatoris sui obliti, im-  
molarent Dæmonijs & non Deo. At illi ut aspides  
obturaverunt aures suas. Porro cum cerneret Eschil-  
lus se dictis nihil proficere, oculis & manibus in cæ-  
lum levatis, fide nixus, speq; erectus Dominum in-  
vocavit, ut faceret suæ ostensionis evidentiam.  
Mox intonuit de cælo Dominus grandine, nive &  
pluviâ ex inopinato desuper effusâ, aras immolan-  
tium subvertit: Eum tamen Episcopum sanctum,  
ne una quidem pluviae gutta, grandinisve sphaerula  
contigerit: Illi tamen non tam virtutem, quam Deus  
in servo suo declaravit, quàm id quod perpeffi fue-  
rant reputantes, rancore pleni impetum unanimè  
in sanctum fecerunt. Unus caput ejus lapide oppetit,  
alter securi sauciavit; semianimis in terram colla-  
psus, ibi aliquantisper in proprio volutabatur cruore.  
Lapis in quem decidit, signum adhuc indelebile san-  
gvinis effusi, & perpetuam execrandi facinoris me-  
moriâ reservat. Ac ne sine justâ causâ perpeffus  
Antistes videretur, quidam de Nobili ordine arre-  
ptum ad Regem pertraxerunt, magicis ipsum arti-  
bus, ad Regis ac Deorum injuriam ara concitasse  
clamitantes. Quare tanquam in maleficum sen-  
tentia mortis à Rege impijssimo lata, educitur extra

ur-

urbem in montem, ad quem postea Monasterium, fratrum prædicatorum erectum, ipso die quo hebdomadatim acerbæ necis Domini memoriam peragunt fideles; ubi lapidibus obrutus, exutâ mortalitate in aeterna commigravit Tabernacula. Christiani accurrentes corpus Martyris asportârunt, volentes illud in Ecclesia Forsensi sepelire: Sed mira res venientibus ad locum, qui *Eschiltuna* dicitur, tantâ densitate nebulae obscuratus fuit aër, ut progredi eo die amplius nequiverint. Corpus quoq; adeò ponderosum portantibus effectum est, ut minimè loco moveri potuerit. Tumulato igitur ibidem honorificentissimè à fidelibus corpore, Basilicam eo loco in memoriam Martyris fore construendam judicârunt. Passionem ejus nonnulli in annum 1026. Alij in 1045. referunt.

*Stylus hujus Legendæ non redolet Antiquitatem, quare noverit P. Lector legendam non esse adscriptam propter fidem Historiæ in omnibus circumstantijs certissima; Sed propter cognitionem fidelitatũ S. Eschilli in officio declarata, ejusq; martyrij ac passionis patienter superata noticiam.*

## CAP. IX.

*Vita & officij fidelitas S. Davidis.*

**I**Nter præcipuos Doctores Ecclesiæ Svecanæ; qui tempore conversionis populi ab Ethnicismo ad Christianismum hic floruerunt, fuit *David Abbas* & confessor, qui sedulam navavit operam patriæ in officio prædicationis verbi Dei circa annum Chr. 1063. cujus vitam brevibus descriptam hic recitabimus.

David in Anglia, nobilibus & Christianis parentibus natus, à puero in scientiâ, vitæ probitate & caritate Christiana proficiebat, adeo ut universis quæ habuit in pauperes erogatis, ordinem Cluniacensem ingressus, in arctissimâ disciplinâ & abstinentiâ vitam duxerit. Hic postquam de S. Martyrum B. Sigfridi Nepotum nece certior factus erat, cupiens & martyrij pro Christo particeps fieri, in Sveoniam se contulit, atq; ex consilio S. Sigfridi apud Ecclesiam, Sævingensem in Vefmannia (locus hodiè *Munka* *torp* dicitur) sedem fixit, ubi verbum Dei constantè annunciando, multas injurias & persecuciones perpeffus est. Cum jam partim senio, partim ex frequentibus lachrymis in oratione profundi solitis, oculi ejus caligarent, plenus dierum ex hac ad vitam commigravit æternam. Corpus ejus suavissimâ odoris fragrantia omnes advenientes miracè recreavit.

## CAP. X.

*Quâ consentiâ conversus populus Sveo-Goth, Christianismum propagaverit.*

**G**ntem Sveo-Gothicam de Christo multis seculis audivisse liquet, antequam tota sit ad Christum conversa multitudo Nationis. Postquam verò S. Ansgarius cum socijs hic plantassent Ecclesiam, anno Chr. 816. ut explicatum est cap. 4. retinuit patria aliquos fideles; licet multitudo populi paganis Regibus deinceps quaudoq; dominantibus plurimum adhæterit. Præcipuam operam conservandi Christianismi contulit patriotis Præfectus Regis pij Biornonis III. qui velut alter Abdias in domo Achab,

servavit fideles à Tyrannide Regum paganorum, & Ecclesiam Christi in patria amplificavit. Sic enim commendat illum Joh. Magnus in Metrop. l. i. f. 6. *J. Magnus Præfectus inclitus erat Regi Biornoni Erengarius, qui tantum in suscepta fide floruit, ut in ade sua, quam in Ecclesiam consecrari fecerat, Christo assidue serviens, miraculorum gloriâ illustraretur.* Hunc Cranzius non semel laudandum censuit. Sic enim in Metr. l. i. c. 32. inquit: *Herigarius oppidi Birca præfectus, traditur miraculis & virtutibus insignis.* Cap. sequenti ait. *Herigarius Birca præfectus, Christianitatem ibi solus sustinuit, qui etiam tantam fidei gratiam meruit, ut potentia miraculorum & exhortatione doctrina, multa paganorum milia salvaret.* Neq; Baronius omisit hujus pietatem, laudare, inquiens Tom. 9. sub an. 826. *Herigarius Birca oppidi præfectus creditur, quem tradunt etiam miraculis & virtutibus insignem.* Ex Ecclesia Erengarij plantatâ Birca, tantus surrexit postmodum ardor omnium Urbis incolarum acceptandi Christianissimum sub adventu prædicatorum Adelvardi & Stephani, teste Baronio Tom. 2. sub an. 970. ut *evolutis paucis diebus nulli aut paucissimi incolæ in universa Civitate Bircensi, tunc frequentissimâ invenirentur, qui Christiana militia adscripti non essent.* Hinc constat verum esse quod ait J. Magnus in Metr. l. i. f. 7. *Impedimenta propaganda religionis non abstulisse Christianissimum in toto Regno Svec. sed remansisse semper bonam partem populi in vero cultu Dei, occultè tamen propter metum tyrannorum.*

Cranzius.

Baronius

Ecclesia Christi permansit hic primum plantata, licet pressa.

Joh. Magn.

Fortissimus idemq; Religiosissimus populus Sveo-Goth. jam ad Christum conversus, & sub pijs Regibus Religionem publicè à pijs Doctoribus edoctus, quam

Templa cathedra-  
lia ordi-  
nantur in  
Sveo-Gothiaq;

Monasterium  
Guthem,

dum observavit non servari veritatem Religionis, & ad posteros propagari, nisi servaretur ordo Eccl. per continuam vocationem ministrorum Eccl. & usum sacramentorum, additâ decenti observatione Clavium Eccl. retinendus. Itaq; conversa patria curavit ædificanda Templa imprimis Cathedralia, ubi Episcopi & prælati residerent, qui conjunctis consilijs curam Ecclesiæ gererent, eiq; de conservandâ Religione, præq; vita rectè prospicerent. Sic fundata & successu temporis extructa sunt tria Templa Cathedralia in Regno Sveciæ, vid. *Ubsaltense, Stregnense & Arosiense*: Tria etiam in Regno Gothiæ, vid. *Lincopense, Scarense & Wexionense*. Hanc curam promovendi Religionem Christianam, & instituenti ordinem Eccl. incepit felici successu Rex Sveonum *Stenchillus II* Nepos à sorore Olai *Ståtkonung* qui prudentissimè disposuit Regnum, transigens vitam quietissimam. Huic successit filius Ingo, ejus nominis III. circa annum Chr. 1059, qui pari pietate, pariq; felicitate patriotis in causâ Ecclesiæ & politiæ consuluit. Habuit filiam vel sororem, nomine *Gutham* nuptam Regi Daniæ *Svenoni*, quam Saxo à virtute & devotione summè deprædicat. Observabant autem Clerici hujus temporis Reginam *Gutham* fuisse suo marito spiritalitèr cognatam (quale conjugium Papa Rom. improbavit) fecerunt ideò divortium Reginæ à Rege Daniæ, quare redijt Gutha in Sveoniam, eligens in VestGothia requiescere, ubi Reges Sveo-Gothi potissimum residebant; ibiq; toto vitæ tempore solitariam vitam agebat in monasterio *Guthemensi*, quod ipsa ædificavit non procul à *Scaris*, convocans illuc pias virgines, viduas aliasq;

pedisse quas, quæ pietati, virtuti & operibus æconomis ei sexui convenientibus, tanquam in palæstra frequenti studio se exercerent, ibiq; piè educatæ rectius domui præesse possent. Post fata divi Regis Ingonis surrexit piissimus Rex *Ingo IV.* prioris abnepos. Quanta fuit hujus Regis Sveo-Goth. pietas quantumq; floruit sub ipso Religio Christiana, elucet ex piâ educatione filiarum ejus (filium non habuit) Harum una *Christina* nupsit Regi Svec. Erico, qui dictus erat Sanctus; hujus pietatem uxor suo consilio plurimum auxit. Altera filia *Margreta* data, erat conjunx Regi Dan. Nicolao; illam Saxo multis modis commendat. Tertia filia Ingonis *Ragnit* in tantum pietati studebat, ut nomen sanctitatis obtineret, & Calendario inscriberetur.

In amplissimo Regno Sveo-Goth. dum perpauca essent Templâ, nec copia Docentium & piorum, Prædicatorum esset sub primâ Gentis conversione sufficiens, factum est pietate quorundam Regum & consilio prudentiorum Prædicatorum, ut publicæ Scholæ, causâ discendæ pietatis ac Christianæ Religionis, hic & illic in amplissimo Regno Sveo-Goth. instituerentur, eaq; Scholæ sunt nominatæ à singulari piorum societate & solitario vivendi exercitio more Græcorum, *Canobia* & *Monasterio*; Videbant enim prudentiores, populum haud ita pridem barbarum, non posse propter defectum Templorum & Prædicatorum orali institutione Christianismum, verè discere; iccirco augendam esse devotionem, populi, ipsumq; in informatione Exemplari piè instituendum esse, judicabant consultum: Solent quippe simpliciores ad aliorum Exempla vitam suam insti-

tuere, & videntes pietatem aliorum suam licentiam emendare. Hoc ipsum fieri per institutionem monasteriorum illi conversi majores nostri præsumebant, ut dum vulgus hominum animadverteret pietatem in monasterijs degentium, etiam ipsum religiosæ pietati assuescere disceret. Hæc via erat facilissima partim trahendi barbarum populum in admirationem Christianismi, partim persuadendi simplicibus Christianis piam vitam, ideò cæperunt monasteria hic & illic in patria excoli.

Ufus primorū  
Monasteriorū

L. Osiander.

Hunc modum fuisse in Ecclesia Christiana usurpatum Historia Eccl. ostendit. Osiander scribit Cent. 6. l. 3. c. 21. *Multa monasteria olim ideò exstructa fuerunt, ut essent Schola Theologica, in quibus instituerentur bona indotis adolescentes, qui postea utiliter Ecclesijs præesse possent.* Quantum profecerit Christianismus in Ægypto, operâ primorum Monachorum, aliorumq; piorum in monasterijs viventium, refert

Hist. Trip.

Historia Trip. l. 5. c. 28. dicens: *Ægyptiorum monachorum gloriam multitudo universa sequebatur, & veræ eorum Testimonia judicabat, quia in summa Philosophiæ virtute debebant.* Sic elucet monasteria olim fuisse verè dicta *Φροντιστήρια* id est conventicula meditationum & studiorum; quia in ijs vera Religio docebatur, & exercitia veræ pietatis tractabantur. Hinc factum est ut à monasterijs vocarentur Episcopi, alijq; pij prædicatores, sicut *Dioscorus* Monachus Alexand. factus est Hermopoleos Episcopus, teste Socrate in Trip. l. 10. c. 7. Refert etiam Theodoretus ibid. l. 8, c. 5. *Antonium manachum Alex. deseruisse solitudinem, totasq; circumvisisse urbes, satù faciendò universis, quod Athanasius doctrinæ Apostolica Prædica-*

Socrates.  
Theodoretus.

cor exflaret, & boves essent veritatis, qui participarunt cum Arrio. Sic igitur sciebant (subjungit ibid.) sacratissimi viri, quid tempori unicuique congrueret, & quando opus esset frui quiete, quando necessarium solitudini proponere civitates. Addit Hist. Trip. l. II. c. II. Monachos penè 500. relictis monasterijs in monte Nitriá venisse Alexandriam, & Christianismum defendisse contra paganum præfectum.

Macedonius Arrianus observans hunc usum monasteriorum, ad propagandam Religionem plausibile, esse utilissimum, posseque monachos causâ præsumptæ sanctitatis rectius persuadere populo præsumptam religionem, instituit multa monasteria, Constantinopoli ad propagandam Religionem Arrianam; idque fecit (ait Hist. Trip. l. 4. c. 39. partim propriâ voluntate, partim pactis Episcoporum in circuitu positorum, qui hæresi Macedonianæ faverent: Idque tantum profecit, ait Ruffinus l. 10. c. 25. ut monasteria permulta apud Constantinopolin vicinasque provincias, etiam Episcopi Nobiles, Macedonij magis errorem sint secuti.

Ruffinus

Quoniam monasteria seu solitaria conventicula hominum religiosorum, præsertim studijs sacris addictorum, essent primò publicæ scholæ & seminaria Ecclesiæ, laudandus est conatus majorum nostrorum, qui prima monasteria simplici devotione erexerunt, & in illis juventutem Christianam instituerunt: licet non inficiemur postea fuisse additam huic pietati superstitionem, dum Papa Rom. persuasit pijs simplicibusque Regibus Sveo-Goth. vitam monasticam esse causam meritoriam remissionis peccatorum, & instituenda esse monasteria Divis, nomi-



Monasteria  
hic LX,

Quando vene-  
rant huc mo-  
nachi Dom.  
& Franc.

Unde dicitur  
Kloster:

natis Francisco, Dominico &c. sic creverunt *in patria* monasteria, ut essent numero LX. amplissimis redditibus & bonis Allodialibus honorata. Quod autem prima monasteria nostra neq; essent superstitioni dicata, neq; legibus Papistis subjecta, hinc probari potest. 1. Sub primâ illorum institutione nondum fuit introducta, aut in omnibus Regnis nota superstitio, à monachis Dominico & Francisco instituta. Testantur enim Historiâ Monachos Dominicanos & Franciscanos venisse primum in Sveoniam tempore Archiepiscopi Ubsal. Birgeri Gregorij circa An. Chr. 1370. 2. Nec voluerunt antiquissimi Sveo Gothi conversi, studium monasticum esse cultum Dei per se, & acquirere remissionem peccatorum: Sed esse dispositionem ad excolendam Religionem & continuandum exercitium pietatis. 3. Ingressantes prima monasteria non fecerunt votum sive calibatus, sive perpetuæ mansionis in eo statu, quale votum postea impositum est autoritate Papali hominibus in hoc statu viventibus: Unde monasteria sunt postea dicta *Claustre* (*Kloster*) è quibus egredi, aut statum illum relinquere nemini liceret. 4. Prima monasteria non sunt dicata sanctis demortuis; nec fuerunt, personæ ibi studijs & exercitijs pijs invigilantes, distinctæ vario habitu, seu vestibus griseis aut nigris, quod postea necessariò fieri institutio ordinis cuiusq; & privilegium Papæ Rom. iusserunt: Inde dicti sunt nobis alij *Gråmuntar*, alij *Swartmuntar*. 5. Ex primis monasterijs nostris prodierunt Prædicatores pijs, imò *primus Svecus Archiepiscopus Ubsal*, à Rege Carolo VII. & Ecclesiâ Svecana Electus *Stephanus*, vocatus est ex Alvastra OstGothicæ monasterio.

rio, Anno Chr. 1163, tantum abfuit ut hic feciffet votum monafticum.

Quantum profecit populus Sveo-Goth. in pietate fideiq; Christianæ exercitijs, exacto primæ conversionis tempore, partim longum est enumerare, partim difficile est nobis fingula fcire, quia sub prima Reformatione noſtræ Eccleſiæ, quâ abjecto papifimo, acquivit populus Sveo-Goth. puræ prædicationi Evangelij, aufugerunt quidam Epifcopi noſtri, odio Evangelicæ Religionis, & inter alia ſpolia Argenti & Auri, quæ Clauſtris & Templis ablata ſecum deportârunt, etiam abſtulerunt plurima monumenta Eccleſiæ noſtræ. Quod ſacrilegium Deus juſtè vindicavit, dum ipſi facti extorres, in patriam nunquam redierunt. Igitur progreſſum Eccleſiæ noſtræ ſignis quibusdam indicabimus, & vera indicia conſervatâ hic Eccleſiæ ex Hiftorijs annotabimus.

Novit Eccleſia patriæ hic vixiſſe poſt primam Gentis conversionem piſſimos Reges & Epifcopos, qui meruere nomen ſanctitatis, & Calendario inſcripti ſunt: Inter illos fuere coætanei *Rex S. Ericus* & *Epifcopus S. Henricus*, qui conjunctâ operâ Chriſtianifimum longè lateq; propagabant. S. Henricus acceſſit Finlandiam, ut prædicaret Evangelium in conversionem illius gentis tunc barbaræ: Sed quia ſeveriùs tractabat gentiles, arti magicæ aſſuefactos, periit martyr, tumultu populi obrutus circa annum Chr. 1151.

Rex Ericus abſolvit ædificium novi Templi Ufal. hodiè conſpicui, cujus fundamenta erant dudum jacta, opus vero ante hoc tempus non erat abſolutum.

Joh, Magn.

Pietatem hujus S. Erici prædicat magnificè Joh. Magnus Hist. l 19. c. 4. Huic paravit insidiosum bellum Rex Daniæ, in quo perijt Rex Ericus, & *in scrinio servabantur patriota ossa ejus*, quæ postea in novo Templo Ubsal. voluerunt esse recondita. Ad memoriam horum duorum sanctissimorum virorum erexerunt posterius *Tabellam, antiquissimo labore & egregiâ formâ, nec sine maximis sumptibus sculptam & pictam, quæ hodiè videtur in choro Templi Ubsal. juxta summum Altare ad septentrionem expansa, & supra scrinium S. Erici elevata;* Ipsa continet non solum Annum Chr. superpositum, scripturâ & sculpturâ exaratum: Sed simul insigne Regni Svec. (*tres Coronas*) vestibus & chlamidi Regis insculptum. Miraculis claruisse S. Ericum, Historia tradit.

Tabella erecta  
Ubsal. in me-  
moriam S. Eri-  
ci & S. Henrici.

Monasteria.

Alvastra.

Vastenenf.

Warnhem.

Sivlesta.

Anno Chr. 1162. fuit Rex Svec. *Carolus VII*, hic pietatem suam, ædificando & reformando monasteria declaravit. Antiquum monasterium *Alvastra* honorifico addito ornatu perfecit. Tectum Templi *Vastenenfis* canobio (quod olim à *virgine Maria* nomen habuit; nunc dicitur *Claustum S. Birgitta*) contiguum, in altum erexit, addito polito lapide & cupro inducto, quo ornatu ipsum tectum hodiè intumescit. Hic Rex ædificavit plura monasteria in *West-Gothia* non procul à *Guthemensi* monasterium *Warnhem*: In *Sudermannia* prope lacum piscosum *Sior* monasterium *Sivlesta*. Hunc Regem mortuum sepelierunt patriota in *Alvastra*; Sed lapis sepulchro ejus impositus, videtur hodiè in Templo canobij *Vastenenfis*. Archiepiscopus *Stephanus* transtulit in *Alvastra* etiam ossa *S. Helenæ*, Nobilis viduæ de *Svedwij* circa An. Chr. 1164.

Ascen-

Ascendit postea in solium Regni Svec. filius S. Erici *Canutus*, cujus pietas commendatur à J. Magno Hist. l. 19. c. 8. Hujus Regis tempore scripsit Papa Rom. Clemens III Archiepiscopo Ubsal. Petro, moneus ut persuaderet Regi & subditis ejus conferre suam operam publico bello, quod Imperator Rom. cum alijs pijs principibus nomine Christianitatis statuit inferre Saracenis. Hic Rex consensit voluntati Papæ: Sed fatali termino vitæ impeditus, exequi promissum non valuit. Hunc mortuum sepelierunt subditi in *W. nhem* monasterio Anno Chr. 1192. Successor Regis Canuti *Suercherus*, subtraxit se huic bello Saracenis inferendo, etiam intestino bello præpeditus. Mansit tamen in favore Papæ Rom. Historia J. Magni l. 19. c. 11. dicit hunc Regem primò sancivillæ exemptionem Svecicorum clericorum à judicijs politicis, quod licet Joh. Magnus improbat à Rege factum, subtrahere tamen non potest. Dicit enim pontificius hic scriptor exemptos esse jure clericos more Levitarum, ut Regio privilegio hic non indigeant clerici: Nostri autem Theologi ostendunt differentiam privilegij Levitarum & clericorum in N. T. Probatq; verbum Dei quòd privilegium ministerij Eccl. à Christo datum, magis spectet spirituale bonum officio collatum, quod hominibus salvandis prodest, quàm addat corporale commodum, quale possit conferri personis Eccl. à pijs Regibus, gratisq; auditoribus. Quam dissertationem non opus est huic adferre. Continuavit pietatis conservationem & Religionis promotionem, successor Regis Suercheri *Ericus*, olim Regis Canuti filius, imprimis commendat J. Magnus hist. l. 19. c. 12.

Reges Svec.  
statuebant exemptionem  
Clericorum

ejus

ejus humanitatem, quâ obedivit Archiepiscopo Ubsal. Valerio, etiam in politicis necessaria præcipienti, tantum quippe subdidit se majestas Regia Domino Papæ Rom. Hic Rex vim mortis passus an. Chr. 1216. sepultus est in *Warnum* West-Gothiæ monasterio.

Regimen Sveo-Goth. accepit Suercheri olim Regis filius *Johannes*, an. Chr. 1217. Hunc minorennem pronunciavit Archiepiscopus Ubsal. Olau Regem, ejusq; tutorem egit, quare de negotijs tam politicis quàm Eccl. disposuit Archiepiscopus pro luitu. Nobiles VestroGothi obseruauerunt bona sua, allodialia plus iusto imminui, cum plurima essent data à majoribus illorum Templis & Claustris prout Clerici illis persuaserant; inde senserunt, quò magis auferentur bona & privilegia Clericorum, eò minùs valeret ordo Nobilium; Itaq; hi opposuerunt se Episcopo Scarenfi *Benedicto*; Sed non erat huic difficile habere à Rege minorenni, sub tutelâ Archiepiscopi Ubsal. constituto, diploma Regium, ad bonorum Eccl. defensionem ac immunitatem conscriptum, cujus Tenor erat talis. *Novetur tam præsens atas, quàm futurorum posteritas, quod in die coronationis nostræ, Dn. Benedicto Scarenfi Episcopo consultimus possessiones Ecclesiasticas cum pertinentijs earum, à Regia exactione liberæ & immunes, & si quæ cause in fundis presbyterorum vel colonorum eorum emerferint, totatitèr ipsi Episcopo attineant in satisfaciendo &c.* Datum anno gratiæ 1219. Regni nostri tertio. Mortuus est Rex Johannes juvenis & sepultus est in *Alvastra* Anno Chr. 1222.

Surrexit Rex Sveciæ, corpore quidem indispositus,

Bona Eccl. sunt aucta do-  
narijs Nobilibus  
Svec.

Ætus, sed familiâ Generosissimus, sc. de S. Erico & Rege Canuto oriundus. Hic erat claudus & balbus, unde dictus erat *Rex Ericus hîn láspe*. Contemnebatur à Nobilioribus subditis, præsertim de familiâ Folkungorum natis, quorum multi erant magnificentiori staturâ ornatî; tenuit tamen Regimen Sveo-Goth. Rex Ericus annis 28. Hic subjugavit gentiles Tavasthos, duce Birgero Jerl, quos in fide Christiana fecit informari. Etiam *instituit hic pius Rex collegium Ubsala anno 1235.* ordinato, Professoribus quatuor liberali stipendio, sicut legitur in inventario Svec. par. I. f. 9. Mortuo Rege Erico An. Chr. 1258. præfuit Regimini *Birgerus Jerl*, nomine filij sui, quem minorem elegerunt Sveo-Gothi Regem. Hic Birgerus Templâ & monasteria multiplicavit, Religioni & Clericis gratificaturus; mortuus An. Ch. 1266. sepultus est in Alvastra à latere Regum.

Anno Chr. 1273. translata sunt ossâ S. Erici de veteri in novum Templum Ubsaliense. Fuit postea Rex Sveonum *Sidemar* qui cepit quidê piè regnare, teste Diplomate ejus, dato Lincopiæ anno Chr. 1270. de immunitate canonicorum Lincop. *ut neq. curia eorum in quibus habitant, neq. incola pradiorum præfata Ecclesia subiacerent Exactoribus Regijs &c.* Ardebat tamen odio in duos suos fratres irreconciliabili, egit etiam Tyrannum in subditos; quare nihil præclari in causa Religionis tunc effectum est. Exclusus hic Rex à subditis, exulabat in Dania: Sed postquam collegisset ibi exercitum, venit hostis in patriam, omnia diripiens & perdens. Templum cath. drale Wexionense incendit; postquam verò transactione fratrum reconciliatus esset subditis, & in

Collegium  
Ubsala primò  
fundatum.  
J. L. Gotschid.

Regnum restitutus, dedit Ecclesiæ Wex. prædium *Collegarn* in damni illati compensationem.

Anno Chr. 1277. factus est Rex Svec. *Magnus d. S. Ladelås* / qui præbuit se Religioni ac Monachis admodum liberalem, amplificando Reditus monasteriorum. Etiam plura monasteria de fundamento crexit. Unum Holmiæ in suburbio septentrionali, *dicatum S. Clara*, quod postea Francisci ordinem assumpsit. Aliud in insula Holm. olim dicta *Keddeskoor* / referente Erico Ulsal. l. 3. p. 144. crexit, eidem ordini dedicatum. In Templo hujus canobij jacet etiam Rex Magnus sepultus. Adhuc instituit hic Rex *Arbogia monasterium & Lincopia*, ubi Franciscani monachi viverent. Et *Scheningia* in Ostro-Gothia ædificavit Rex monasterium monialibus frequentandum, quæ sequebantur Regulas Dominici. Plura etiam claustra fuisse ab hoc Rege fundata, & omnia præbendis aucta, annotat Joh. Magnus hist. l. 20. c. 7. scripsit Rex Diploma die coronationis Reginæ, qui erat dicatus B. Olao Regi ac Martyri, quod testatur Religiosissimum ejus affectum ad promovenda Tempa & honorandos clericos promptissimum: Unde subjungit hoc Epiphonema J. Magnus. *Omnes Religiosi Reges Svec Goth. magis honorarunt ministerium Eccl. quam ulli Reges in vicinis Nationibus.* Idipsum probant constitutiones R. Magni *Ladelås* de decimis quotannis in usum Sacerdotum solvendis. Hæ constitutiones sunt publicatæ Anno Ch. 1305. Holmiæ die Nat. Christi hæc formâ. *Decima sunt danda sacerdotibus, non tantum ex quovis frumenti genere singulis annis enato: Sed simul ex omnibus bonis auditorum, divinâ benedictione annuatim multiplicatâ,*

Ericus Ulsal.

Monasteria  
Arbog. Linc.  
Skening. &  
Holm.

Joh. Magn.

De decimis sacerdotum

*zã, sive ex bobus, ovibus, caprã, suis dominatũ, sive  
 ex piscibus, feris campũ, vel avibus, studio venandi ac-  
 quisitũ. Qui decimam partem subtraxerit sacerdotibus,  
 vel in redditione fraudem commiserit, pœnã officietur  
 promeritã. Fecit etiam ordinationem, quantum* & salario p̄s-  
 tribuerent auditores suis pastoribus, tum temporũ  
 Paschatos ordinariẽ, tum in alijs officij laboribus,  
 sc. dum copulantur conjuges operã ministeri Eccl.  
 dum ingrediuntur Templum mulieres post partum;  
 dum sepeliuntur mortui &c. Cautelam addidit  
 Rex, ut his constitutionibus omnes acquiescerent,  
 neq; Pastores plus exigent quam esset constitu-  
 tum, neq; auditores minus offerrent quam esset or-  
 dinatum. Paucis inde annis mortuus est Rex Ma-  
 gnus, cujus heredes mutua excitabant bella, quæ  
 curam Ecclesiæ promovendæ abstulerunt. Hoc *Miraculum*  
 malum prævidens Deus commonefecit populum,  
 datis quibusdam signis, ut omnes vitam emenda-  
 rent & agerent maturẽ pœnitentiam. *Ericus Ubsal.* *Ericus Ubsal.*  
 l. 3. p. 151. dicit fluvium rapidissimum de Motalã pro-  
 perantem Norcopiam stetisse, cursu aliquot dies im-  
 pedito. An. Chr. 1291. *Hwitsfeld Chron.* par. 2. p. 289. *Hwitsfeld.*  
 scribit Eclipsin fuisse anno 1320. sexto Cal. Julij, ho-  
 ra 3. pomerid. *L. Paulinus in Cometosc.* par. 2. p. 89. *L. Paulinus*  
 annotat visum fuisse Cometam per dies 14. An. Chr.  
 1312. & post biennium splenduit Cometa per 3. men-  
 ses, cuspide in septentrionem versa. An Chr. 1316.  
 pluit sanguine in *Kingstadaholm.* Addit *Hwits-*  
*feld* visum esse Cometam An. 1338. mense Junio. *Hic*  
*multiplicatũ admonitionibus monuit certẽ benignissimus*  
*Deus Tempora instare periculosa, qua adducerent in pa-*  
*rtiam plurima mala, nisi matura interveniret pœnitentia.*



S. Birgitta.

Quis collegit  
ejus legendam?

J. Magnus.

R. Magni *Ladelås* hæredes qui Regimîni Sveo-Goth. præfuerunt, censerunt bona Ecclesiæ, & subditis imposuerunt tributum de singulis jumentis dandum. *S. Birgitta Vastensis* fertur sana dedisse consilia Regibus & Principibus de imperio certantibus: Sed ipretis consilijs mutuâ invidiâ & insidijs perierunt. Dicitur S. Birgitta claruisse dono Prophetiæ, multaq; edidisse miracula: Sed plura videntur post ejus mortem inscripta libro Revelationum, quam Antiquitas noverat fuisse à vivente facta. Legendam S. Birgittæ, ejusq; revelationes à varijs recitatas collegit *Archiep. Ublal. Birgerus Gregorij* post annum Chr. 1377. hic dicitur etiam scripsisse Historiam Eccl. Sveo-Gothorum, sed ipsa hodiè non extat. *Ordo S. Birgittæ* confirmatus est à Papa Rom. Urbano V. circa An. Chr. 1363. Socij ordinis ejus utuntur griseis vestibus cum chlamyde griseâ, desuper rubrâ cruce. Relata est in canonem S. Birgittæ Anno Chr. 1415 institutore Papa Bonifacio IX. in concilio Const. Episcopus Scarenfis Brynolphus mortuus est An. Chr. 1317. dicit J. Magnus hist. l. 20. c. 24. illum claruisse miraculis & in Canonem fuisse relatum à Papa Rom.

Quoniam Sveo-Gothia flagraret assiduo ardore belli post mortem Magni *Ladelås* / spatio ferè duorum seculorum, nullum vel certè exiguum tempus datum est promotioni Ecclesiæ ac Religionis. Nam perditis mutuo odio filijs ac Nepotibus Magni *Ladelås* / successerunt in patriâ bello exhaustâ, Reges exteri, qui vanis promissionibus animos procerum sibi conciliârunt; Sed foedifragos expulerunt subditi impatientes illatarum ab illis

in-

Injuriarum. Hoc tempore ad sumum crevit Dominatus  
Papisticus in patria, ut Decretis Pontificis Rom. tan-  
tam regetur Ecclesia, fereq; poltita nostra, Regi-  
bus Sveo-Goth. in alia intentis. Itaq; habue-  
runt concilia Episcopi patriæ, in quibus agenda  
concluserunt. Unum notabile est quod recitant  
vetusti Annales, quos protulit Nobilis Ericus Ge-  
the, de Bibliotheca viri olim doctissimi, sui p. m.  
Parentis, stylo vetustissimo conscriptum, quod sic  
habet.

Annales,

In nomine Domini Amen. Nos Nicolaus Dei gratiâ  
Archiepiscopus Upsal. Nicolaus Lincopens. Sveno Scaren-  
sis. Olaus Arosiens. Magnus Aboens. Laurent. Wexion.  
Ecclesiarum Episcopi & Reverendi in Christo patris Dn.  
Thoma Episcopi Stregnens. nomine Capitulares, sub Anno  
Dom. MCDXLI. in sacro Festo Pentec. in oppido Suder-  
chopens. Lincopens. Diaces. pro celebrando provinc. con-  
silio congregati, considerantes magnam exorbitam quod  
bonos mores hominum Ecclesiasticorum & Scholarium  
sub senescentiâ mundi malitiâ exortos, volumus quan-  
tum possumus, ire obviam remedijs, pro informatio-  
ne status utriusq; Articulos infra postos inviolabiliter  
observandos. Deliberatione præhabita diligentius sta-  
tuimus, ordinamus, disponimus, declaramus in pri-  
mâ quod Clerici tam alienigena quam indigena de bo-  
nis proprijs quocunq; intuitu justè acquisitis legandi,  
exponendi, disponendi ac ordinandi in suâ testamen-  
tâ liberam habeant facultatem, eorumq; exequutores  
ultimam voluntatem testatorum fideliter exequuntur.  
Si verd discesserunt ab intestato ordinario loci it-  
nus cum consensu sui Capituli statim compertâ mor-  
te discretos exequutores ordinent, qui bona defuncti,

Decretum de  
Testamento  
Clericorum,

*solutū primum debitū, in tres partes principales divi-*  
*dant. Quarum una cedat pauperibus præsertim studen-*  
*tibus, altera heredibus, & reliqua per Episcopos cum*  
*consensu Capituli pro defuncti anima ordinetur. Insuper*  
*per testatum illum decedere dicimus, qui coram duobus ad-*  
*minus testibus fide dignis testamentum condiderit & coi-*  
*dicillum scripserit proprioq; suo sigillo roboravit. Item*  
*contra Scholares vagabundos &c. Alia adduntur*  
*ibidem, præsertim quâ devotione celebrentur Fe-*  
*sta præsertim concurrentia, & quâ benedictione in-*  
*troducantur in Ecclesiam uxores post celebratas nu-*  
*ptias: Sed quia hæc minus habent utilitatis in nostra*  
*reformata Ecclesia, omittimus.*

*Factio Archi-*  
*Jacobi,*

*Ericus Ubsal.*

*Miraculum.*

*L. Paul. n.*

Surrexit tandem Rex Svec. & Norvegiæ, de  
 Svetico sanguine natus, nomine *Carolus Canuth*, qui  
 regnavit An. Chr. 1448. Cumq; premeretur partim  
 insidijs Archiepiscopi Ubsal. Joh. Benedicti de *Es-*  
*kestadhi* partim bello Regis Dan. Christierni, curam  
 Ecclesiæ quam piè intendebat, omisit. Exclusus à  
 subditis factione Archiepiscopi, tradidit thesaurum  
 collecti Auri & Argenti monachis Holmensibus ser-  
 vandum, cogitans piè, si ipse in Regnum non revo-  
 caretur, haberet eum thesaurum Ecclesia vel mona-  
 sterium. Sed prior monasterij Doct. Petrus Lau-  
 rentij *prodidit thesaurum Regi Dan. in patriam intro-*  
*ducto, qui illum 7. magnis vasis inclusum in Daniam*  
*transportavit.* teste Erico Ubsal. l. 6. p. 395 An. 1456.  
 pluit sanguine mense Febr. & per 3. continuè annos  
 visi sunt Cometæ, teste L. Paulino in Cometosc.  
 par. 2. p. 95. qui certè nunciabant varias turbas, etiam  
 in Svecia per Episcopos Papales & Regem Daniæ  
 Christiernum II. excitandas, quas Historici ad com-  
 miferationem usq; describunt. Suc-

Succellit Regi Carolo Nepos ejus à sorore, nomine *Steno Sture*; An. Chr. 1470. Hujus pietas in Religionem locaq; sancta plurimum impediabatur insidijs Archiepiscopi Ubsal. Jacobi, etiam inferebant illi ac patriæ continua bella Reges Daniæ, quæ parum temporis reliquerunt curæ Religionis. Ut autem Religiosa ejus voluntas patriæ innotesceret, *instauravit Academiam Ubsal. Anno Chr. 1476. amplificando collegium ibi institutum ante annos 241. à Rege Erico Balbo.* Hanc Academiam confirmavit Pontifex Rom Sixtus. Adhuc dedit proprium suum prædium Gryphisholmiam usui monachorum, ut ibi ædificarent monasterium ordinis Chartus. Templum etiam honoravit multis donarijs; inter alia *dedit Templo Ubsaliensi clarissimum monumentum erecti Astrolobij,* quod artificiosissimè fabricatum magnisq; sumptibus comparatum hodiè videtur ante Altare elevatum.

Instauratio &  
amplificatio  
Acad. Ubsal.

Monasterium  
Gryphsholm.

Huic Gubernatori patriæ peste defuncto circa finem anni Chr. 1503. Surrogatur paucis annis *Swanso Sture*; & Anno Chr. 1512. *junior Steno Sture.* Horum tempore turbabantur Sveo-Gothi à Regibus Daniæ cupientibus in Svecia Regnare, quod malum auxerunt factiones Episcoporum Svec. quare hoc tempore vacabat patria armis, non Religioni. Princeps Steno Sture junior cognitâ factione Archiepiscopi *Gustavi Trolle,* volentis ad solium Regni Svec. promovere Regem Dan. Christiernum II. accusavit hic Princeps Archiepiscopum coram Legato Pape Rom. Johanne Arcimboldo in comitijs Arbogensibus, & convicit Archiepiscopum esse proditoris reum: Sed Legatus reconciliavit Archiepiscopum

Factio Archi.  
Gust. Trolle.

pum Principi, ut ille viveret. Vitam privatam bonis suis hæreditarijs contentus, & quiesceret à tumultu, quod tamen non fecit. Mortuo enim Principe Stenone introduxit Gustavus Trolle Regem Christiernum in patriam cum procerum Regni & totius patriæ extremo periculo, quod Historici vix stylo sat lamentabili describere possunt; à quo tamen malo, & intentatâ patriæ extremâ servitute liberavit misericors Deus nos omnes, per excitatum fortem Heroa *Gustavum Erici*, Nepotem primi Stenonis à sorore, qui non solum politiæ benè præfuit, sed Ecclesiam pio Zelo reformavit, ut dicetur libro 2.

## CAP. XI.

*Quâ occasione introduxit Papa Rom. suam Idolomaniam in Sueo-Gotbiam, & in quibus ea hæresis consistit?*

Quod hostis Dei Ecclesiæq; varia obstacula promovendæ pietatis, & numerosa impedimenta veræ Religionis objiciat pijs ipsiq; Ecclesiæ Dei in terris colligendæ, omnibus ex Historia Eccl. notissimum est. Versipellis ille Prometheus induit varias formas ad seducendum miserum hominem dispositas. Aliquando rugit ut leo, desperationis Barathrum peccatori ostentans; Aliquando Angelum lucis per falsos Doctores repræsentat. Sic postquam videret se non potuisse Ecclesiam evertere schismatibus & hæresibus per Ebionem, Nicolaitas, Manichæum, Arrium, Donatistas & alios, copiosè & frequenter excitatis, excogitabat novum *αποδοξον*, quo Ecclesiam Christi gravius afflixit, nimirum introduxit hominem peccati Antichristum, qui abri-

piendo Ecclesiam Christi suo possessori, sibi eam sub-  
 jecit, ut relicto vivifico verbo puri Evangelij, salutē  
 gratuitam annunciantis, adhæreret Ecclesia decepta  
 (falsò dicta catholica; sed verè Antichristo-Romana) *Antichristus*  
 Traditionibus papalibus, svadentibus dandam esse sa-  
 lutem operarijs seu satisfaciētib; mandato Papæ  
 Rom. Hanc Apostasian Ecclesiæ Romanæ prædictam  
 fuisse à Christo & Apostolis, atq; cautionis loco sæpè  
 repetitã legimus: Sed non potuit tota Ecclesia (Electis  
 Dei vereq; fidelibus, qui non possunt finaliter decipi,  
 dicente Christo Matth. 24. & quos Dominus novit  
 2, Tim. 2, semper servatis & Evangelio credentibus) si-  
 bi cavere ante Prophetiæ impletionē, damniq; acce-  
 pti consumationē, tum quia malū hoc testē fovebat  
 Antichristus, tum quia dogmata Antichristi ita erant  
 comparata, ut pietatē, cultūq; Dei præ se ferrent. Hūc  
 Antichristum in Ecclesia Dei sedentē, & præsumen-  
 tē fidei Christianæ imperare, scimus orthodoxos do-  
 centes jam dudū probasse ipsum esse Papam Rom. qui  
 dum observavit vulgus hominū Christianorū impri-  
 mis adhærere externo cultui Religionis, finxit hypo-  
 criticã pietatē gestibus & factis declarandã sc. absti-  
 nentiã cibi, longis orationibus, continuã genufle-  
 xione, certarum precum, etiã ad demortuos recitan-  
 darum præscriptione, insuper peregrinatione ad lo-  
 ca opinabiliter sancta &c. His mandatis Antichristi  
 religiosi (quã in his externis dicebatur cultus Dei  
 positus, & spes salutis præsumebatur fundata) obser-  
 vatis, didicit vulgus contemnere fidem salvificam  
 ipsumq; Christum cum suo Evangelio, ac semper ex-  
 pectabat nova dogmata & mandata Papalia, quæ ex-  
 ternum (præsumptivè) cultum promoverent, & re-  
 missio-

Fruetus do-  
ctine Anti-  
christi,

missionem peccatorum acquirerent. Sic abiit Chri-  
stianismus in perditam hypocrisin, fereq; in Ethni-  
cismum, & salus hominis descendebat in purgato-  
rium. Hoc doctrinæ genus Antichristianum affli-  
xit diu nostram Ecclesiam cum aliarum Nationum  
fidelibus, idq; inculcavit Satan astutè simplicibus  
hominibus, tectâ viâ incedens, quam observârunt  
pij postquam noxia effecta in lucem prodierunt.

Præsumptum  
fundamentū  
authoritatis  
Papæ,

Hæc erat via Antichristiana postquam Papa Ro-  
man. publicabatur Episcopus æcumenicus ab Imp.  
Phoca (prætendit Papa hanc fuisse donationem Im-  
per. Constantini M.) quæsitivæ Papa in verbis Christi  
dictis Petro Math. 16. & Joh. 21. confirmationem suæ  
potestatis, quasi dignitas Episcopi æcumenici data  
esset Papæ à Christo, non ab Imp. politico nedum,  
à parricida Phoca videretur collata. Sic persuasit il-  
le populo Dei absolutam sibi, tanquam vicario Chri-  
sti, deberi in omnibus obedientiam. Quo jacto  
fundamento subjecit Papa Reges sub pedibus suis,  
quorum deinceps auxilio terruit omnes subditos,  
ne aliquis resisteret ejus potestati. Et si quis Prædi-  
cator Evangelij id facere præsumeret, carceri & igni  
traditus, omnes à repugnandi libertate absterruit.  
Acceptâ hac & confirmatâ sibi potestate absolutè re-  
gendi Ecclesiam Dei, ita usus est Antichristus. I. Ipse  
præsumebat in Catholica Ecclesia ordinare Episco-  
pos, quos Rectores Ecclesiæ, ad nutum suū omnia di-  
spensantes, voluit habere adjuutores. Sic tradidit, hos  
solos Episcopos habere potestatem juxta persona-  
lem authoritatem vocandi & ordinandi Clericos,  
constituendi pastores Ecclesiarum, & confirmandi  
Christianos post acceptum Baptismum; quam con-  
fit-

Modus Anti-  
christi suam  
propagandi  
Ecclesiam,

firmationem vocabat Sacramentum, Baptismo æquale; illamq; conferret solus Episcopus baptizatis pueris dum visitaret suam Diæcesin. Summa hucredit. *Cui Ecclesie non præfesset Episcopus Papa-lus, illa non esset Christiana, quia nullos (voluntate Papa) haberet Clericos à tali Episcopo ordinatos, imò nullos Christianos à tali Episcopo confirmatos.* Ut autem retineret Papa Rom. omnes Episcopos in sua devotione, voluit illos non tantum subesse uni certo Archiepiscopo, in qualibet Natione confirmato, quem habuit sibi devinctissimum: Sed voluit omnes Episcopos singularibus ceremonijs juxta suum præscriptum ordinatos, etiam juramento scripto sibi obligatos esse, quod Cranzius bis repetit in Metr. l. I. *Cranzius* c. 39. & l. 7. c. 3. sic scribens: *Episcopus tenetur per se-metipsum, & per legatos suos scriptam fidem Rom. tenere, ac sanctas 6. Synodos recipere, & decreta omnium Rom. sedis præsulum, & Epistolias qua sibi delata fuerint, venerabiliter observare & perficere omnibus diebus.* Hoc ipsum scripto ac juramento singuli Episcopi profiterentur. II. Nova dogmata fidei constituit Papa II. Rom. quorum multa ad proprium lucrum erant disposita, atq; hæc decrevit ab omnibus Christianis esse credenda, præcipua illa annotabimus, ut cuius innotescat quam sint aliena à dogmate Spiritus S. in Scriptura revelato: Illaq; ex Decretis concilij Trident. exscribemus, non unius alicujus Doctoris verba excerpemus, ne P. lector se falli credat.

I. *Credat Christianus primatum Papa Rom. esse divinitus institutum, ut hic ex cathedra definiens sit caput loco Christi, non membrum Ecclesie Catholicae.* *Cono. Trid. Sess. 6. C. 10. Sess. 14. C. 7.*

II. *Credat Christianus Clericos esse Sacerdotes, qua-* *Sess. 14. C. 10*



les sunt facti Apostoli à Christo in novissima Cena, ut hostiam offerrent loco sacrificij, ad conferendam alijs remissionem peccatorum.

Sess. 7. C. 16

III. *Credat Ecclesia Sacramenta esse numero 7. quod dogma non propter numeri mysterium: Sed propter ordinis Clericalis autoritatē confirmandā tradidit.*

S. ff. 7. C. 14.

S. ff. 15. C. 10.

Sess. 14. C. 6.

IV. *Credat pius Clericos esse exemptos ab obedientia secularium, illosq; esse solos Clericos qui habitu, vestitu & c. ordinationem & unctionem suam cobonestant; vultq; Papa suos esse rasos, sicut sacerdotes Ægyptios, quorum mos erat teste Herodoto ἀγυμνίαν i. e. fallere.*

Sess. 6. C. 7.

Sess. 6. C. 4.

Sess. 14. C. 5.

V. *Credat salvandus hominem justificari operibus Legū, etiam hujus, quam Papa tradidit de invocatione sanctorum, adoratione imaginum, peregrinatione ad loca sancta & c. ad confirmationem hujus dogmatis docet hominem habere liberum arbitrium in spiritualibus: Nec concupiscentiā esse peccatum: Et quādam peccata esse per se venialia, qua peccatores tamen non debent tacere in confessione.*

Sess. 21. C. 3.

VI. *Credat pius merita sanctorum & patrocinia esse querenda, ut orent pro nobis.*

Sess. 6. C. 9.

& 12.

VII. *Credat fidelis neminem posse de remissione peccatorum certissimum esse absq; speciali revelatione, sed dubitandum esse de predestinatione ac salute.*

Sess. 15.

VIII. *Credat Christianus purgatorium esse, quod Synodus Trid. speciali decreto jubet credi, teneri, doceri & ubiq; predicari propter lucrum inde proveniens.*

Hos aliosq; similes canones fidei decrevit Antichristus non solum ad conciliandā sibi suisq; autoritatē dispensandi in assumpto officio Eccl. & ad retinendū lucrum ex dispensationibus, Missæq; officijs, ac divenditis sanctorum meritis, curiæ Romanæ copiosissimè redditum: Sed magis in contemptū Jesu Christi, uni-

ūnici mediatoris mundi, talia Antichristiana dogma-  
 ta statuit. Unde nomen Antichristi suo merito jam,  
 dudum obtinuit, & hæc illius dogmata refutârunt di-  
 lucidissimè nostri Theologi, non tantum ipse Chem-  
 nitius in Exam. Conc. Trid. Sed Facultas Theol. Witt.  
 in admon. fid. à p. 87. ad p. 228. III. Finxit Papa Rom. III,  
 & religiosas Traditiones in Ecclesia ser-  
 vandas sub nomine verbi Dei non scripti, quo modo  
 suam *ὑποκαθόρισται* plurimum stabilivit; siquidem  
 contemptores talium, fulmine excommunicatio-  
 nis percütiebat. Sunt quidem piæ traditiones ad  
 servandum ordinem Eccl. etiam quædam tempore  
 Apostolorum institutæ, videlicet sanctificatio diei  
 Dominicæ, & Festorum præcipuorum, exercitium,  
 Catechismi; jejunia voluntaria piorum hominum,  
 piæq; ceremoniæ in administratione S. Cænæ uti-  
 les &c. quibus ceremonijs Papa Rom. non reddidit se  
 contentum; Sed his alias maximè superstitiones addi-  
 dit, sc. legendum esse verbū Dei in precibus, omniq;  
 usu sacro, tantum sermone latino, non idiomatico  
 cuivis Nationi usitato: Observandas esse horas Cano-  
 nicas: Sanctos demortuos esse invocandos singulari  
 ritu & officio: Laicos à lectione S. Scripturæ esse ar-  
 cendos, quibus nec voluit distribuendū esse in S. cæ-  
 nâ poculum à Christo institutum: Abstinentum esse à  
 carnib⁹ toto tempore quadragesimali &c. Has aliasq;  
 à se confictas Traditiones fecit Antichristus obligan-  
 tes in conscientia, ut servarentur sub pena amitten-  
 dæ æternæ salutis. IV. Conjugiū esse honorabile inter  
 omnes dicit S. S. Ab hac honorabili societate arcebat  
 Papa Rom. Clericos, imponens eis calibatū perpetuū,  
 nominans conjugium Clericorum hæresin Græcorū.

Chemnitius;  
Witttemberg

Differentia rituum  
Apost. & Papist.

Quid

Quid curia Rom. quæsiuit hac prohibitione non ob-  
 scurum est suspicari. Dum enim nulli essent legiti-  
 mi hæredes Clericorum; sibi tanquam Domino ac  
 defensori Clericalis status, esse tribuendam hæredi-  
 tatem quæ mortuis Clericis supererat, & possessio-  
 nes ab illis collectas jure ad Papam Rom. pertinere,  
 nemo facillè contradiceret. V. Certam pecuniam  
 quotannis numerandam esse fisco Papæ imposuit to-  
 ti Ecclesiæ Antichristus, quam citius se habiturum  
 putabat, si illam vocaret Denarium B. Petri. Tandem  
 obtulit etiam Ecclesiæ indulgentias venales; & re-  
 missionem peccatorum singulariū pecuniâ redimen-  
 dam esse tradidit, qui modus redimendi licentio-  
 sam vitam vulgo hominum certè arrisit, quare reti-  
 nuit hinc Papa Rom. majorè populi ac hypocritarum  
 favorem. VI. Fulmine, Excommunicationis pro-  
 lubitu usurpatæ, terruit Reges & Magnates, indeq;  
 totam Ecclesiam Antichristus timore percussit, ne  
 ullus ferè Christianus se ejus voluntati ac mandato  
 directè opponeret, qui modus Regnum Antichristi  
 stabilivit, præsertim cum is decreverit eum omni-  
 nõ esse capite mutilandum, qui in Excommunica-  
 tione per annum sine remissione papali & integrâ  
 promissâ obedientia vixisset; quod etiam lege Svec.  
 promulgabatur.

Hæc est hæresis Antichristo-Romana, ejusq; pro-  
 movendæ modus, in Ecclesia Catholica usurpatus.  
 Quomodo capit Antichristus in nostra Ecclesia,  
 postquam abjecto Ethnicismo Christianismum sunt  
 professi nostri majores, hunc modum ad praxin de-  
 ducere, docent Historiæ talem fuisse processum.  
*Papa Eugenius misit legatum à latere Nicolaum Angli-*

*eam Cardinalem, Anno Chr. 1148. ut sedem Archiepiscopalem in Sveo-Gothia constitueret, addito pallio consecrato, ut Archiepiscopus cum tota nostra Ecclesia in devotione ac obedientia Papæ continuè permanerent. Habuit concilium Cardinalis Lincopiæ, ubi instructionem suam explicabat, & sedem Archiepiscopalem esse determinandam urgebat; Sed Gothi cum Svecis non concordabant de loco & persona; ideo dicit verè Baronius, Tom. 12. sub Anno 1159. *Hic legatus licet spe sua frustratus discesserit, tamen reliquit pallium Archiepiscopali dignitatè apud Etschillum Lundensem Archiepiscopum, sed NULLUS SVEONUM Archiepiscopum inventus est, qui se Lundensi Pontifici in accipiendâ Archiepiscopali insignibus submittere sustinuerit, & illa Titulari dignitas si quando concessa fuit, in Etschillo extincta evanuit.* Quamquam hoc tempore non inveniret Papa Rom. subjectionem fortissimæ Gentis Sveo-Goth. tamen deinceps factos esse Episcopos Sveciæ Papæ Rom. devotos scimus, ut emerent ab ipsis Pontificibus Rom. (non ab alijs Episcopis vel Metropolitanis) pallium consecratum, & juramentum obedientiæ eidem præstarent. Dogmata Antichristiana recipiebant patriotæ ab Episcopis seducti papalibus plurima: Sed quæ ad lucrum curiæ Rom. erant comparata intermiserunt multa, quod sequenti capite patebit. De cælibatu Sacerdotum habuit concilium Skeningiæ Ostro-Goth. *Cardinalis Wilhelmus Episcopus Sabinensis, legatus Papæ Gregorij IX. cui mandato Papali licet Clerici Sveo-Goth. diu resisterint, seq; eidem agrè submiserint: Tamen audito fulmine Excommunicationis, quo Antichristus omnes perterruit,**

Ty.

Papa Romæ  
 tentavit diu  
 nostram Ec-  
 clesiam, ante  
 quam vin-  
 cetur

Baronius

tyrannidem Bestiæ Rom. pati necessum habuerunt; præmissâ tamen cautione, ut *liceret Clericis Testamentum condere & instituere hæredes suorum bonorum*; quæ libertas Clericorum repetita fuit in concilio Sudercopenſi An. 1441 ut supra Cap. 10. verba concilij allegavimus. Decreta Papæ Rom. quæ Religionis speciem præ se ferebant, observabant devotè patriotæ; qualis erat constitutio frequentandi loca sancta, quorum copiam ex multitudine celebriorum fontium, ubi primi prædicatores administrarunt gentilibus conversis Baptismum, præsumebant se habere nostri majores. Cumq; priscei Sveo-Gothi concluderent, aquam fontanam, de qua Baptismus esset administratus, inde haberi sanctam, frequentârunt ultrò hæc loca opinabiliter sancta, putantes aquam ipsam curare morbos, auferre dolorem dentium, cæcitate oculorum &c. Quoniam sunt in Sveo-Gothiâ plurimi fontes, de terrâ montosâ sensim scaturientes, qui etiam tempore intensissimi frigoris nunquam obducuntur glacie, neq; occulta illorum scaturigo unquam impeditur, & salubrem continent aquam; quâ naturali bonitate aquæ abusus est Satan ad persuadendum populo dictas præstigiæ & superstitionem. Hæc præstigiæ cum fuissent usitatissimæ patriotis tempore Ethnicissimi, dedit superstitio Antichristiana occasionem continuandi, non abrogandi hanc idololatriam, sic facta est peregrinatio ad hos fontes frequentissima. Ordinavit superstitio papistica singulare tempus visitandi aliquos celebriores fontes, addiditq; quasdam Ceremonias visitoribus observandas, quod in fonte Uplandiæ prope Enecopiam in paræcia *Swingarn* celeberrimo, notissimum

Ritus Ethnicopapalis nostris familiaris

Font. Swingarn.

num est. Hunc fontem fecerunt celebrem nomine S. crucis; eumq; esse visitandum tempore S. crucis, seu pridie Dominicæ Trinitatis decreverunt. Adhuc apparent in faxis circum fontem positis, vestigia + antiquitus insculpta. Visitoribus hujus fontis erat præscriptum mittere in aquam fontanam ligneam crucem, deinde cum devotione offerre pecuniam vel donaria sacro loco debita. Ferunt incolæ proximum Templum Swinegarn olim pulchrè ornatum ex illâ oblatâ pecuniâ Architectis numerata, totum esse exstructum. *Conservat Pastor loci in memoriam Antiquitatis Nomina devotorum Benefactorum, de longinquis terris sc. Italia & Hispania, huc peregrinantium, quorum larga manus hujus Templi adificatio donaria contribuerat.*

## CAP. XII.

*Probatur Ecclesiam Sve-Goth. nunquam voluisse verè  
subjeti dominio Papa Rom.*

**H**istoria ab Evangelistis, Apostolis, Ecclesiæq; Doctoribus conscripta indicat mirabilem planèq; divinam fuisse Eccl. Christianæ collectionem, & conservationem in N. T. juxta promissionem Christi Mat. 16. ne ullus homo possit gloriari, se studio ac diligentia suâ conservasse Ecclesiam. Nam Apostoli eorumq; discipuli plantarunt Ecclesiam in toto mundo, solâ suffulti autoritate divinâ, creberrimis miraculis juxta instructionem Christi declarata; & populi crediderunt Evangelio prædicato, non persuasi humanæ sapientiæ verbis; Sed illuminati gratiâ Spiritus S. operantis per verbum fidem, salvificam in cordibus credentium. Hoc modo per-

*Ipsè Christus  
author & de-  
fensor suæ Ec-  
clesiæ.*

mansit veritas Evangelij in Biblijs scripti, pura & integra, jam inde à publicato Evangelio ad nostra tempora, & manebit, conservante Ecclesiam Deo, ad finem mundi interrupta, licet ipsum ordinarium ministerium fuerit alicubi, hodieq; sit corruptum. Manent etiam Sacramenta à Christo tradita Ecclesiae, praesertim Baptismus incorruptus, per quem salvandi ingrediuntur regnum caelorum.

Phil. Nicolai,

Puritatem Ecclesiae licet maculaverit Antichristus (ut superiori cap. diximus) tamen veritatem Ecclesiae non abstulerit, neq; fidem electorum, continuâ meditatione Evangelij & gratiâ Spiritus S. suffultam, evertere potuerit: Imò multae sunt Nationes populorum, quae dominio Papae Rom. subesse noluerunt, quod probat Philippus Nic. in Hist. Eccl. susceperunt quidem Christiani in Europa (praeter Graecos) Decreta & constitutiones Papae Rom. hac tamen differentiâ, ut populi Romae viciniore, se voluntati Papae accommodarent; remotiores autem (ut Sveo-Gothi) absoluto ejus dominio se ad omnium mandatorum observationem cogi nollent. Haec libertas Christiana piè vivendi sub capite Christo, non sub jugo pontificio, quod fuerit priscis Sveo-Gothis usitata ac familiaris, probatur certis argumentis, quae adferemus ad demonstrandam veritatem, hoc praecipue nomine, ut 1. Innotescat mansisse Ecclesiam Christi sine defensione papali, & adhuc manere in terris Ecclesiam verbo Evangelij collectam, eiq; obedientem, licet uni capiti visibili ac terreno non adhæreat. 2. Clarescat dominium Papae non floruisse ubiq; eadem authoritate: Nam antiqui Sveo-Gothi sicut nunquam subijci possent imperio Romae ita

Nostra Ecclesia exemit se olim ab obedientia Papae Romae

ita nunquam agnoverunt potestatem Papæ Rom. in spiritualibus fuisse absolutam, planèq; divinam.

Argumenta hanc thesin probantia colliguntur ex Historijs hoc modo. 1. Patria accepit primos prædicatores Christianos non à Papa, sed ab Imper. Romanis, Carolo M. ejusq; filio Ludovico: & prædicavit S. Ansgarius in Sveonia, multosq; patriotas convertit, antequam fuerat ordinatus à Papa Archiepiscopus, & legatus Regnorum Borealium.

2. Postquam neglexerunt suum officium Episcopi, sive Hamburgensis, sive Bremensis, nec miserunt in Sveoniam prædicatores necessarios, repetita est secunda prædicatio Evangelij in patria, per prædicatores ex Angliâ, non Româ missos. Aliqui Historici papismo adherentes, præsertim Baronius Tom. 2. sub An. 1030. & Messenius in Chr. Episc. Svec. c. 2.

Baronj

Messenj

*dicunt S. Sigfridum, postquam aliquandiu in Sveonia Evangelium prædicasset, contulisse se Bremam, ut obtineret ab Archiepiscopo ibid. confirmationem sui officij.* Sed videtur hæc Narratio fabulosa, quia *a.* Sigfridus venit in Sveoniam legitime vocatus à Rege Olao Stålfonungi in scio Archiepiscopo Brem. *β.* Fuit Sigfridus Archiepiscopus antequam in Sveoniam penetraret, novâ sive ordinatione, sive officij confirmatione non indigens: *neç habet par potestatem in parem* dicit regula juris. *γ.* Prædicavit diu S. Sigfridus cum socijs Evangelium in patria, & baptizavit Sveo Gothos, etiam ordinavit Clericos potestate proprij officij, quod nemo Christianus dixerit caruisse efficaci conversione Gentis. *δ.* Necessitas administrandi officij, & necessarja visitatio patriæ, non concessere huic Archiepiscopo tempus Regno discedendi. *ε.* In

S. Sigfr. non accepit confirmationem sui officij ab Episc. Brema



legenda S. Sigfridi, veraq; Historia nostrorum scriptorum omittitur hæc fabula. 5. Nec concordat illorum relatio: Baronius dicit S. Sigfridum venisse Bremam tempore Libentij Arch. Brem. Messenius vero tempore antecessoris ejus id factum esse præsumit. 3. Episcopos primos non accepit Ecclesia Sveo-Goth: à Papa Rom. sed ipsa vocavit libertate Christianâ Episcopos & inspectores, quos ordinavit partim S. Sigfridus, partim S. Eschillus, illorumq; successores. De hoc suo contemptu conqueruntur aliquot Papæ Rom. testibus ipsorum Epistolis, quas breviter recitabimus in veritatis confirmationem.

Alex, Papa III.

*Papa Alexander III, Archiepiscopo Ubal. & suffraganeis ejus. Dolemus consuetudinem pessimam apud vos inolevisse, ut nobis inconsultis aut contemptis, conferunt Laici Ecclesias quibus volunt, omnia simoniacè, sive per pecuniam, sive per privatam gratiam, aut odium agentes. Tusculani 4. idus Sept. An. 1160.*

Innocent, III.

*Innocentius III, Papa illustri Regi Suecia. Tacti sumus dolore cordis quod sicut ad audientiam nostram pertinet, Tu & Principes, & Magnates tui hæc minime attendentes, Ecclesias & res Ecclesiasticas nimis irreverenter invito Domino contrectatis, dum inter alia quibus gravatis easdem, quoties Ecclesiam cathedralem vacare contingit, vos Bonis vacantis Ecclesia nimis reprehensibiliter apprehensis, Capitulum ad quod Electio pertinet successoris, ad Electionem procedere non sistentes, contra Canonicas sanctiones, quem vultis intruditis in Ecclesiam viduatam, dando intruso annulum & baculum pastorem &c. Datum Lateran. 3. Novem. An. 1210.*

Papa Innocentius IV. Archiepiscopo Ubsal. ejusq; suffraganeis, & dilectis filiis toto Regno Suecia. Cum in Regno Svec. quadam consuetudo, qua corruptela dicenda est verius, inoleat, vid. ut cathedralibus Ecclesijs Regni non praesententur aliqui, nisi quos in eis institui vel destitui possint, per potestatis secularis potentiam, Regis sc. & Baronum, nec non ad clamorem populi Regni praedicti, contra sacrorum statuta canonum contingebant; Venerabilis frater noster Sabin. Episcopus tunc in partibus illis Apostolica sedis legatus, tam detestanda praesumptionis remedium adhibere constituit &c. Datum Lugduni 8. idus Dec. An. 1250.

Innocent, IVd

Hæc testimonia Pontificum Rom. satis ostendunt Ecclesiam Svec-Goth. usam fuisse libertatem Christianam vocandi Episcopos, (cur ni Pastores?) non requisito consensu Papæ Rom. eamq; viguisse libertatem ad annum Chr. 1250. quando ultima Epistola Innocentij scripta est. Dicit quidem Joh.

J. Magni Archiep. Ubsal. Stephan. non accepit à Papa Rom. pallium.

Magnus hist. l. 19. c. 6. Archiepiscopatum Ubsal. esse confirmatum à Papa Alexandro III. *Missio illuc pallio consecrato, juxta petitionem Regis Svec. Caroli VII.* Sed dubium exsurgit ex varia ejus relatione. Nam in Hist. dicit *pallium fuisse datum legatis Regis Caroli An. Chr. 1162.* Rursus dicit in Metrop. l. 2. f. 45. *Alexandrum III. Papam misisse Stephano Ubsalensi pallium consecratum An. Chr. 1155.* Jam consentiunt Historici mortuum esse Stephanum Archiepiscopum Ubsal. An. Chr. 1185. postquam praesedisset Archiepiscopatu annos 22. Ergo non factus est Archiepiscopus An. 1162. quo Anno fiebat Rex Svec. Carolus VII. Sed Anno sequenti; multò minus veritati conforme est, Stephanum nactum esse pallium Pontificale An. 1155.

Messen,

quando nec ipse erat electus Episcopus, nec Carolus erat Rex; Imò neq; Alexander III. erat tunc Papa, sed antecessor ejus Adrianus IV. Messenius in Chr. Episc. Sv. c. 5. gratificaturus J. Magno diversam ejus Narrationem sic explicat. *Fuit Ubsalia Archiepiscopus*

*pate solum constitutum Anno 1162, sed Stephanus ele-*

*ctus Antistes, fuit ab Adriano IV confirmatus; & ab*

*Alexandro III. consecutus est insignia pontificalia. At*

Vastovij

quis non videt hæc dici in gratiâ sedis papalis, omis-  
sa historicâ probatione? Neq; enim meminit Ponti-  
ficius scriptor Vastovius in Epistolis ab Alex. III. Pa-  
pa in Sveciam scriptis, alicujus missi pallij pontifica-  
lis. Hanc certè Epistolam non præterijset si talem in-  
venisset scriptam; quin potius testatur Epistola  
Alex. III. prius allegata, Svecanam Ecclesiam elegis-  
se ministros Eccl. in scio Papa Rom. Etiam recenset  
J. Magnus princ. Metrop. *Episcopus Ubsal. 8, quorum  
quinq; approbat Messenius, qui rectè præfuerunt Ecclesia  
patria, antequam Papa Rom. sive locum, sive personas sin-  
gularitè confirmasset.*

J. Magnus  
Messen,

Novimus certè Regem Svec. Carolum VII. sin-  
gulari studio tandem accommodasse se favori Papæ  
Rom. Sed inde non sequitur Stephanum fuisse con-  
firmatum Archiepiscopum à Papa Rom. Nam pri-  
mis annis fuit Rex Carolus occupatus gravissimis  
rebus politicis, quæ curam Religionis ac status Eccl.  
abjecerunt. Habuit hostes Danos, quos profligavit.  
Conciliavit Svecos cum Gothis, eosq; uni Regimini  
subjecit. Itaq; potuit Ecclesia Sveo-Goth. ita voca-  
re hunc Archiepiscopum, sicut plures hæcenus spa-  
cio multorum annorum elegisset. Sic enim scribit

Adam Brem,

Adam Brem. Chor. p. 34. *propter novellam plantatio-*

nem Christianitatis nulli adhuc Episcopatus in Sveonia certo limite sunt designati; sed unusquisq; Episcoporum a REGE VEL POPULO ASSUMPTUS, communiter edificant Ecclesiam, & circumcuntes Regionem, quantos possunt ad Christianitatem trahunt, eosq; gubernant sine invidia quamdiu vivunt.

Adhuc probatum est supra ex Historijs non fuisse in potestate Papæ constituere Sveo-Gothis Archiepiscopum, dum legatus Papæ Eugenij, An. 1148 id serio tentasset. Imò tantum abfuit, ut Sveo-Gothi vellent se submittere Papæ Rom. tempore Liturgico, licet Rex Svec. Johannes III. approbasset doctrinam Catholicæ (ut vocatur Romana) Ecclesiæ, ut Archiepiscopum Liturgicum noluerit Rex mendicare à Papa Rom. Sed eundem unctum, infulâ & baculo ornatum, ab alijs Regni Episcopis sic ordinatum, fecit in sedem Archiepiscopalem ascendere, quod infra probabitur l. 3. c. 21.

4. Episcopatus in Svecia & Gothia non sunt instituti à Papa Rom. vel ejus officarijs aut adherentibus; neq; Diæceses distinctæ sunt invicem ab Episcopis aut Clericis; sed à pijs Regibus & ordinibus Regni, quod patet in lege Svec. ubi divisio Diæceson legitur in Tit. Regio Konungsbalken/ non in Tit. Eccl. Rytliobalken. 5. Amplitudo Diæceson patriæ, & paucitas Templorum in singulis Diæcesibus, sub primâ conversione populi, indicant non potuisse omnes Regni incolas simplici fide per Baptismum, donatos in dogmatibus Papæ Rom. sub ipsâ conversione informari. Quare vixit simplex populus Sveo-Goth. aliquot seculis contentum fuisse simplici Christianismo, & hæresin Antichristo-Romanam nescivit, præsertim cum hæc sub conversione nostrorum

majo-

IV.  
Pius Magister  
tus distinxit in  
patria Diæce-  
ses.

V;

VI.

majorum tantas vires non acceperit, neq; Ecclesiam nostram turbaverit, sicut postea factum legimus. 6. Ipsa quidem praxis ostendit antiquos Sveo-Gothos restitisse decretis Papæ Rom. ijs præsertim quæ spectabant lucrum curiæ Rom. Inde convincitur patriotas absolutam denegasse Papæ Rom. obedientiam. *Exemplo erit res clarior.* Papa Gregorius IX misit legatum suum Wilhelmum Episcopum Sabinensem in patriam, An. Chr. 1240. (Alij ponunt Annũ 1220: Sed tunc non erat hic Papa) Legatus habuit concilium Skeningiæ Ostro-Goth. ut Clericis persuaderet perpetuum cælibatum. Quem autem tumultum excitabat hæc quæstio, quam contradictionem Clericorum invenit tunc legatus, Historici non tacent; & si Clerici illius temporis non citius acquievisset persuasione Regis, quàm impositioni Papæ ejusq; legati, cælibatum planè damnassent. Miratur itaq; *Hwitfeld Chron. par. I. p. 189. Clerum Sveo-Goth. tam diu restitisse cælibatui, cum ante annos 120. esset hoc jugum à Papa Calixto II impositum Clericis Danie, ab illisq; acceptum.* Adhuc Papa decrevit Exemptionem Clericorum; Sed illius decretum patria negligens, voluit Exemptionem Clericorum statuendam & confirmandam esse à Regibus Sveciæ Sverchero & Johanne, ut supra monuimus Cap. 10. Imposuit Papa numerandum esse curiæ Rom. quotannis Denarium B. Petri: Sed hunc frustra exegerunt à patriotis aliquot Papæ Rom. quod sequentes Epistolæ ostendunt.

Clerici in patria approbant cælibatũ à Regibus persuasi.  
*Hwitfeld.*

Honorius III.

*Papa Honorius III. universis Christi fidelibus per Regnum Svec. constitutis. Venerabilis frater noster Episcopus Aros, suis nobis literis insinavit, censuram ipsam*

jama

*jam à quinquennio & amplius, licet ab eodem Episcopo fueritis requisiti, in animarum vestrarum periculum, solvere neglexistis, Ut igitur divinam & B. Petri, cui census debetur hujusmodi evitatis offensam, universitatem vestram monemus & hortamur in Domino, remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus Deo & Apostolica sedi satisficientes, congruè de subtracto censum persolvatis, gratiam Dei consequi & Apostolica sedis favorem mereamini plenius obtinere. Dat. Lateran. II. Calend. Feb. Anno 1220.*

*Johannes XXII. Charissimo in Christo filio, Regi Svec. Johan. XXII, illustri, Cum census, qui vocatur Denarius B. Petri, in Regno tuo debiti Ecclesie Rom. à pluribus retroactis temporibus eidem Ecclesie non extiterit persolutus &c. Avénione III. Non. Febr. An. 1316.*

*Papa Innocentius VI scripsit Regi Svec. Magno, ut Innocens. VI, censum Rom. Ecclesie debitum numeraret. Cumq; hoc differret Rex scripsit Papa Reginae Blanchæ, ut cunctantem Regem incitaret, quò effectualitèr condescenderet, & pro Apostolica sedis reverentia dare operam efficacem. Dat. Aven. 6. Cal. Mart. An. Chr. 1355. Cumq; Rex pecuniam non numerasset, excommunicavit illum Papa Rom. Misit itaq; Rex Svec. Magnus post triennium curiæ Rom. quindecim millia florenorum Auri, iccirco sententiam dictam Apostolicam suspendi jussit Pontifex, cum conditione, ut Rex Restam (ait Epistola) solveret. Dat. Avénione Anno Chr. 1358.*

*Papa Gregorius XI. Alberto Regi Svec. illustri. Ad Gregorius XI. nostrum pervenit auditum, quod tu ex nonnullorum partium earundem pralatorum inductione, quod collectores fructuum Camerae nostrae Apostolicae fructus proventus &*

*debita ipsius camera nostra Apostolica, in terris tua ditioni subiectis recuperare valeant, non permittis. Ideo serenitatem tuam obtente rogamus, ut Apostolica sedis nuntium per terras tuas libere incedere, & ipsi de salvo conductu, si expedit, providere vells. Datum Anno Chr. 1372.*

Honorius III.  
Nicolaus III.

Papa Innocentius III. imposuit contributionem tam Clericis quam auditoribus, exponendam in subsidium Romanorum volentium recuperare armatâ manu Terram sanctam. Hanc contributionem frustra requisiverunt in Svecia scriptis suis Epistolis duo Pontifices Honorius III. & Nicolaus III. Annis Chr. 1217 & 77. quanquam Papa Honorius vehementer agitasset Clericos Svec. prætendens Generale concilium imposuisse hanc contributionem usq; ad triennium de proventu Eccl. solvendam, nihil tamen effecit.

Arngr. Jon.

VII.

Eandem Gothicam magnanimitatem viguisse in Gothis Islandicis refert Arngrimus Jon. hist. par. 2. sect. 8. dicens: *Ex ijs qui divitijs pauid plus valebant, adversus Episcopos Papales consurgere non dubitarint.* 7. Quanquam allata argumenta satis declarant absolutam Papæ Rom. autoritatem Gothis displicuisse, eamq; in Sveo-Gothiâ, servatâ adhuc doctrinâ ut plurimum papali, frigidè observatam sæpeq; postpositam fuisse: tamen sunt etiam plura quæ idem probant. Obtulit Papa patriæ venales indulgentias, sed paucos invenit emptores. Notorios peccatores Romam quandoq; citavit, etiam sub interdicto posuit: Sed terrere suo fulmine fortissimam gentem, difficultèr potuit. Liberos Sacerdotum edixit omnes spurios: Tamen lex Civitatum Svec. tribuit

eis hæreditatem à parentibus legitimis dandam, & supra allegavimus concilium Episcoporum Svec. An. Chr. 1441. Sudercopiæ congregatorum, ubi *decreverunt liberum esse Clericis tam alienigenis quam indigenis testamentum facere, & de bonis suis post mortem distribuendis ordinare. Sin verò Clericus ab intestato discesserit, distribuere Episcopus cum capitulo unam tertiam partem bonorum ipsis hæredibus Clericis, quorum hæredes primarij erant ipsi liberi, si illos haberet.* Sic legem Papæ Rom. de spurij Clericorum liberis hæreditate privandis, non observavit patria. Prohibuit Papa Laicos legere S. Scripturam: Tamen deformatum Psalterium Latinum, ab Archiepiscopo Ulsal. Jacobo, Regni primate publicatum An. Chr. 1510. Inventum est paucis à publicatione annis in Bibliothecâ cujusdam docti Laici, idq; exemplû hæredes ejus hodièq; ostendunt. Evidentissimum (ut probationes omnes colligam, & caput concludam) argumentum probandi Decreta Papæ Rom. fuisse à fortissimis Sveo-Gothis postposita, offert sese magnificum factum, Sveo Gothorum An. Chr. 1520. contra interdictum, Papæ Rom. declaratum, quo opposuerunt se proditori Patriæ Archiepiscopo Gustavo Trolle à Papa introducto in perniciem Gubernatoris patriæ, Principis Stenonis Sture junioris. Hanc audaciam Svecorum postquam resciverat Papa Leo X. excommunicavit Principem, & proceres Regni, quod mandato Papæ obedire recusarent, totumq; Regnum in interdictione posuit, insuper subornavit Papa instinctu Gustavi Trolle, Regem Daniæ Christiernum II, qui bellum moveret Excommunicatis Svecis, & sententiam Papæ Rom. de interitu Principis Stenonis

Concilium Svecop.

Banniti à Papa Sveo Gothi. Ricerunt ejus Tyrannidi.



J. Magnus,

Sture ac procerum Sveciæ latam, in effectum deduceret. Quod ita factum esse testatur J. Magnus in hist. l. 24. c. 3. *Opposuerunt autem sese Sveci-Gothi in fracto animo huic tyrannidi Papa Rom. & Regis Christiæ fieri, pugnantes pro libertate patriæ, non solum donec vixerat Dux & Imperator belli Steno Sture; sed & postquam elegissent novum Imperatorem Gustavum Erici, Nepotem à sorore primi Scenonis Sture, patriæ Gubernatoris optimi.* Hujus Gustavi Erici magnifica facta, etiam Reformationis patriæ processum, dum Ecclesia nostra abjecto Papismo, elegerat Religionem Evangelicam, habet Historia Gustaviana, patrio idiomate publicata, ex qua Reformationem Ecclesiæ nostræ eruemus, eamq;

proximo libro οὐν ἴσω  
describemus.

FINIS LIBRI PRIMI

# HISTORIAE ECCL.

149

## SVEO-GOTH.

### LIBER II.

ANNOTANS REFORMATIONEM EC-  
CLESIAE SVEC. ILLUSTRATA VE-  
ritate Evangelij.

#### CAP. I.

*Unde cognovit Produx Svec. Gustavus Erici  
Idolomantiam Papist.*

**P**ostquam diu Traditiones Pontificia turbassent  
Ecclesiam Christi, & Antichristus visibilem Ec-  
clesiae faciem obscurasset & denigrasset, venit tan-  
dem Tempus Reformationis Ecclesiae (Deo laus) à Ecclesiae Re-  
formatio est  
praedicta.  
Christo praedictum Matth. 24. ubi nunciatur ita fu-  
turus adventus filij hominis, sicut exit fulgur ab  
oriens & apparet usq; in occidentem; quam pra-  
dictionem antiqui patres exponunt de claritate Ec-  
clesiae circa finem mundi futura. Sic enim Aug. l. i. Augustin.  
quaest. Evang. c. 38. *Fulguris nomen ad manifestatio-  
nem claritatis Ecclesiae pertinet.* Hieronymus l. 4. in Hieronymus  
Mat. sic ait. *Si Aquila sentiunt cadaver ubi jaceat, quan-  
to magis nos festinemus ad eum, cujus fulgur exit ab orien-  
te, & patet usq; in occidentem: isq; est nō. cadaver  
ab eo, quod per mortem cadat, passionem Christi signat.*  
Theophylactus in hunc locum Mat. *Sicut apud mor-  
tuum cadaver congregantur statim Aquilae; sic & omnes  
sancti veniunt eo ubi Christus fuerit. Quare non intelli-  
gatur tunc (addit idem in Marc. c. 13.) quando  
Jerusalem desolata fuit; sed per tempus adventus Anti-  
chr.* Theophyl.

*christi, ne seducamini.* Hanc eandem claritatem Ecclesie futuram circa finem mundi, postquam gelu & frigus (Traditiones Antichristianæ) faciem Ecclesie diu obscurassent, prædixit Zachariæ Cap. 14. Sic enim exponit Hieronymus Tom. 6. f. 126. illa Prophetæ verba, in die illa exhibunt aquæ vivæ in Jerusalem, h. e. *in Ecclesia doctrinam audient Salvatoris.* Cumq; prædicatur vera lux hominum futura, (Reformatio Ecclesie) *postquam friguit color pristina fidei & charitatis,* ut loquitur Hier. l. 3. in Zach. aderat jam disponente Deo, illud prædictum Tempus Reformationis Ecclesie sub prædicatione B. Lutheri An. Chr. 1517. Quanquam ille Spiritu fortitudinis scripserit & prædicaverit contra indulgentias fictitias Papæ Rom. & in conventu Wormat. An. Chr. 1521. suam doctrinam masculè defenderit: Tamen, inter omnes Nationes quæ Reformationem suæ Ecclesie tolerarunt, & abjectâ superstitione papisticâ, veram Evangelij confessionem publicè approbarunt, non fuit postrema Gens Sveo Gothica. Nam Historia Gustav. par. 1. f. 6. dicit *nominatum Producem Gustavum Erici fuisse Lubeca An. Chr. 1519, ubi audiit rumorem de reformandâ Ecclesiâ Christi per Lutherum, & abjiciendâ superstitione papisticâ.* Additq; eadem Historia f. 97. *venisse paulò post in Sueciam duos Lutheri discipulos, M. Laurentium Petri & M. Olanum fratres Nereticos, qui in Academia Witebergensi studuerant, & ex ore Lutheri causas reformandæ Ecclesie Christi didicerant.* Hac occasione datâ didicit Gustavus Erici, accedente illuminatione gratiâq; Spiritus S. postquam is factus esset produx Svec. An. Chr. 1521. necessariam esse Reformationem Ecclesie, eamq; summo

no studio promovebat, ut infra ostendemus. Erat quippe studium veritatis huic Produci, sicut alijs Sveo-Gothis familiarissimum. Præterea fuit hic Gustavus amore veritatis à suis præceptoribus M. Henrico Sledorm & M. Erico Ubsal. rectè inflammatus, ut veritatem Evangelij sibi illustratam unicè diligeret. Adhuc incitabatur produx ad continuandum opus Reformationis, his argumentis prole-

Defectus Eccl.  
clesiæ Papisti-  
cæ-Romanæ.

1.

I. *Observavit Religionem Papistico-Romanam fuisse hypocrisi ac superstitione refertissimam*, quod explicabant Produci antedjcti discipuli Lutheri, id ipsum probante Cancellario suo M. Laurentio Andrea, qui in Evangelica Religione erat etiam rectè institutus. Cumq; Monachi superstitionem & idololatriam auferent, invocando demortuos, relicto cultu Christi viventis, & vendendo opera sua, quæ prædicabant Bona, intellexit Produx omnia Religiosa ab Antichristo inventa, esse falsa & vanissima.

2.

2. *Episcopi patriæ à Papa Rom. confirmati præsumebant curare magis Politica quam Ecclesiastica*; Imò Archiepiscopus tanquam Primas Regni, sæpiùs tentabat deponere Regem vel Governatorem Imperij Sveo-Goth. sicut cognovit huic fuisse datam à Papa Rom. potestatem etiam in temporalibus, quod ostendit introductoria Epistola Papæ data Archiepiscopo Jacobo, quæ adhuc hic servatur scripta Romæ in membrana, & sigillo Papæ confirmata, eaq; sic sonat.

Papa Paulus, II.

*Pautus Episcopus servus servorum Dei dilectis filijs Capituli Eccl. Ubsal. salutē & Apostolicam benedictionem. Hodie Eccl. vestra post obitum bona memoria Joannis defuncti*

functi vacanti, de persona dilecti filij Jacobi Absallens. de fratrum nostrorū consilio duximus providendum, praeficiendo eum eidem Eccl. in Archiepiscopum & Pastorem, illiusq; curā & administrationē sibi in Spiritualib. & TEMPORALIBUS plenarie committendo. Quocirca discretioni vestrae mandamus eidem Electo tanquam Patri & Pastori animarum vestrarū humiliter intendentes, ac exhibentes sibi obedientiam & reverentiam debitas & devotas, ejus solutaria monita & mandata suscipiatis, humiliter & efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam quam eidem Electus rite tuleris in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore Domino, usq; ad satisfactionem condigna inviolabiliter observari. Dat. Romae apud S. Petrum. Anno incarnationis Dnicæ 1469. quintodecimo Kal. Jan. Pontificatus nostri anno Sexto.

Dominatio  
Episcoporum  
Svec. sub Pa-  
pato,

Traditā hac administratione in temporalibus ita usus est Archiepiscopus Jacobus, ut saepius opponeret se Gubernatori Regni Stenoni Sture seniori, quem in aliquot conventibus publicis, praesertim habitis Tolgæ An. 1494 & in Scith Westgothiæ An 1497 praesumebat de Regimine excludere, ut introduceret in solium Regni Johannem Regem Daniæ, idq; tam audacter executus est Archiepiscopus, ut per Excommunicationem excluderet ab officio Gubernatorem Regni; Sed hic bonæ causæ suæq; legitimæ vocationi confidens, non movebatur abusu officij Archiepiscopalis. Aliud Exemplum excitati tumultus ab Archiepiscopo dedit factiosus Gustavus Trolle, qui non solum insidiatus erat Gubernatori patriæ Stenoni Sture juniori; Sed totam ferè patriam extremo periculo exposuit, introducendo

Tyrannum in hoc Regnum, sc. Regem Daniae Christiernum II. Alia Exempla à tumultuantibus Episcopis data, erant in recenti Producis memoria, videlicet Episcopus Hemming Gadd instituit pugnam navalem contra Regem, & deserens officium Episcopi, reliquit Præposito Lincopensi Johanni Brasche occasionem ingrediendi sedem vacantem. Talis erat confusio ordinis Eccl. in patria, quæ longo jam tempore maximum damnum patriotis intulerat: Nam ante annos 42, audivit Produx Archiepiscopum Johannem de Salestadh armis cinctum exclusisse ordinarium Regem Svec. & Norvegiæ Carolum Canuti, & in solium Regni introduxisse Regem Daniae Christiernum I. Captivato autem Archiepiscopo suscepit arma cognatus ejus Episcopus Lincopensis Catillus, & Regem Christiernum exclusit. His turbis motus Produx Gustavus verum esse didicit, quod scribit de Episcopis Guntherus l. 8.

Guntherus

— — durior a quo

*(Pace bonâ dixisse velim) dominatio vestra**Excite* —

3. Produx intellexit Regem Christiernum II, ad Regnum patria intromissum, neq. adhibuisse majorem cautionem constituendi Episcopos patriæ: Nam in locum duorum Regni Episcoporum, quos fraudulentè occiderat, constituabat duos suos Secretarios sc. M. Didericum & Johannem Wellenacke, ut sedes Episcop. Scaris & Stregnesij obtinerent. Omnis hæc confusio ordinis Eccl. præsertim abusus officij Episcopalis sumpsit initium à confusione sedis papalis Romæ institutæ, de quâ confusione Cranzius miserè con-

Unde confusio ordinis Eccl.?

Cranzius

queritur dicens in Metr. l. 2. c. 22. *in Rom. sede erat*

V

mira.

mirabilis transmutatio, dum successor predecessori factus  
damnaret, corpusque extumesceret: Viciſſim ſucceſſor alius  
primò inbarens ſecundum damnavit, itemque quartus ter-  
tium cum primo inuſaret, ſecundum juſtificavit. Sic Ec-  
cleſia caput diu abſque cerebro. Dum hanc à Jureſſion, cum-  
primis Episcoporum in patria impietatem, obser-  
vaſſet Produx Guſtavus, quaſſit ſeriò Canonicos  
Ubfal. Anno Chr. 1521. mente Junio, an eligerent ut  
vere Sveci, juxta libertatem patriæ; an vocari Dani &  
Papales, juxta voluntatem Archiepiscopi & Regis Chri-  
ſtiani? Hiſt. Guſt. par. 1. f. 24.

Hiſt. Guſt.

4.

4. Consideravit Guſtavus Electionem Archiepiscopi  
pi Guſtavi Trolle tunc Eccleſiam turbantem, fuiſſe impiam  
& illegitimam: Nam fiebat Archiepiscopo 1. Vi-  
vente Archiepiscopo Jacobo Ulphonis ſeniore. 2.  
Non aſcendebat Guſtavus Trolle per gradus inferio-  
res ad dignitatem Archiepiscopalem, juxta morem  
antiquæ Eccleſiæ. 3. Peſſimo fine ordinabatur ad  
hanc dignitatem, nimirum ut excluderet legitimum  
piumque Gubernatorem Regni, Stenonem Sture ju-  
niorem. 4. Persona Guſtavi Trolle erat minus di-  
ſpoſita officio Eccl. quia miſſa curâ Eccleſiæ tracta-  
bat politica factioſe. 5. Adminiſtrabat officium.  
Guſtavus Trolle in perniciem totius patriæ.

5.

5. Tyrannus Papa Rom. quæ excommunicabat inno-  
centes proceres Regni cum ſuo imperatore, totamque Regni  
Eccleſiam in interdictione ponere præſumebat, vehementer  
movebat Producem, ut cogitaret Religionem,  
quam Papa cum ſuis Episcopis tradebant ac defen-  
debant, fuiſſe vanam & impiam, cum tantos excita-  
ret tumultus in politica, & traderet contra manda-  
tunt

tum Dei, resistendum esse legitimo magistratui; posseque innocentes excommunicari.

6. *Tyrannus Regis Christierni II, quæ proceres Regni Suec. neque rectè examinatos, neque legitimo iudicio damnatos, absque ulla non solum misericordia, sed etiam curâ salutis, non concessit sc. confessorio, qui absolveret à peccatis puniendos, tradidit carnifici cruciandos; Imò iussit corpus humati Guberuatoris Stenonis Sture Junioris de terrâ extrahi, & impositum Rogo concremari. Hæc impietas ostendit quam habet curam salutis hominum Religio Pontificia.*

6.

Summa impietas R. Christierni,

7. *Institutâ collatione Religionis Pontificiæ & Evangelicæ, postquam Regni Produx hujus Religionis fundamenta ab antedictis Lutheri discipulis suis, Cancellario perceperat, confirmabatur certius in veritatis Evangelicæ confessione: Nam Evangelium docet sufficientissimam esse satisfactionem Christi unici mediatoris mundi pro peccatis totius mundi; nec datum esse aliud nomen in quo salus contingat fidelibus, quam unicum nomen Jesu: Hæc certè doctrina continet firmam fiduciam salutis, reddiditque olim sanctos Martyres constantissimos confessores Christi; hodieque declararunt suprapositi Lutheri discipuli se velle gratiâ Spiritus S. ferre quavis pro gloria Dei, & Religionis Christianæ confessione, quam ut hanc veritatem desererent. Econtra Religio papistica docet necessariam esse invocationem sanctorum tanquam commediatoem, ut eorum orationes & merita prosint salvandis, etiam vult satisfactionem propriam pro peccatis esse futuram: Hæc doctrina quia nequit gignere certam fiduciam cordis, quin homo semper dubitet num ipse vel alius mortalis*

7.



plenè satisfecerit pro peccatis suis: Ergò hæc dubitatio detrudit moriturum in purgatorium; de quo loco num possit operâ sacrificuli liberari, ipse moriturus nec potest fieri certissimus. Itaq; *cognitâ certitudine salutis ab Evangelio deductâ*, conclusit Produx Dei gratiâ, Reformationem Ecclesiæ patriæ, datâ occasione maturè instituendam.

## CAP. II.

*Quæ difficultas obieciēbatur Produci Gustavo Reformanti Ecclesiam patriam.*

Quamquam Reformationis initium à Deo datum esset patriæ commodissimum, dum illuminatus Produx Gustavus accepisset Prædicatores pios & Evangelicos, qui operam suam in Reformanda Ecclesia patriæ offerret promptissimam: Occurrebant tamen impedimenta gravissima, quæ per aliquot annos pium institutum detinere.

1. *Populus Svec. Goth. seductus ab Episcopis & Clericis papalibus admirabatur rem novam. Ceremoniæ & Religiosa facta hominum à Papa Rom. præscripta conformabantur potiori parte ritibus & factis sub Ethnicismo usitatis, quare difficilius erat hos relinquere ritus, & facta longo tempore usitatissima, etiam cum superstitione (carnalibus hominibus gratissimâ) semper usurpata damnare. Accessit magnorum virorum in summâ estimatione constitutorum severitas & rigor defendendi dominium Papæ & Episcoporum in patria. Quod malum iniecit magnam piæ Reformationi moram.*

2. *Antiqua & inveterata erat doctrina Papistica, & quidem ipsa unica patriotâ tunc viventibus nota usq; recepta;*

*cepta.* Quare hæc Religio obtinens auctoritatem Antiquitatis, omni recentiori dogmati videbatur jure præferenda. Sed hujus Argumenti ex Antiquitate desumpti vanitas, supra lib. 1. Cap. 3. declarata est.

3. *Episcoporum Papalium obstinata sergi versatio, renuntiandi tum dominatui, tum arcibus & prædijs,* quæ tanquam bona ipsius Ecclesiæ propria possidebant, detinuit diu opus piæ Reformationis. Itaq; hæc disputatio inter Producentem Regni & Episcopos patriæ continuata est ad annum Christi 1527. dum in Comitibus Arosiensibus designatus Rex Gustavus abdicavit se Regimine, causâ negatæ Reformationis. Tunc prævidebat vulgus subditorum magnas exorituras in patria turbas, quare ipsum minabatur Episcopis & prælatis se sumpturum de his obstinatis vindictam, nisi maturè accommodarent se Regiæ voluntati, præsertim in causâ Religiosa, & (ut præferebatur) veriori. Hoc audientes Episcopi patriæ, à sententiâ discesserunt, licet ægerrimè: Aliqui etiam discesserunt patriâ, exemplo Archiepiscopi Joh. Magni, ut infra recitabitur.

int. pag. 221.

Episcopi Sveci  
cogebantur  
assentiri reformationi.

pag. 207.

4. *Paucitas orthodoxorum Prædicatorum erat operi Reformationis multo obstaculo.* Cum enim pauci essent in patria, in veritate Evangelij rectè informati, qui ministerio Eccl. videbantur idonei, nec plures tempore primæ Reformationis comparari possent; diffidebant enim Clerici prius ordinati suis præbendis, quibus si privarentur, non putabant quod Religio Evangelica consuetam lautamq; illorum mensam sustentaret. Sic fuere pauci Lutheri discipuli, qui Reformationem suadebant.

5. *Monachi & Clerici Papales per totum Regnum pre-*  
*scindebant Electum Regem calumnijs*, vocantes eum  
 hæreticum, dignum odio & exclusione à Regno,  
 tantum aberat ut patriotæ ad folium Regni illum  
 admitterent. Habuit itaq; necessum Rex Electus  
 totam patriam visitando penetrare, ut se à crimine  
 hæreseos subditis purgaret; quâ occasione quidam  
 scriptores ajunt R. Gustavum prædicasse Evangelium  
 in Regno.

Anabaptistæ  
 rentabant Ec-  
 clesiam Holm.

6. *Ad hæc mala & moram pia Reformationis accessit*  
*furor Anabaptisticus*, per Melchiorem Rinck & Knips  
*perdylling*/Holmiam cum Hollandis venientes, pro-  
 seminatus. Hi videntes R. Gustavum pio Zelo ac-  
 censum, meditari opus piæ Reformationis Eccl. in-  
 gressi audacter Templum Holmense dictum S. Jo-  
 hannis, ejecerunt Organa, statuas & imagines, quem  
 tumultum cum Rex Gustavus cognoverit, hos tur-  
 batores primùm carceri mancipavit, postea eosdem  
 Regno proseripsit.

Episcopus &  
 Præpositus  
 Aros. excita-  
 bant tumul-  
 tum.

7. *Nec defuit tumultuosa factio quorundam Sveco-*  
*rum, pia Reformationi resistentium*, imprimis Clerico-  
 rum incitantium tumultus aliorum. Deprehen-  
 sus est in publico crimine læsæ majestatis, Petrus Ja-  
 cobi cognomento *Sunnanwäder*; hunc vocat Hist.  
 Arct. Cancellarium Episcopi Aros. Sed Messen. in  
 Chr. Episc. c. 10. illum numerat Episcopum ibidem  
 XVII, cum ipso conspiravit M. Canutus ibidem Præ-  
 positus. Hi proditionis rei aufugerunt, irritantes  
 Dale Karlos ut seditionem moverent contra Electum  
 Regem. Occasionem invenerunt à quodam perso-  
 nato Nicolao Sture, qui prætendebat se Stenonis  
 Sture olim Gubernatoris Regni filium fuisse; scivit  
 mul-

multa referre in aula Stenonis olim peracta, unde fides ei facilius adhibebatur. Hic personatus à nominatis Clericis informatus, quæsivit auxilia Dalekarlorum ad recuperandum paternum Regimen (ut dicebat) & ad defendendam avitam Religionem. Sed cognito dolo, sunt in facinore omnes turbatores comprehensi, & Dalekarli quieverunt.

8. *Annona caritas sub initium Reformationis premebat patriam*; Cujus mali causam referebant Clerici papales in opus Reformationis, tanquam Deo ingratum, iecircò digna videbatur patria (illorum præensione) hac panâ gravari. Est equidem mos Satanæ, mundiq; verum Dei cultum, rectamq; Religionem summo studio impedire, & quidquid adversi pijs vereq; Religiosis accidat, id totum in Religionis simplicitatem, tanquam Deo ingratam, transferre; Indè arreptâ occasione, quia crux & calamitas frequentè premunt sanctos homines, dum mundani ac hæretici in securitate tranquillè agunt. Nam *qui non subscripserint ad Coronam*, (ait Ambrosius l. i. Offic. c. 16.) *non tenentur ad laborem certaminis*. Hanc crucem Ecclesiæ in patria Reformata, sc. caritatem annonæ, ut sublevaret pius Rex, coëmit in Livonia copiosum frumentum, & in patria vendit pauperibus singulas tonnas Semithalero Svetico. Sic retinuit Electus Rex populi fidelitatem, & patria piæ Reformationi consensit.

## CAP. III.

*Quo usus est pius Rex modo in reformanda Ecclesia patria?*

**E**lectus Rex Svec. ut tolleret dictam difficultatem operi Reformationis oblatam, invenit gratiâ

Ambrosius.  
Repetitur ead.  
dem benevolentia Regis  
Anno 1528.  
Hist. Gust.  
par. 1. f. 198.

Reformatio  
aulæ Regiæ,

tiâ Dei illuminatus, modum promovendæ pietati convenientem. 1. *Curabat Rex suam primò reformari Aulam*, tum ut pio Regis & aulicorum Exemplo cresceret pietas in patria, tum ut usu quotidianæ conversationis, cum pijs ac Religiosis hominibus aleret Rex pietatem ac desiderium promovendæ veræ Religionis: Sic etiam rectius sibi cavret ab infidijs Papistarum omniumq; hæreticorum, ne ab agnitâ veritate ad hæreticam pravitatem deficeret. Voluit itaq; pius Rex doctum piûmq; virum M. Laurentium Andrææ fieri suum Cancellarium. Virum Religiosissimum M. Olaum Petri constituit Secretarium Civitatis Holmensis. Aliosq; pios veram Religionem approbantes ac pietatem excolentes, in suam aulam assumpsit, & ad suam quotidianam conversationem admisit.

Hist. Trip.

Hoc modo pius Rex David suam Aulam reformavit, dicens Pf. 73:3. Zelavi super stultos. Pf. 101. odio persequor omnes malos: Ambulans in viâ immaculatâ, hic mihi ministrabit. Sic *Constantini M. Pater Constantius separavit ab aula sua omnes effeminatos, gentilismo faventes, judicans suo colloquio indignos omnes qui Deo suo infideles essent*, teste Soz. in Hist. Trip. l. i. c. 7. 2. *Fecit Electus Rex publicam in Academia Ubsal. instituendam esse disputationem de veritate Religionis*, ut innotesceret quibus vellent Argumentis suam defendere Religionem Romanam papales, & quibus possent suam probare doctrinam Prædicatores Evangelici. Quæ Disputatio mox recitabitur, defendente partes Papisticas Professore Theol. in Acad. Ubsal. Doct. Petro Galle, explicante doctrinam Evangelicam M. Olao Petri Nericio, Lutheri olim

olim discipulo. Hæc disputatio ita informabat Regem, ipsumq; Auditorium, ut ille nihil prius Reformatione Ecclesiæ patriæ faciendum statueret, multiq; auditores deinceps doctrinæ Evangelij faverent.

3. Datâ commodâ occasione, postquam Sveo-Gothi in aliquot conventibus congregati, de veritate Religionis Evangelicæ essent certiores facti, *Institu* Rex *Gustavus* *Generalem* *visitationem* *patriæ*, in quâ Prædicatores Evangelici Regem insequentes, de hisce populum simplicem rectè informabant. *a.* Funda-

Visitatio generalis instituta in patria.

mentum salutis vitæq; æternæ est cognitio ipsius Dei, teste Christo Joh. 17. Qui Deus ita dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, cujus passio, mors & victoria ita confert mundo salutem, ut omnis qui credit in eum, habeat vitam æternam.

β. Hanc fidem Catholicam ac salutarem studet Satan omnibus modis pervertere, suggerens simplici populo partim habitualementem justitiam operibus humanis formandam, partim absolutam esse illorum. Electionem & salutem, quos Christus suâ morte redemit, ut præter illos paucos nulli possint salvari.

Utrumq; erratum cum fidei salvificæ maximè nocet, ab utroq; sit omnibus Christianis summo studio gratiâq; Dei cavendum. Nam utrinq; augetur impietas & secura licentia vivendi. Prior opinio docet justitiam ex operibus humanis opinione sanctis, esse formandam; ita monet infinita peragenda esse opera Electitia, ut homo mereatur esse ac dici iustus. Sic prodierunt Traditiones humanæ de satisfactione propria, merito operum, peregrinatione ad loca sancta, invocatione demortuorum, indulgentijs &c. Ex altero errore nec minor verbi

Dei contemptus gignitur. Qui enim putat se absolutâ Dei Electione salvatum iri, non tantum præterit ordinem salutis in verbo Dei præscriptum, sed simul imaginatur perfectam impletionem operum, mandatorum, quorum frequentissimo usu cogitet, homo se declarare Deo debitam gratitudinem propter absolutam Electionem. Sic repletur mundus Traditionibus & operibus electitijs, quibus Christus se frustra coli dicit Mat. 15. 7. Dum hæc tenebræ spirituales sc. Traditiones hominum, ita ingravescerent, ut obscurarent fidem salvificam hominis Christiani, promisit Deus per Prophetam Zach. 14. Reformandam esse Ecclesiam Christi, ut aquæ vivæ (*Consolatio Evangelica*) exeat in Jerusalem (*audiat in Ecclesia*) Hoc tempus Reformationis jam adesse certò credimus, (ajunt visitatores) quo dilecta patria audiat puram Prædicationem Evangelij, & omnem superstitionem abjiciat. *Δ.* Curam Ecclesiæ reformandæ & conservandæ pertinere ad pium Magistratum visitatores demonstrabant. Nam cum promittat Deus Ecclesiæ N. T. Reges fore nutricios ejus Ef. 49. Certè non deerint pij Reges suo officio, quin potius promoveant ac conservent ordinem Ecclesiæ visibilis, in verbo Dei definitum, ut pura prædicatio verbi Dei & verus usus Sacramentorum à Christo institutorum, operâ prædicatorum legitimè vocatorum ac ordinatorum, vigeat floreatq;. His in. visitatione piè explicatis acquievit simplex populus Sveo-Goth. piæ inceptæ Reformationi, ac puram Evangelij prædicationem libentè audivit. 4. *Curabat Rex Gustavus in Sueticum idioma transferri Acta Eccl. in Templo peragenda, sc. Missam, preces, Ritus*  
Ba-

Baptismi & circa mortuorum sepulturam peragendos, etiam cum tempore fecit Psalmos Davidicos in Rythmos Svet. transferri, inq; Ecclesijs cantari. Hunc progressum Reformationis dum Episcopi & Clerici in patria observabant, relicto rancore & contradicendi morositate, Evangelio locum dederunt. Biblia sacra in Sveticum idioma translata voluit, pius Rex inter patrias esse distribuenda. Translationem horum, Exemplo & imitatione B. Lutheri, incepit M. Laurentius Andræ, tunc Presbyter Strengnensis, facto initio à N. Testamento, quod declarat summam ac fundamentum Evangelij, s. Quoniam Ceremoniæ & externi Ritus in Ecclesia observandi, non constituunt per se cultum Dei, neq; præcipuum locum in negotio salutis obtinent; ideò *no-*  
*luit pius Rex suo* *Reformantium* *visitatorum,* *lacerare* *conscientiam simpliciorum præproperâ Ceremoniarum,* *etiam cum superstitione usitatarum abrogatione,* quasi differentia Religionis Evangelicæ ab Antichristo-Romanâ, in externis confisteret Ceremonijs: Sed ut tolerarent pij Prædicatores, quas possent sine impietate & Evangelij contemptu ferre Ceremonias usitatas, donec populus sedulâ informatione orthodoxorum Prædicatorum piè institutus, disceret ex verbo Dei superstitionem abijcere, & Ceremonias fidei Christianæ noxias removere. Hanc ipsam cautionem seriò injunxit Rex Prædicatoribus Holmenibus, qui primam illius Ecclesiæ Reformationem pio zelo promovebant, ut in corrigendis Ritibus accommodarent se ad profectum simpliciorum; inde factum est ut in primo Manuali seu scripta ordinantia Missæ & actionum Eccl. in Templo per mi-

Sacra peragebantur in Ecclesia materno sermone

Ritus tolerabiles servabatur.



nistrum Ecclesie peragendarum, servati sint ritus à Papa Rom. instituti, quod infra probabitur.

## CAP. IV.

*Disputatio inter Pontificium D. Petrum Galles  
& Evangelicum M. Olavum Petri  
instituta Ubsalia,*

PRincipium Reformationis Ecclesie voluit Electus Rex fieri à doctorum virorum colloquio, qui erant utriq; secte Pontificie & Evangelicæ additi, & scirent singuli rationem suæ fidei dare. Tale colloquium Ubsaliæ esse instituendum censuit Electus Gustavus An. Chr. 1524. die S. Stephani. Collocutorem Evangelicum adduxit Rex M. Olavum Petri Nericum, Lutheri haud ita pridem discipulum; convocavit Auditores aliquot doctos Senatores Regni, qui veritatem illustratam cognoscerent, & discerent Evangelio rectè adherere. Disputatores procedebant Pontificius *D. Petrus Galles*, Professor Th. in Acad. Ubsal. Et Assertor Evangelicæ veritatis *M. Olavus Petri*. Proponebantur articuli controversi præcipui, in quibus confessio Evangelicorum, dissidet à Religione Pontificiorum Doctorum: Videlicet De hominis peccatoris justificatione coram Deo, an sit illa homini habitualis, bonis operibus formata, juxta Pontificios; An vero sit gratuita in merito Christi fundata, quam fiduciâ certissimâ apprehendant, sibiq; applicent omnes salvandi, Item; num valeat Remissio peccatorum per indulgentiam Papæ concessa? & quid efficiat liberum hominis arbitrium in conversione hominis peccatoris? Adhuc quid valeat

*Mik. Gust.  
Pag. 2. f. 106.*

sciat meritum bonorum operum in causâ salutis? &  
 quid tribuendum sit Traditionibus Pontificijs, illis  
 præsertim, quæ traduntur habere vim conferendi  
 operantibus Remissionem peccatorum: ut Missa pro  
 defunctis, invocatio Sanctorum, peregrinatio ad lo-  
 ca sancta &c. His ultrò citroq; ventilatis, neutra pars  
 alteri victoriam concessit. Disputatores enim  
 movebantur affectibus. Præterea quas adduxit pro-  
 bationes *D. Galle* ex antiquis Doctoribus, improbat  
*M. Olau* omnes à verbo Dei dissentientes: Nam  
*probavit testimonijs S. Scriptura Regulam fidei & doctri-  
 nam percipiendâ salutis, tantum ex S. Scriptura Canonica,  
 voluntate Dei revelata, esse desumendam.* Dum verò  
 acriter esset disputatum, nec possent Auditores, pro-  
 pter vehementiam collocutorum, rectè percipere  
 cuiusq; Disputatoris Argumenta & Rationes, man-  
 dabat Rex Electus cuiq; Collocutori conscribere  
 sua Argumenta, ut Religiosi Auditores & Lectores  
 possent cognoscere utra pars veritatem Religionis  
 defenderet, & cultum Dei in Sacra Scriptura defi-  
 nitum doceret. Sic abrupta est hæc disputatio.  
 Et conscripsit *D. Galle* probationes sententiæ Pon-  
 tificiorum in Articulis Fidei præcipuè controver-  
 sis: Illas probationes refutavit *M. Olau* datis Duo-  
 decim Propositionibus, proximo capite Summatim  
 recitandis.

Prima disputa-  
 tio Ubsal.

CAP. V.

*Propositiones 12. Inter Pontificium D. Petrum Galle / &  
 Evangelicum Predicatorem M. Olauum Petri  
 controversa hic tractantur.*

Propositio I. Prop. I. **A**N Religio recepta usq; longo servata, sit abroganda, ut etiam tollantur Ritus ab Ecclesia instituti?

Resp. D. Galle. Propositio continet duas partes.  
 Prima est de dogmate. Christiana Religio defendit S. Scripturam, quam ritè exponunt antiqui patres. Nam cum S. Scriptura sit intellectu difficilis, etiam tractet obscuriora, teste Apostolo Petro, cujus testimonium de Scriptura S. Pauli extat 2. Pet. 3. Intelligere autem obscuriora sine interprete nemo præsumat, quod exemplo Æthiopiæ Eunuchi Act. 8. liquet. Suntq; vetusti interpretes sanctissimi viri, dicente Apostolo 2. Pet. 1. quibus singularia dona sunt collata, referente Paulo 1. Cor. 12. Ergo quod dogma illorum à Spiritu S. ingestum negat, is Spiritui S. resistere deprehenditur, nec veram Religionem tenere potest. Secunda pars propositionis est de Ritibus Eccl. Qui Ritus vel constitutiones non sunt contraria verbo scripto, omninò servantur: Si quidem sunt Apostolica. Novimus autem multa esse ab Apostolis constituta, quæ scripta non sunt, teste Apostolo 1. Cor. 6. dum venio constituam; Et Johannes dicit 3. Epist. Nolo scribere calamo. sed tradere per sermonem. Item Act. 16. & 17. Paulus & Silas jusserunt fideles servare constitutiones Apostolorum. Ergo servantur Traditiones & Ritus ab Apostolis & Ecclesia primitiva constituti. Unde August. dicit ad Casil. quæ sententia etiam legitur in Decret. Dist. 11. Constitutiones Eccl. quæ in Biblijs scripta non sunt, loco legi habentur à plebe, dantq; rudioribus bonam informationem.

Exceptio M. Olai. Concedo interpretationem S. Patrum esse recipiendam, ubi non discedit à scripto verbo: Nam ibi non valet authoritas Patrum; Sed ipsius verbi Dei veritas infallibilis. In alijs constitu-

stitutionibus patrum à S. Scriptura dissentientibus, etiam nos discedimus ab illis. Hoc si non fieret, nulla esset differentia inter verbum Dei & decreta patrum. Constat etiam antiquos patres tanquam homines errasse; si illorum dogmata indifferentè valeant, simul retinebuntur errores illorum, quod verbum Dei prohibet: Jubemur enim probare Spiritus 1. Joh. 4. omniaq; probare, quod bonum est retinere 1. Thess. 5. & à falsis Prophetis diligentè nobis cavere. Mat. 7. Si dogmata patrum falsa non essent damnanda, frustraneæ essent omnes hæ admonitiones, quod impium est dicere. Est etiam usitatum in Ecclesia damnare dogmata hæterodoxorum, qui contraria S. Scripturæ docent, quod Augustinus in multis Scriptis dicit, idq; in Decretis Pont. allegatur, & sæpè factum legimus. Ideò non opus est pluribus probare, veritatem Religionis non pendere ab interpretatione patrum. Examinemus itaq; rationes D. Galle, easq; scopum non collimare probabimus. Quæstio est an patres & Antiqui Doctores Eccl. sine S. Scriptura definientes tradant dogmata salutaria; aut traditio & Religio illorum sit abroganda? Hic respondet D. Galle, non contemnenda esse dogmata antiquorum patrum, juxta S. Scripturam per Spiritum Dei loquentium, quod nemo pius negat. Probat D. Galle inutilitèr quædam obscura contineri in S. Scriptura, quæ non intelligit homo carnalis: Sed quæstio loquitur de articulis fidei ac fundamento Religionis, num S. Scriptura in his tractandis sit obscura, quod non potest probari. Prohibemur Deut. 4. aliquid addere aut detrachere verbo scripto, dicitq; Apostolus Gal. 1. Anathema ei, qui aliud

Veritas Religionis non pendet à patribus.

Sacra Scriptura est clara in articulo fidei.

aliud Evangelium prædicaverit. Iccirco dicit Christus se non suum, sed patris verbum prædicasse. *Cum jam Christus & Apostoli non haberent potestatem prædicandi aliud quam ipsius Dei verbum, quomodo alij interpretes dicant verum, dum sua placita Religionem informantia docent, & non expressum Dei verbum?* Quod verbum Dei sit in causâ salutis ac Religionis lucidum & clarum, testatur Psalter in multis locis. Obscuritas dependet à contemptoribus verbi, qui illud negligunt, nec discere cupiunt. Sic verbum est obscurum, imò stultum, omnibus carnalibus, præsertim non renatis, qualis fuit ratio Æthiopis Act. 8. nondum renati. Tales cæcutiunt lectione & auditione S. Scripturæ, licet hæc sit lucida & clarissima: Nam sicut Sol non videtur splendere in summa meridie cæco homini, non quia Sol non splendeat, sed quia cæcus splendorem non videat: Ita lucidum est verbum in salutis ac Religionis causâ, licet homo carnalis in Spiritualibus cæcutiens, lucem verbi non percipiat, nec veram esse Religionem in verbo scriptam credat. Neq; legimus Apostolum Petrum conqueri de S. Pauli Scripturâ; Sed de perversis interpretibus, verba S. Pauli corrumpentibus. Hi namq; non exponunt Scripturam mutuâ ipsius collatione, ad fidei salvificæ confirmationem, quod jubet fieri Apostolus 2. Pet. 1. dicens: scripturam non esse propriæ expositionis, quia sunt à Spiritu Dei illuminati, qui verbum salutis sunt locuti; vultq; Apostolus Rom. 12. omnem Prophetiam seu Scripturæ interpretationem esse formandam juxta analogiam fidei. Dum ait D. Galle antiquos Patres sc. Ambrosium, Augustinum, Hieronymum ha-

habuisse Spiritum S. ideò dogmata illorum omninò esse recipienda. Non negamus illos habuisse donum Spiritus S. Sed inde non concluditur omnia illorum dogmata esse analogian fidei; quia etiam illi videntur alicubi, sicut alij homines, scriptione errasse, dum partim sibi ipsis, partim S. Scripturæ contradicunt. Monent itaq; ijdem patres cum iudicio legenda esse sua scripta. Ad secundam partem Responsionis *Galle*, de ritibus Eccl. antiquitus institutis replico, posse facilè concedi quædam fuisse instituta ab Apostolis & Ecclesia primitiva, quæ scripta non sunt; Sed quis dicat Gallo, quinam sint illi ritus, dum in ipsa Scriptura non habentur; aut quomodo probet hos ritus, de quibus controvertitur, esse eosdem Apostolicos? Nec videmus necessarium esse, ut sciamus quæ fuerunt illa, quæ coràm tractarunt Apostoli, Paulus cum Corinthijs, Johannes cum Gaijo, dum non extant scripta. Si illa fuissent Ecclesiæ scitu necessaria, certè legeremus scripta. Scimus aliqua remansisse, quæ ab Ecclesia primitiva erant constituta, vid. Celebrare diem Dominicum loco Sabbathi Jud. Item Pascha & Pentecosten. Aliqua sunt mutata, ut jam videantur ex usu licita, quæ tunc erant prohibita; sc. Esus sanguinis & suffocati. Adhuc erant tunc plures Episcopi unus Civitatis, nec erat tunc differentia Episcopi & Presbyteri, quæ nunc aliter observatur. Possunt quidem tales Ritus datâ occasione rectè mutari, cum ratio nostræ salutis in hisce non consistat. Exempla mutationis sunt nota. Sacerdos in publico facinore deprehensus, olim privatus est officio, ut amplius non diceretur Sacerdos. Nunc privatur quidem

Apostoli tractarunt eadem coràm quæ scripserrunt absentibus.

Antichritas  
mutavit mul-  
ta in Ecclesia.

dem talis, sed nominatur Sacerdos, & quandoq; re-  
stituitur. Item; Episcopi & Sacerdotes, qui impli-  
cabant se negocijs seculi, olim privabantur Sacro  
officio, hodiè non. Et qui per Simoniam fiebat Epi-  
scopus vel Sacerdos, olim amisit uterq; officium,  
sc. dans & accipiens pecuniam: Nunc fit nemo Epi-  
scopus, nisi numeret Papæ Rom. Summam impo-  
sitam. Etiam testantur Historia, Papam Rom. Mar-  
cellum constituisse Viginti quinq; Cardinales Ro-  
mæ, qui baptizarent conversos de Gentilismo ad  
Christianismum, & mortuos sepelirent: Sed hodiè  
ni Cardinales sunt Principum ac Regum socij. Aliaq;  
multa sunt mutata. Imò, non servamus hodiè, quæ  
ante mille annos erant in usu Ecclesiæ. Habentq;  
singulæ Ecclesiæ aliqua singularia, quæ alibi non ser-  
vantur. Igitur rationes D. Galle sunt frivolæ, qui-  
bus præsumit probare Ritus antiquitus observatos  
hodiè non esse mutatos. Allegat Augustinum di-  
centem: Ritus esse Regulam plebis; Sed de ritibus ne-  
cessarijs ac utilibus id esse intelligendum, vel ipsa ve-  
ritas ostendit. Demiror D. Galen velle suam Thesin  
à Paulo & Sila probare, quasi hi prædicassent obser-  
vationem rituum non scriptorum, cum Textus di-  
cat illos prædicasse ea quæ erant Hierusolymis con-  
stitutata Act. 15. Tantum abest ut hinc probentur Tra-  
ditiones non scriptæ.

Proposit. II.

Prop. II. *An Christus dederit Papæ, Episcopis, ul-  
terius Clericis ullum dominatum, vel altam, quam pote-  
statem prædicandi verbum Dei, & administrandi Sacra-  
menta: Et num alij sint vocandi Sacerdotes in ministe-  
rio Eccl. constituti, quam qui hoc faciant.*

Resp. D. Galle. *Propositio continet 2, Partes, Chri-  
stus*

P<sup>er</sup> dicit Mat. 18. Si te non audierit, dic Ecclesia Prae-  
 juibus. Hinc intelligimus datam esse potestatem Papa  
 & Pralat<sup>is</sup> Ecclesia, judicandi casus Eccl. ordinandi ne-  
 cessaria, & puniendi inobedientes, qui admonitiones con-  
 temnunt, sicut Paulus excommunicat incestuosum 1. Cor. 5.  
 Partem alteram Prop. explicant hi Textus 1. Cor. 7. Rom. 7. Eph. 4. Ubi recensentur plura officia Eccl. unde probatur alios esse Sacerdotes, quam qui verbum Dei pradicant. Sunt enim Ecclesia utiles varij operarij, Apostoli, Prophetae, Doctores, atijq; qui ibidem recitantur. Sunt etiam in Ecclesia Sancti, qui continuè precibus pro commodo Ecclesia Deum adorant; sicut legitur Joel 2. Sacerdotes lachrymantur & orant: Quod hic fiebat juxta morem V. T. in figura, sit hodie rectè ipso opere. Christus jubet suos indefinenter orare Luc. 18. & Psaltes ait: Septies in die Deum adoro. Apostolus 1. Cor. 4. Vocat ministros Ecclesia dispensatores mysteriorum Dei: & Jacobi 5. Jubentur Sacerdotes adesse agrotis, ut ungant cum oleo. Praestantissimum autem officium sacerdotis est consecrare corpus & sanguinem Christi, & offerre illud pro remissione peccatorum hominibus conferenda, quod monet Apostolus Heb. 5. Ergo plures sunt sacerdotes Ecclesia utiles, quam qui pradicant verbum.

Exceptio M. Olat. Datam esse à Christo Apostolis & Clericis potestatem legimus, non quidem ad subigenda Regna mundi, sed ad convertendos peccatores, & ad nunciandam penitentibus remissionem peccatorum. Dicit enim Christus Joh. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Magistratui politico fuit Christus subjectus, dando eidem tributum, jubetq; dandum esse Caesari quæ sunt Caesaris. Adhuc vult ministros Eccl. se subicere Magistratui,

Papistæ con-  
 nantur proba-  
 re sua dogma-  
 ra ex S. Scri-  
 ptura,

Clerici non  
 sunt terreni  
 Domini.



non dominari, quod repetunt Apostoli Petrus & Paulus 1. Pet. 2. Rom. 13. Neq; voluit Christus fieri Rex terrenus Joh. 6. Itaq; decet eò magis servos Christi, Prædicatores in Ecclesia ejus, à dominio seculari alienissimos esse, teste Apostolo 1. Pet. 5. Pascite gregem, non ut Domini. Ergò prædicatio verbi Dei est proprium officium ministrorum Eccl. Ad partem alteram Responsionis dico, Non inveniri Sacerdotes Dei, qui voluntate ejus sunt constituti, nisi solos Prædicatores verbi Dei: Sicut enim nullus dicitur faber, qui non tractat fabrilia; Ita nullus Sacerdos ministerio Eccl. addictus, qui Regulam Ecclesiæ (verbum Dei) non prædicat. Aburitur D. Galle Scripturâ Math. 18. dicens datam esse Prælati potestatem dispensandi liberè in Ecclesia. ijs Christi verbis, Dic Ecclesiæ: *Non enim dicit Christus, Dic Prælatibus Ecclesiæ;* ipsi equidem non sunt tota Ecclesiæ. Etiam mentitur D. Galle dicta esse hæc verba soli Petro, cum sonent ipsis Apostolis nomine totius Ecclesiæ dicta; quare allegat impertinentèr textum. Queritur an Papæ & Clericis sit datum à Christo dominiumulare? Gale respondet de potestate spirituali, quæ consistit in prædicatione verbi Dei, ut fiant adhortationes & correptiones ex verbo ad conversionem errantis. Hac potestate usi sunt Apostoli, nec erant tamen Domini seculares, ut imperarent fidei, teste Apostolo 2. Cor. 1. Jam ausit dicere nemo datam esse Episcopis & Prælati potestatem majorem quam ipsis Apostolis. Neq; persistit usus officij spiritualis cum administratione politici Regiminis. Dum probare nititur D. Galle ex Apostolo Rom.

Quæ potestas  
sit data Clericis?

Rom. 12. 1. Cor. 12. Eph. 4. alios esse Sacerdotes, quam qui prædicant verbum, demiror audaciam, quâ colliguntur diversi ordines ex ijs locjs, qui dona officij distinguunt. Ex Joële infertur Sacerdotis officium esse singularitèr precari pro populo, quasi hoc pietatis exercitium constituat peculiarem gradum ministerij Eccl. Deploro hominis ruditatem quando dicit lachrymas & orationes Sacerdotum, in V. T. fuisse actionem typicam, cum certum sit ad omnes Christianos pertinere exercitium orandi, idq; frequentissimum, juxta testimonia Mat. 7. Marci 11. Johan. 16. etiam indefinenter Luc. 18. Roman. 12. 1. Thess. 5. 1. Tim. 2. pro omnibus necessitatibus Jacob 5. ut non sit Christianus qui invocationem Dei negligit. Battologiam murmurantium horas Canonicas, non approbat Christus, nec clamorem precum sine sensu; Sed in Spiritu & veritate orandum esse docet Joh. 4. Idipsum indicat Oratio Dominica. Dum infert D. Gasse ex Beda, esse mandatum Christi & Apostolorum, ut Sancti orent horas Canonicas, violentèr exponit Bedam; Nam is non alligat assiduitatem orandi ad horas aliquas, nedum dictas Canonicas; Sed ad eum qui orare non desinit, & *qui omnia (ait) quæ justus secundum Dei voluntatem agit ac dicit, ad orationem vult referenda.* Velim libenter informari, quâ autoritate observentur horæ Canonicae? Exemplum Davidis Psalmo 118. Septies de die canentis nihil probat, quia non præscribitur alijs tanquam mandatum: Nec jubemur imitari in omnibus

Unde expe-  
runt 7, horæ  
Canonice.

Davidem, nisi cum illo sacrificante eligamus officia V. T. facere. Adhuc orabat Daniel Cap. 6. quotidie ter, cur non ille septies, exemplo Davidis? Quod Psaltes intellexerit numero septenario continuam, invocationem Dei, patet alijs phrasibus Pl. 33. Benedicam Dominum omni tempore, semper laus ejus in ore meo. Pl. 43. Laudabimus Dominum tota die. Et justus dicitur Proverb. 24. cadere *septies*, quia *sufficienter*. Ergo septem horæ Canonice cæperunt solâ humanâ autoritate meritoq; referantur ad illa, de quibus Christus Mat. 15. Frustra colunt me mandatis hominum. Tractare Sacramenta, præsertim conficere Corpus Christi, in Eucharistiâ, dicit D. Galle esse præcipuum Sacerdotis officium. Jam constat tractationem Sacramentorum fieri cum prædicatione verbi Dei, sine quâ ignorat vulgus usum Sacramentorum. Ergo prædicatio verbi Dei, quam Christus commendavit Apostolis, erit præcipuum Sacerdotis officium, per cujus salutare exercitium conversio & salus hominis promoventur: Itaq; ait Apostolus 1. Cor. 9. Væ mihi si non prædicem. Honorifici Tituli Doctorum Pastorum &c. competunt etiam Clericis ab usu prædicationis. Nusquam legitur Christum jussisse Apostolos conficere corpus suum: Sed nos Christiani jubemur uti institutâ S. Cænâ in Christi commemorationem. Vult D. Galle probare ex Textu Heb 5. Oblationem corporis Christi futuram in S. Cæna pro remissione peccatorum hominibus conferendâ: Sed abutitur verbis Apostoli; Is enim loquitur de summo sacerdote V. Testamenti, qui erat typus Sacerdotij Christi, non vero typus hodiernorum ministrorum Eccl. cumq;

Cumq; instituta sit S. Cæna non ad sacrificandum, sed ad manducandum ac bibendum idipsum objectum quod Christus instituit, inde patet D. Gallem abuti tum institutione Christi, tum verbis Apostoli: Sufficit enim unica oblatio Christi in ara crucis juxta Dei ordinationem oblatis, ut redimeret suo sacrificio propitiatorio totum genus humanum. Concluditur igitur firmissimè, prædicationem puri verbi esse præcipuum officium ministerij Eccl.

Prop. III. *An decreta hominum obligent in conscientia, ut illorum pravaricator sit reus notorii peccati?* Proposit. III

Resp. D. Galle. *Decreta Prælatorum Eccl. licet sint humana, quæ ab hominibus sint constituta: Tamen dum ipsi sunt sancti, qui propter salutem hominum talia ordinârunt, sunt illorum præcepta Dei mandata, ut dicitur Prov. 8. Per me judicant judices terra. Habent scircò talia mandata originem ab ipso Deo, Christo attestante Job. 5. Pater meus operatur, & ego operor. Conservat quippe Christus Ecclesiam à se primo institutam, non instituit novam. Illius Ecclesia Prælatos illuminat singulari gratiâ, ut sciant decernere ac constituere quæ videntur quotidie necessaria ad Ecclesie conservationem, cum non potuerit Ecclesia simul & semel institui & amplificari. Sunt igitur mandata Prælatorum, ad Ecclesie conservationem necessaria, meritò observanda, juxta Christi mandatum Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Item; Mat. 23. In cathedra Moysi sedent Pharisei, quod præcipiunt facietis. Hebr. 13. Obedite Præpositis vestris. Hinc concludo Decreta patrum esse constituta per Spiritum S. ut nullus Christianus his repugnare debeat. Dicit enim Christus, ubi duo aut tres conveniunt in nomine meo, sum in medio illorum; Adest igitur Christus Prælati Ecclesie,*

quib;

qui in nomine eius congregati, decernunt utilia Eccl. que transgredi sine latione conscientia Christiani non possunt.

Exceptio M. Olai. Quoniam id solum est peccatum, quod fit contra Dei mandatum, ideo nullus homo, sive Papa, sive alius peccator, potest constituere Decretum, cujus transgressio convincat prævaricatorem peccati per se reum esse; aliàs nulla esset differentia inter mandatum Dei & hominum; cujus contrarium supra probatur Prop. 1. In responsione hujus quæstionis distinguit D. Galle rectè quidem inter decreta hominum piorum & aliorum: Decreta illorum judicat servanda, quippe conformia verbo Dei, aliàs non essent salutaria. Per hanc distinctionem Decretorum videtur D. Galle detrachere aliorum hominum decretis auctoritatem: Sed de his ipsis Decretis, præter & contra Dei verbum sancitis, quæstio est. His adimit Christus auctoritatem Mat. 15. & Apostolus dissuadet servitutem humanarum Traditionum 1. Cor. 7. Coll. 2. Allata verba Salomonis loquuntur de Regibus & Principibus, non de Prælatibus Ecclesiæ; & loquuntur de judiciis rectis justisq; , quibus Deus vult interesse. Similitudo ad quam alludit D. Galle, de arbore plantatâ, quæ incrementum sumit curâ agricolæ ac fidelis operarij: Inde concludit debere Ecclesiam ita crescere curâ fidelium Prælatorum, per quos dicitur Christum adhuc operari, juxta Textum Joh. 5. Hæc similitudo nihil concludit, quia Ecclesia est catholica, non in uno loco plantata; quæ nec indiget novis hominum Decretis ad sui conservationem: Sed Ecclesia sustentatur Directione Christi, mediante prædicatione verbi ejus usq; , Sacramento: um continuata; Sic manet

Nuda decreta  
hominum im-  
probantur.

manet Ecclesia juxta promissionem Christi Mat. 16. non juxta Directionem prælatorum sustentata. Quod si novis Decretis subindè repetitis conservaretur Ecclesia, frustraneus esset usus verbi ac institutorum à Christo Sacramentorum, neq; possent dici hæc media ad fidem faciendam ac confirmandam, Ecclesiamq; conservandam efficacia, quod nemo nisi *ἄθεος* dixerit. Indè sequeretur etiam Ecclesiam Christi nunc esse perfectiorem, mandatisq; humanis clariorem, quam fuit primitiva ab Apostolis plantata: Undè impius facilè subsumeret Doctrinam primitivæ Ecclesiæ fuisse imperfectam, non integram, quam Decreta Prælatorum tandem complerent. Adhuc sequeretur Christum & Apostolos prædixisse vana de Pseudoprophetis & apostasiâ multorum tempore Antichristi futurâ. Quod si Ecclesia alligetur ad observationem Decretorum Papalium, quid faciendum Christiano homini, dum hæc decreta invicem dissentiunt? Hoc sæpè fieri testantur libri Decretalium. Jam constat dissentientes non habere Spiritum S. qui concordiam amat, unamq; viam salutis in verbo tradit. *Ergò vano decet D. Galilei dicens Prælatos Ecclesia regi Spiritu S. qui verbo Dei contraria discernunt.* Infert Decreta Prælatorum esse confirmata Luc. 10. Heb. 13. hoc nihil est, quia illi Textus loquuntur de Doctoribus Eccl. qui ipsum Dei verbum, non suas Traditiones proponunt auditoribus; Talibus orthodoxis obediendum esse monet Scriptura. Et quidem si finem Decretorum Papalium observemus, inveniuntur ipsa constituta ad confirmandam authoritatem Pape Rom. ejusq; sociorum, quos vocant Prælatos

Ecclesiæ de-  
gmata non  
perficiuntur  
decretis ho-  
minum

Ecclesiæ, non verò concernunt illa conseruationem salutis credentium. Quare videmur in ea tempora incidisse, quæ Apostolus prædixit futura Act. 20. dicens: Post meum discessum ingrediuntur lupi rapaces. His resistendum esse, eosq; gladio Spiritus S. ceu scripto Dei verbo confodiendos S. Scriptura monet.

Proposit. IV. Prop. IV. *An sit Prælati Eccl. liberum excommunicare quemcumq; volunt?*

„ *Resp. D. Galle.* Eadem authoritas Prælatorum  
 „ Eccl. valet hoc loco, quæ supra est probata, præfer-  
 „ tim ex Text. Mat. 18.

*Exceptio M. Olat.* Notetur primò Ecclesiam esse corpus mysticum, capiti Christo annexum. Qui enim reguntur Spiritu Dei hi sunt filij Dei veraq; membra Corporis Ecclesiæ. Qui vero non sunt membra hujus corporis, illi homines sunt extra Ecclesiam, de illius bonis minimè participantes, teste Apostolo Rom. 8. Jam quæritur, Num Prælati possint excommunicare seu separare ab Ecclesia ejus viva membra, h. e. segregare fidelem à Christo, qui in corde ejus habitat, dicente Apostolo Eph. 3. At qui fidelis est Templum Spiritus Sancti? Hoc simpliciter nego, quia est solius Dei *καρδιογνώστης* conseruare fidelem, & damnare infidelem, ut ait Textus Deut. 42. Castigo & saluo, nec est qui iuvat. Sunt enim vita & mors in manu Dei. Sicut Epi & Prælati non possunt absolutè dare Spiritum S. ita neq; possunt illum auferre, nedum ex filijs Dei facere per sese filios Gehennæ. *Potestas S. ministerio data Mat. 18. concernit anunciationem Evangelij ad solatium fidellum & correctionem infidellum,* ut im-  
 pani-

Viva Ecclesiæ  
 membra non  
 possunt sepa-  
 rari à Christo.

pænitentes resipiscant, & pænitentes absolvan-  
 tur à peccatis. Qui verò permanserit impænitens,  
 non excommunicat illum homo; Sed verbum  
 Dei ostendit illum ligatum esse in suo peccato,  
 donec resipiscat. *Hæc potestas* ligandi & solven-  
 di peccata est *data ipsi Ecclesia*, non singularibus  
 hominibus; Cum verò ministri Eccl. per suum  
 officium bona Ecclesiæ, ejus nomine administrent,  
 certè sine observatione datæ instructionis & appro-  
 batione ipsius Ecclesiæ, non possint hac potestate  
 ligandi & solvendi peccata uti. Nec respicit usus  
 excommunicationis aliquod Dominium seculare,  
 aut potestatem instituendi nova dogmata fidei: Sed  
 intendit piam Disciplinam Eccl. & ordinariam pec-  
 catorum correctionem, ne publica scandala cre-  
 scant, & notorij peccatores in Ecclesia viventes Bo-  
 no Ecclesiæ nemini noceant; quin potius ut in ti-  
 more Dei omnes Christiani vivere pergant, & à pec-  
 catis absoluti se in gratiâ Dei esse receptos certò cre-  
 dant. Hac potestate gubernandi Ecclesiam dum  
 utuntur ordinarij judices Eccl. præsertim corrigendo  
 errantes & excludendo impænitentes ab Ecclesiæ  
 communione, implent hoc modo instructionem  
 à Christo datam Mat. 18. & imitantur Apostoli ex-  
 emplum 1. Cor. 5. qui tradidit notorium peccato-  
 rem Sathanæ ad corporis afflictionem, ut anima  
 fervaretur. Talem peccatorem ligat in suis pecca-  
 tis ipse Deus, non homo: Sit itaq; *justa excommuni-  
 catio opus Dei, quia juxta mandatum & instructionem  
 ejus peragetur; non erit actio nudi hominû, juxta cujus  
 arbitrium administranda.* Sic fallit D. Galle; tribuen-  
 do hominibus, præsertim Prælati Eccl. potestatem

Usus excom-  
 municationis  
 est spiritalis  
 ligans pecca-  
 torem impæ-  
 nitentem.



faciendi Christianos, Sathanæ filios, ut ligatio seu excommunicatio Christiani hominis juxta arbitrium Prælatorum Eccl. facta, valeat in celo, & obliget conscientiam hominis, licet injustè excommunicati. Si observasset D. Galle dogma sui præceptoris, Magistri sententiarum, aliter judicasset.

Proposit. V.

Proposit. V. *Utrum dominatus Papa, ejusq; superiorum placeat Deo, necne?*

Resp. D. Galle. *In verbis Christi Luc. 12. Si quis sit primus, vel major inter vos, non prohibetur principatus; sed superbia. Neq; denegatur Apostolicæ gubernatio Ecclesie, neq; eorum successoribus principatus Ecclesie; Sed tyrannica dominatio prohibetur, qua Gentium Regibus frequens erat. Ex Historijs & concilijs probatur Papam Rom. habuisse supremam in Ecclesia potestatem, cumq; esse Principem Ecclesie ab omnibus fidelibus declaratum, idq; voluntate Imperatorum ac Regum, ante annos 1200. à tempore Papa Sylvestri fuisse approbatum. Papa tamè semper complexus est summam charitatem Christianos Reges ac Principes, nominans illos suos dilectos filios. Itaq; dum Papa Rom. cum Principibus tanto amoris vinculo conjunctus vivit, quomodo dicatur Christo charitatem præcipienti repugnare, aut dominatus ejus Christo displicere?*

Exceptio M. Olat. Superius probatum est potestatem à Christo datam Apostolis & Ecclesie ministris, esse spiritualement ad prædicandum Evangelium, hominesq; convertendos & Christo reconciliandos accommodatam, jam legimus prædictum, ut Apostoli paterentur in hoc officio persecutiones mundi, multasq; calamitates. Inde constat eum adversari Christo, & instructionem officij reprobare, qui dominatum eligit, dum in officio verbum Dei prædicare

re debet, quò persecutiones mundiq; contradic-  
tionem vitet. Rationes D. Galle/ quibus vult contrariam  
opinionem obtinere, scopum non collimant. Verba  
Christi Luc. 22. explicantur ita Mat. 21. ut omnem pla-  
nè dominationem Apostolis adimant, pèrpetuumq;  
ministerium Eccl. eis imponant, Exemplo Christi,  
qui venit in mundum, ut alijs serviret, non domina-  
retur. Idipsum repetit S. Petrus 1. Epist. 5. prohibens  
ne ministri Eccl. vocentur Domini gregis & S. Paulus  
1. Tim. 3. nominat *officium Episcopi opus non dominium;*  
Ideò erit Episcopatus nomen plus oneris quam hono-  
ris. Infert D. Galle Exemplum Gregorij Papæ & alio-  
rum ejus successorum, qui benè sciverunt & domina-  
ri & sanctitatè retinere. Sed argumentatio ab Exem-  
plis hic non valet, aliàs liceat Electis Dei cum alijs  
peccantibus etiam peccare. Ad verbum Dei exami-  
nabuntur omnia hominum facta; non vero ex his ju-  
dicabitur veritas acceptabilis. Dominatus Papæ Ro-  
man. est recentior tempore S. Gregorij: Hic enim  
ejusmodi dominatui vehementer restitit. Falsum igitur  
est, hunc dominatum Præsulum Rom. viguisse  
An. 1200. Non equidem refert, quamdiu duravit hic  
dominatus: non quæritur rei usus aut antiquitas; sed  
bonitas. Est enim Sathan antiquissimus seductor ho-  
minis, non propterea bonus. *Pij Imp; ac Reges aluerunt  
suâ Bonâ proprium hostem, Et dominiû Papæ plus justo am-  
plificaverunt ignorantes.* Sic datâ occasione, auctaq; po-  
testate seculari ita noverat uti Papa Rom. ut totum  
Regimen in terris administrandum sibi appropria-  
ret. Sic factum est absolutum Papæ Rom. dominium,  
dum Imp. Romani, quibus orbis Christianus erat  
subjectus, abdicantes se officio divinitus imposito,

Clerici sunt  
ministri, non  
Domini Eccle-  
siaz.

nutriendi Ecclesiam Dei, confirmarunt Papam Rom. esse æcumenicum Episcopum Ecclesiæ catholicæ. Cumq; sit certissimum, tum Imp. fecisse hoc absq; verbo Dei, tum Papam Rom. hoc ambivisse contra instructionem officij Eccl. ideo verissimum est dominatum Papæ Rom. esse Christo contrarium. Jussus est S. Petrus pascere oves Christi, Joh. 21. Papa multis seculis non pavit oves; Sed lac & lanam, imò fuccum & sangvinem illis extraxit. Deus misereatur suæ Ecclesiæ.

Proposit. VI.

Proposit. VI. *An solus sit verus Dei cultus, servare mandata Dei, aut simul servare mandata hominum?*

„ Resp. D. Galle, *Summa mandatorum Dei continentur decem præceptis, qua servare debemus teste Christo, si vis ingredi vitam, servare mandata. Primo præcepto continentur, qua fidem Christianam concernunt, & dilectionem Dei super omnia promonent. Cultus autem Dei externus, qui fit vocali oratione, debitus horis, Psalmodiâ, juxta Ecclesiæ institutionem, observanda item jubemur celebrare Sabbatum, purgari aquâ lustrali, audire Missam, Conciones, flectere genua, percutere pectus, incendere candelas, & alia sacra peragere; Totus hic cultus præcipitur 3 Præcepto, sicut explicat egregius Doctor Joh. Gerson in opere Trip. Ergò verus cultus Dei est servare præcepta 1. Tabulæ.*

*Exceptio M. Olat.* Verissimum quidem est cultum Dei consistere in observatione mandatorum Dei: Sed habet Ecclesia duplicia mandata, quæ dicuntur conjunctim spectare cultum Dei. Unum genus mandatorum est à Deo præceptum, idq; verum cultum respicit, & consistit in dilectione Dei & proximi. Cum enim Deus sit Spiritus, qui externo cul-

Cultus Dei fit  
juxta ejus non  
hominum  
præcepta.

cultu propriè non indiget; Igitur loco hujus externi, præcepit Deus dilectionem proximi, ut per hanc declararet pius externè veram Dei dilectionem, verumq; Dei cultum. Alterum genus præceptorum, quod cultum Dei concernit, est ab hominibus institutum, sc. canere laudes Dei horis Canonicis, jejunare certis temporibus, peregrinari ad loca sancta. Hæc opera Deus nunquam mandavit, quin potius improbavit, quâ ijs affingitur opinio cultus, dicente Christo Mat. 15. Jubet etiam Apostolus cavendum esse à doctrinis hominum 1. Cor. 7. Col. 2. Ergò verum Dei cultum non continent hæc mandata hominum. Nec possunt comprehendi sub tertio præcepto Decalogi illa præcepta humana, quæ D. Halle in sua responsione inducit, quasi Deus præcepisset audire missam, cantare horas Canonicas &c. quod nunquam probatur.

Proposit. VII.

Proposit. VII. *Utrum homo salvatur meritù suis, an solà gratiâ Dei?*

Resp. D. Halle. *Dispositio hominũ pij. ut bona opera faciat, venit à Deo, qui donat hominì renato gratiam benè operandi, mediante libero suo arbitrio, ut mereatur mercedem promissam. Sic verum est Apostoli dictum, Gratiâ salvamur, & donum Dei est vita eterna. Nam qualitas benè operandi, vitamq; possidendi eternam, non contingunt pijs hominibus, nisi ex gratiâ Dei, juxta quam distribuit mercedem Deus: Idèò jussit Apostolus 2. Pet. 1. 0. ut per bona opera firmam faciamus Electionem nostram; Probatur itaq; hominem salvari primò ac præcipuè ex gratiâ Dei, secundariò ex suis operi-*

*Errat Latina versio, addens Textui hæc verba (per bona opera) Sic enim sonat Græcus Apostoli Petri Textus: ἀδελφοί*

bus

3. *bus honoris, que habent suam dispositionem agendi & promissionem, non mercedem ex eadem Dei gratiâ.*

Φοί, ἀρεδᾶσατε ἑβραίων  
ὁμῶν τὴν κλησίαν καὶ ἐκδο-  
τήν ποιῆσατε.

Merces con-  
tingit operan-  
ti juxta pro-  
missionem,  
non juxta  
opera.

*Exceptio M. Olai.* Notandum est vitam æternam esse infinitum bonum, juxta Apostoli testimonium Rom. 8. præsentis vitæ miseria non est comparanda cum æterno gaudio. Item Rom. 5. Dei donum est æterna vita. Tit. 3. Gratiâ salvati estis per fidem, non ex operibus, ne quis glorietur. Ex his alijsq; scripturæ dictis constat gratuitam esse nostram salutem, nequaquam autem ex operibus meritoriam. Sicut nullus renatus bene operatur absq; cooperatione Spiritus S. ita nullam ex suo opere meretur mercedem, sed promeritam à Christo obtinet ex solâ gratiâ Dei. Sic tribuitur merces non operantibus, sed fidelibus; & quando honorat Deus bene operantem, non tribuit operi humano mercedem promeritam, sed confert operi renati hominis mercedem gratis in Christo promissam, præsertim cum hoc opus bonum perfecit ipse Spiritus S. in hac resolutione quæstionis videtur mecum consentire D. Galle; quare plura non addam, sin vero consideraret is quid sequitur ex hac concessione, non quærerét salutem in operibus humanis, sc. indulgentijs, fraternitatibus, horis Canonicis, peregrinationibus &c. Quæ opera nullam habent promissionem mercedis.

Propos. VIII. *Proposit. VIII. An vita monastica possit è S. Scriptura probari?*

3. *Resp. D. Galle. Legitur 1. Reg. 5. Samuelem con-  
vocaſſe pios viros, discipulos Prophetarum, qui vitam*  
solide

solitariam viverent, laudibus Dei unice invigilantes, De  
 Elia & Elisao idem legitur, In monte Carmeli vivebant  
 solitarij homines, qui neq; possent causâ voti deserere hanc  
 vitam, nam jussu Dei servandum esse votum sciverunt.  
 Item scribitur Act. 2, multos in Jerusalem sub collectione  
 Ecclesie N. T. fuisse, qui erant voto obstricti Deo, vita  
 monastica studentes, Cumq; dixisset Christus juveni Mat-  
 theo 19. Si vû perfectus esse, vende qua habes, & da pau-  
 peribus, & sequere me; factum ergo est successu Tempo-  
 ris, ut multi Christiani eligerent voluntariam pauperta-  
 tem, in perpetuo viventes calibatu: Sicut dixit Christus  
 eodem Cap. Sunt quidam castrati pro Regnocalorum, Obe-  
 dientiam praecepit etiam Christus Job 5. Mat. 17. dicens:  
 Si quis sequatur me, abneget seipsum, ferendo crucem  
 suam & patris voluntatem implendo, In hâz tribus se pau-  
 pertate, calibatu, & obedientiâ, consistit ipsa vita mona-  
 stica, Si quis inferat supervacaneum esse votum monasti-  
 cum, cum sufficit votum in Baptismo datum, & observa-  
 tio praeceptorum Decalogi: Respondemus votum monasti-  
 cum juvare plurimum ad servanda praecepta Decalogi,  
 ipsumq; votum est compendium percipienda salutis. Nam  
 recenset Christus Luc. 14. tria impedimenta salutis, pri-  
 mum est voluptas carnis, hanc tollit vita monastica; se-  
 cundum est Avaritia, seu concupiscentia oculorum, quam  
 aufert voluntaria paupertas, Tertium est superbia, hanc  
 impedit humilitas & monachorum obedientia, Tantam se-  
 utilitatem confert Christiano homini vita monastica. Si quis  
 inferat omnia mandata Evangelica esse praecepta, non con-  
 silia, quibus minus obligamur; probat aliud Apostolus 1. Co-  
 rin. 7. dicens: hoc praecepit Deus: De calibatu vero ait, Non  
 habeo praeceptum à Deo, sed do consiliû. Mirum est homines  
 hodie inveniri, qui vocant in dubiû hanc doctrinâ Apostoli.

Papista collo-  
 cant in vita  
 monastica ma-  
 gnâ spem  
 salutis.

20 Vita monastica ultra mille annos fuit in usu Ecclesia. Gregorius Papa instituit sex monasteria. Bethlehem, ipseque  
 21 vixit vitam monasticam. In Egypto multi vixerunt sancti  
 22 Et monachi, ut videre est in vitis patrum. S. Martinus  
 23 instituit monasterium Mediolani, ubi idem vixit monachus.  
 24 Virgines moniales fuerunt illa, quibus scripsit S. Ignatius  
 25 discipulus Job, Evangelista. S. Hieronymus instituit monasterium virginum, ubi Paula cum filia Eustochie vixerunt.

Chrysofom.

Quis fuit usus  
 primorum  
 monasteriorum?

Exceptio M. Olai. Vita monastica neque probatur V. T. neque N. quod constantè affirmit. Tempore Apostolorum nulli fuerunt monachi, ait Chrysofomus hom. 16. in Epist. Hebr. Planeque nescivit Ecclesia primis 200 annis vitam monasticam, donec Eremita Paulus & Antonius vitam elegissent solitariam, quorum Exempla multi sunt imitati, qui vixerunt solitarij, tamen sine ordine certo aut voto, donec Aliqui certas Regulas præscripserunt votibus, circa An. Chr. 350. ut notant scripta Hieronymi & Cassiani. Dicitur Basilius dedisse primus Regulas vitæ monasticæ, præcipiens ut *Monachi viverent propinqui Civitatibus, quod Civitatum habitatores à monachis pietatem discerent*. Non viverent tamen in Civitate, ne pietas eorum laderetur negotiationibus civilibus, dicente Greg. Nazianzeno. Tunc fuerunt *monasteria pia Schola*, è quibus egredi liceret eligenti vitam oeconomicam, tantum aberat ut aliquis tunc includeretur Claustro, juxta morem Ecclesiæ Papalis. In illis monasterijs vivebant tunc Laici, non Clerici aut Sacerdotes, illique Laici sustentabant se opere manuum suarum, neminem onerantes. Postea *rogabant monachi in Civitates intro-*  
mit-

*missi*, & post annum Chr. 500 instituit Benedictus ordines & Regulas monachorum. Ad illorum sustentationem dederunt Reges & divites prædia magnasq; possessiones, quippe informati à monachis hoc opus esse Deo gratissimum & datoribus salutare. Ex his donis facta esse vita monastica lautissima, & desijt paupertas monachorum, qui postea noluerunt quarere victum laboribus manuum suarum. Post An. 1200. cæperunt ordines mendicantium fraudibus addictorum. Infert D. *Galle* Prophetas V. T. fuisse monachos, quod meram hominis incertiam prodit. Vixerunt Prophetæ in conjugio, habentes filios, quos neq; fuisse monachos constat 4. Reg. 4. Qui dicuntur Religiosi Act. 2. fuerunt pij homines non monachi; Si enim omnes Religiosi fuissent monachi, fuit certè virgo Maria monialis, & Christus monachus, etiam Centurio Act. 10. Textus Mat. 19. non potest applicari hodiernis monachis, qui omnia sua trahunt secum in monasteria, tantum abest ut omnia relinquunt. Castrati propter Regnum cælorum non sunt monachi, quales nulli fuerunt tempore Christi: Neq; crux Christi est vita monastica, aliàs Apostoli cruce subjecti fuissent monachi. De compendio servandi præcepta Dei per vitam monasticam, quod dicit D. *Galle*, impium est. Christus non docuit compendium ingrediendi vitam, sed ipsam viam in seipso ostendit, qui tamen non fuit monachus. Hoc compendium refutatur priori Responsione D. *Galle*, quâ consensus hominem renatum duci ad obedientiam præceptorum Dei piãq; vitam per gratiam Dei cooperantem, non per vitam monasticam. Dicit idem su-

Gradatim aut  
& sunt im-  
probi ordines  
monachorū,



perbiam & avaritiam auferri monachis hodiernis, num id sit verum judicent Christiani. Est quidem opus Spiritus S. auferre peccata, & flectere corda Christianorum ad pietatem: non vero hoc facit ordo monachorum, nec luxus monasteriorum. Divisio doctrinae Evangelicae in consilia & praecepta est nulla, quod alibi probatur. Adducit Exemplum, D. Galle & usum hominum, qui vitam monasticam diu frequentarunt, sed est fundamentum admodum frigidum, & probatio insufficientis: Non probantur omnia quae fecerunt Antiqui; imò monasteria non habuerunt olim eundem, quem habent hodiè usum; neq; retinent ipsa verum finem, propter quem sunt instituta, & quem servarunt ante annos 900.

Proposit. IX. *Proposit. IX. Num liceat ulli homini mutare institutionem Christi in S. Cano?*

» *Resp. D. Galle. Christus quidem instituit omnia*  
 » *Sacramenta, datq; solus virtutem & efficaciam Sacra-*  
 » *mentis; ha: est gratia justificans hominem, teste Aposto-*  
 » *lo Rom. 8. Ad distributionem Sacramentorum necessarij*  
 » *sunt ministri Eccl. quibus multa sunt praescripta in gestibus*  
 » *ac verbis observanda, quae ad Sacramentorum admi-*  
 » *nistrationem sunt necessaria. Quaequom essentialia Sa-*  
 » *cramenti dependeant à Christo institutore; tamen quae ex-*  
 » *citant reverentiam Sacramentis debitam, tam à parte di-*  
 » *stribuentis, quam à parte utentis iidem, illa habent ori-*  
 » *ginem vel ab Apostolis, vel à primitivâ Ecclesiâ, qua non*  
 » *sunt obrogata Christiani, qui debitam Ecclesiâ obedi-*  
 » *tiam deferre sciunt. Sic manet ordinatio Missae, quam Ec-*  
 » *clesia instituit dignis Ceremoniis, loco debito, decorisq;*  
 » *vestibus &c. celebrandam.*

*Exceptio M. Olay. Verbum Dei manet in aeternum:*

num: Nec decet quenquam mortalium mutare quod Christus iussit servandum. Prohibemur etenim aliquid verbo Dei addere, aut quicquam ei detrahere: Inde sequitur evidenter, nulli creaturæ licitum esse institutionem Christi in S. Cæna mutare. Quicquid pertinet ad hujus Sacramenti veritatem, tam in esse, quam in usu servandum, illud totum est à Christo institutum. Sic enim sonant verba Evangelistarum, Mat. 26 Luc. 22. Christus accepit panem & gratijs actis fregit & dedit discipulis dicens: Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, hoc facite in mei commemorationem. Accepto calice, gratias egit, dans illisq; dixit, Bibite ex hoc omnes, Hic calix est N. T. in meo sanguine, qui effunditur pro multis in remissionem peccatorum. Hic legimus *mandatum Christi, ut edamus corpus ejus cum pane, & bibamus sanguinem ejus cum vino, idq; in ejus commemorationem* ad confirmandam fidem nostram, quod sumus redempti oblatione corporis Christi & effusione sanguinis ejus. Hoc & non alio aliquo sine institutū esse hoc Sacramentum scimus. D. Galle concedit essentialia S. Cænæ non esse mutanda; quis ergo dedit Papæ Rom. potestatem separandi in usu S. Cænæ calicem à pane? Fatebitur D. Galle hoc fecisse Papam cum suis, tanquam servos Christi infideles, verosq; Antichristos. Si dicat in corpore esse sanguinem; Respondeo, Hoc non infringit Christi institutionem, qui sapientior est cunctis Papis & Prælatiis. Nec dicat Papista, panem esse hoc totum Sacramentum: Nec voluit Christus S. Cænam aliter dispensandam esse Clericis, aliter laicis. Respondeant etiam Papistæ, quâ autoritate

Christus instituit per & a Sacramentis.

Antichristianum est mutare Sacramenta.

fecerint ex hoc sacramento sacrificium. Non dixit Christus, Accipite & sacrificate; Sed comedite. Unicum sacrificium Christi propitiatorium sufficit, evacuans omnia sacrificia V. T. Sacrificulus Papi- sticus non potest offerre corpus Christi in S. Cæna, absq; contemptu sacrificij Christi in arâ crucis obla- ti, quin potius crucifigit Christum de novo, more impiorum Heb. 6. Hinc constat Papam Rom. mutasse essentialia S. Cænæ, idq; sine pessimo, dum is corradit opes & oblationes plurimas ex operâ sacri- ficuli, offerentis Christum in Missâ pro redemptione mortui in purgatorio existentis; vultq; Religio Papi- stica hanc missam ita iterandam esse, sicut au- geri poterit pecunia, juxta facultates demortui, pro redemptione animæ ejus, numeranda sacrificulo. Hæc pecunia & copiosæ oblationes minuerentur si- sco Papæ Rom. si verus usus S. Cænæ in Ecclesia ejus maneret.

Proposit. X.

Proposit. X. *Num expedientur nova apparitiones, præter eas, quæ in Biblijs habentur?*

Resp. D. Galle. *Revelationes quæ fiunt & factæ sunt, dicantur rectè patefactiones secretorum Dei, Testa- tur enim Apostolus Coll. 2. in Deo esse profunditatem sa- pientia, quam non possumus habere, nisi per apparitiones. Hinc ait S. Paulus 1. Cor. 1. Deus revelavit nobis per spi- ritum Dei donam sanctum. Sic revelat Deus judicia per delegatos, præsertim pauperes & simplices, teste Christo Mat. 11. Confiteor tibi pater, quod hæc revelasti parvu- tis. Agit enim Deus omnia ordinatè, referente Aposto- lo Rom. 13, videlicet, per superiores (Angelos) regit in- feriores, per caelestes dirigit terrenos, quod perveniat ho- mo ad finem, propter quem creatus est, Chorus inferior*

Angelorum informatur à supremo, & homo adhuc infe-  
rior, regitur ab Angelis. Hoc ipsum est quod Apostolus  
dicit, Angeli sunt ministratorij spiritus, ut servant illis  
qui salutem consequentur. Hæc est Regula Dei, ait Dio-  
nysius, ut inferiores trahantur ad superiores per interme-  
dios Angelos, quod innuit etiam Apostolus 1. Cor. 15. mox fi-  
nis &c. Tradet Christus Patri Regnum, relicta potesta-  
te, id est, omittet servire hominibus per Angelos. Le-  
guntur itaq; multa apparitiones facta ad revelationem  
secretorum Dei, quæ tamen non habentur in Biblijs; sed  
sunt plurimum observanda, non contemnenda. Novi-  
mus enim malos Angelos apparuisse, teste Apostolo 2. Co-  
rinth. 11. Item 3. Reg. 25. legimus Satanam stetit in  
conspetu Dei, & obtulisse suum ministerium ad seducen-  
dos omnes Prophetas Achabi, Item Cap. 13. deceptis fal-  
sus Propheta verum, quia hic non probaverat illius præ-  
dictionem an esset ex Deo, quod Apostolus vult proban-  
dum esse 1. Job. 4. hoc donum discernendi veras prædi-  
ctiones à falsis, datum esse Ecclesie sanctisq; hominibus  
legimus scriptum à S. Paulo, S. Martino, Antonio, alijsq;  
sancti viri apparitiones veras à falsis distingvere nove-  
runt. Quæ ergo hoc donum Ecclesia collatum improba-  
bit? Apparitiones paucis recensere non possum, quia in-  
dies nove visuntur. Augustinus scribit Cyrillo Archie-  
piscopo Jerosol. Animam S. Hieronymi sibi apparuisse die  
quo discesserat corpore. Hanc apparitionem veram &  
divinam fuisse nemo pius negabit; est enim authoritas  
Augustini omnibus nota. Adhuc facta est apparitio di-  
scipulo Hieronymi Eusebio, anno post mortem hujus ter-  
tio, dum capit hæresis negans purgatorium, quam hæresin  
cum Cyrillus non posset refutare penitusq; extinguere,  
convocabat omnes sibi subjectos Episcopos, imponendo eis  
tri-

Novis revela-  
tionibus gau-  
dent Papistæ

22 triduanum jejunium, quo tempore praebus pijsq̄ cogitatio-  
 23 tionibus vacarent, & rogarent ne Ecclesiam hac heresis  
 24 perderet. Tertiâ nocte apparuit visibilitèr S. Hierony-  
 25 mus Eusebio, qui illum consolabatur dicens nominatam  
 26 heresim nunc habituram finem, idq̄ certo miraculo se pro-  
 27 baturum recipit. Jube (dixit) Cyrillum & reliquos Epi-  
 28 scopos cras convenire ad meum sepulchrum Beithlebema  
 29 motum, illuc debent adferre tria corpora hominum HAC  
 30 NOCTE mortuorum, qua meo indumento ornabuntur ut  
 31 reviviscant. Hoc ita factum esse, & articulum purgato-  
 32 rij hoc modo confirmatum legimus. Tertiâ apparitio,  
 33 quam Ecclesia semper sanctam & verissimam tenuit, fa-  
 34 cta est sub inventione corporum S. Stephani, Gamalieti,  
 35 ejusq̄ filij Abiba. Ha apparitiones quia certissima sunt,  
 36 licet non in Biblijs scripta, patet alias esse credendas ap-  
 37 paritiones, quàm Biblicas. Tanta est auctoritas Eccle-  
 38 sia, qua has apparitiones acceptat, ut fidem Christianis  
 39 conciliet, dicente Aug. contr. Epist. Fund. Cap. 5. Evan-  
 40 gelio non crederem, nisi me commoveret Ecclesia autho-  
 41 ritas. Hoc licet videatur dixisse de primitiva Ecclesia;  
 42 est tamen eadem Ecclesia semper conservata auctoritas;  
 43 Operatur enim Christus adhuc cum Patre suo, conservan-  
 44 do Ecclesiam ut dicit Joh. 5. Item ait, Cum venerit Spiri-  
 45 tus S. duces vos in omnem veritatem. Concludo igitur  
 46 apparitiones esse credendas, quia non adversantur fidei  
 47 & Scriptura, si probantur vera, juxta praeceptum Apostoli  
 48 1. Joh. 4.

Papistæ con-  
 ficiunt articu-  
 lum fidei no-  
 vis revelatio-  
 nibus

Augustin.

Exceptio M. Olai. Notetur homines per pecca-  
 tum amisisse lucem & veritatem, ut jam dicantur  
 filij tenebrarum & mendaces Ps. 115. Sic à nullo alio  
 veritatem, praesertim conservanda salutis habemus,  
 quam ab ipso Deo, nec possibile est hominem sal-  
 vari

vari, nisi veritatem sciat & credat. Estq; Christus ipsa veritas Joh. 14. quæ patefacit & illustrat verbum Dei repetitum quandoq; per Angelos & confirmatum prædicatione filij Dei incarnati, ut jam voluntas Dei sit sufficientissimè nota, ne alia vel nova expectetur apparitio. Sathan invidens hominum, salutem, circumit die nocteq; quærens quem decipiat, utendo mendacibus suggestionibus & apparitionibus, quibus homo mendax faciliè acquiescit, gaudens fallacibus novitatibus, tædio verbi Dei, ad nauseam carnalium hominum, repetiti. Respondeo itaq; ad propositam quæstionem. Ecclesia Dei in doctrina Prophetarum & Apostolorum fundata, non indiget novis apparitionibus, cum sufficiat ad cognitionem salutis ipsum revelatum à Deo, & in S. Scriptura traditum verbum. Qui gaudet novis apparitionibus, eligit decipi à Sathana, cum non sit cuiq; datum discernere veras ab apparitionibus falsis. Ergò rectè mittamus paucas apparitiones, licet veri speciem habentes, quam desideremus multas, ut decipiamur. Neq; peccamus si apparitiones planè omnes omittimus, quia obligamur unico verbo Dei in S. Scriptura revelato, ut fugiamus omnes à scripto verbo nos retrahere cupientes. Concludit igitur benè D. Galle solas eas esse accipiendas apparitiones, quæ non adversantur verbo Dei ac fidei. Jam inveniuntur in Exemplis allatis quæ verbo Dei conformia non sunt. Prohibemur in verbo Dei Deut. 19. Lev. 12. Es. 8. Luc. 17. quærere à mortuis veritatem; ideò negabatur Epuloni, Lazarum, mortuum ad fratres ejus esse rediturum. Nec fuit anima S. Hieronymi, quæ dicitur apparuisse Augu-

Requirere novis apparitiones est negare efficaciam revelati verbi.

stino; Non enim promittit Deus animas piorum apparere viventibus in verbi Dei contemptum, & quidem si purgatorium dicatur articulus fidei, debet utiq; probari S. Scripturâ seu verbo Dei, non autem miraculo S. Scripturæ contrario. Fides enim innitur verbo scripto, non opinioni hominum aut factis dubijs. Nec fuisse omnibus approbatam dictam apparitionem ex scriptis Augustini satis constat.

Proposit. XI. *An probetur purgatorium ex S. Scriptura?*

*Resp. D. Galle. Hac questio quarit nodum in scirpo, cum nulla gens religiosa huius dogmati unquam contraxerit. Ecclesia desinit hunc articulum ex S. Scriptura veris apparitionibus, S. Doctoribus, usq; primitiva Ecclesia. Scriptura dicit Mat. 12. Peccatum in Spiritum S. neq; dimittetur in hoc seculo, neq; in futuro. Hinc colligitur aliqua peccata remitti in futuro seculo, sicut aliqua hic remittuntur. Hoc autem non fit in celo, quod peccatores non perveniunt, neq; id fit in inferno, unde nulla redemptio: Ergo remittuntur peccata in purgatorio, interpretate Gregorio. Item 1. Mach. 12 patet sanctum esse opus precari pro mortuis. Hunc librum excludunt aliqui ex canone S. Scriptura: Sed Hieronymus in Prolog. Gal. dicit se invenisse eum Hebraicè scriptum: Et quia vera sunt qua illic scribuntur, is liber ab Ecclesia recipitur. Jam constat salvatos in vita eterna existentes non indigere nostris precibus: Neq; juvantur nostris precibus damnati: Ergo purgatorium erit, in quo constituti, sentiunt se liberari precibus piorum. Apparitiones docent purgatorium esse, quod lib. 4. Dialog. Greg. copiosè probatur. S. Doctores docent idem. Greg. Nyssenus fratri Graco scribens solatur morituros de remissione peccatorum dubitan-*

Presumpta  
probatio pur-  
gatorij,

Hieronymus

Gregori  
Nysseni

bitantes, quod possint de purgatorio liberari. Hunc do-  
 ctorem vocat Ecclesia propter veram ejusq[ue] subtilem do-  
 ctinam, Theologum irrefragabilem, Augustinus lib. de Augustin;  
 Cur. pro mort. affirmat auctoritatem Ecclesia inde am-  
 plificari, dum sacerdos coram altari fundit preces mor-  
 tuis utiles. Est etiam usus Ecclesia ab Apostolis institu-  
 tus precari pro mortuis, testibus Job. Damasceno, quem Damascenus.  
 vocant <sup>a</sup> Chrysostomum, & Dio- <sup>a</sup> Non Damascenus  
 nysio Eccl. Hier. Cap. ult. hic fuit <sup>a</sup> est Chrysostomus.  
 S. Pauli <sup>b</sup> discipulus. Ambrosius <sup>b</sup> Hierarchia Eccle-  
 & Gregorius lib. 4. Dial. pro- <sup>a</sup> sia arguunt hunc Dio-  
 bant fuisse in usu Ecclesia cele- <sup>a</sup> nysium non fuisse Ar-  
 brare memoriam mortuorum. <sup>a</sup> copagitam: Nam hu-  
 Hinc evidenter constat esse pur- <sup>a</sup> jus temporu[m] non erant  
 gatorium, ubi punientur illi (ait <sup>a</sup> tot Ceremonia, neq[ue]  
 August in Ench.) qui digni erant <sup>a</sup> eadem quas Ecclesia  
 pena seculari, quam non suffere- <sup>a</sup> Papalis hodie servat.  
 bant viventes. Igitur Ecclesia <sup>a</sup> Atqui scribunt hunc  
 recte orat pro mortuis, recteq[ue] <sup>a</sup> Dionysium Hier. Eccl.  
 instituit missas pro illorum libe- <sup>a</sup> authorem fuisse Pauli  
 ratione de purgatorio. Quan- <sup>a</sup> Anachoreta (non Apo-  
 quam plura sint qua juvant mor- <sup>a</sup> stoli) discipulum, teste  
 tuum; tamen praeceptum auxi- <sup>a</sup> Mat. Galeno de orig.  
 lium est sacrificium Missae, quod <sup>a</sup> monast.  
 respiciens Deus mitigat penas demortui, pro cujus libera-  
 tione offertur sacrificium. Cuiusq[ue] nullum impurum ingre-  
 ditur caelum, purificiantur salvandi in purgatorio, venis-  
 sis peccatis venialibus pro quibus non satisfecerunt penis  
 temporalibus subiecti. Sic iustitia Dei fundavit purga-  
 torium.

Exceptio M. Olat. In tota Scriptura non inven-  
 nitur Textus, qui probat purgatorium esse, quin-



Refutatur  
purgatorium.

potius expressis verbis hoc improbat. Dicunt purgatorij defensores illos solos eò ferri mortuos, qui venialia peccata patrassent, pro quibus non sustinissent in terris pœnam promeritam. Jam affirmat S. Scriptura Jer. 30. Ef. 8. venialia peccata non esse punienda. Sic enim ait Deus, miserebor iniquitatum eorum, & peccata illorum non recordabor. Quomodo igitur puniat Deus constitutos in gratiâ? *Articulus purgatori repugnat fiducia salutis in Christo fundata*, qui pro omnibus peccatis omnium hominum satisfecit. Jam si pateretur salvandus pro suis peccatis, esset hoc Christo ignominiosum, qui pro illis verè satisfecerit. Si quis inferat, Deus minatur peccatoribus pœnam, soletq; hic punire peccata; cur pœnam promeritam, quam peccatores hic non sustinuerunt, non dicatur inferre constitutis in purgatorio? Respondeo, dissimilima est ratio, punire hic peccata & post mortem peccatoris. Pios in hoc mundo peccantes nunquam flagellat Deus pro merito, sed castigat ex paternâ benevolentia, & reprehensionem illorum misericordia Dei relaxat ut peccare desinant. Alia est ratio pœnæ mortuorum, qui pœnitentiam agere non possunt. Ergò infideles post mortem puniendi sunt revera damnati, & fideles per pœnitentiam Deo reconciliati, sunt post mortem certò salvati, ab omniq; pœna liberi teste Christo Joh. 3. Quis ergò intentet quid contra electos Dei, quos nulla res separat à dilectione Dei, quæ est in Christo? Apostolo teste Rom. 8. Si quis adhuc inferat, justitiam Dei exigere pœnam peccatis debitam, quæ ideo erit necessariò infligenda peccatoribus? Respondetur, omnia peccata sunt in Christo

ffo sufficientèr punita, cum fragilitas nostra esset im-  
 par ferendo pœnam debitam. Ulterius si infertur,  
 peccatores esse repurgandos, ut puri ingrediantur  
 vitam. Observabitur *fidem purgare cor nostrum à pec-*  
*catis*, teste Apostolo Act. 16. & in ipsa morte tollitur  
 omnis concupiscentia peccandi. Sic erit precio-  
 sa in conspectu Dei mors sanctorum Psal. 115. quare  
 nullum requiritur purgatorium, quod purgabit de-  
 mortuos à suis peccatis, cum salvandorum fides in  
 Christum illos verè purgaverit. Neq; docuit Chri-  
 stus mortuos posse à viventibus juvari, aut *mortuos*  
*sub dilectione proximi includi*. Ergò viventes non po-  
 terunt demortuis esse auxilio. Miratur D. *Golle*  
 quenquam Christianorum dubitare num sit purga-  
 torium, cum Ecclesiæ consuetudo hunc multis se-  
 culis confirmaverit articulum. Verum non quæri-  
 mus consuetudinem, vel Doctorum testimonia, sed  
 purum verbum Dei, quod causam salutis docet. Hac  
 in parte licet D. *Golle* nolit deesse suo officio, ta-  
 men nihil probat. Nam verba Christi ex Mattheo  
 allata, sic exponit Marcus Cap. 3. Qui peccaverit in  
 Spiritum S. non remittetur in aeternum. Itaq; hic  
 Textus neq; purgatorium statuit, neq; peccata quæ-  
 dam posse post mortem remitti innuit. Phrasis est  
 loquendi, *neq; hic neq; ibi, i. e. nullibi. Neq; in hoc secu-*  
*lo, neq; in futuro, i. e. ne in aeternum*. De Juda Macha-  
 baeo quod adfertur, legitur quidem historicè fa-  
 ctum, sed non facit articulum fidei, cum nullibi  
 in S. Biblijs tale factum probetur. Magna dubita-  
 tio exsurgit, num scriptor libri rectè exceperit  
 factum Machabei? Textus ait 2. Mach. 12. Judam  
 obtulisse pro mortuis drachmas, quia pro pecca-

Non possit  
 probari pur-  
 gatorium ex  
 lib. Mach.

eis suis eos cecidisse videret, dum occultasset sub  
 vestibibus suis donaria idolorum. Aut voluit Judas  
 hæc donaria esse consecranda Templo, aut ob-  
 latione horum donorum absterrendos esse milites,  
 ne ejusmodi peccatis se polluerent. Hoc sensu pa-  
 tet scriptorem libri non fuisse assecutum mentem  
 Judæ. Sin vero dicatur Judas obtulisse Argen-  
 tum pro redemptione mortuorum; ejus Exem-  
 plum non facit articulum fidei. Neq; nominatur  
 ibi minimâ literâ purgatorium. Videtur autem  
*scriptor libri voluisse ex facto Judæ probare resurrectio-  
 nem mortuorum non purgatorium*, quia Sadducæi cæ-  
 perunt eo tempore articulum resurrectionis mor-  
 tuorum vocare in dubium. De apparitionibus Gre-  
 gorio factis, judicet vera Christi Ecclesia, num dica-  
 tur fuisse divinæ. *Quodcumq; sine Scriptura dicitur,  
 eadem auctoritate negatur, quâ publicatur.* Si purga-  
 torium esset verus fidei articulus, non indigeret pro-  
 batione per novas apparitiones futurâ, quia fides sal-  
 vifica non nititur rebus visibilibus, sed expresso ac  
 spirituali Dei verbo. Videtur etiam cura ventris,  
 non dilectio proximi hunc constituisse articulum.  
 Nam laborat sacrificulus, missas pro redemptione  
 animæ de purgatorio celebrans, magis in colligen-  
 da pecunia sub missæ officio oblatâ, quam in studio  
 liberandi de purgatorio animam. Sic purgatorium  
 ex S. Scriptura non probatur.

Proposit. XII.

Proposit XII. *An sancti sint invocandi, & num  
 ipsi sint nostri defensores, patroni, & commediatores coram  
 Deo?*

” *Resp. D. Galle, Res causâq; ab omnibus approbata  
 non venit in dubitationem hominum. Sancta Ecclesia  
 polles*

pollet ea authoritate, ut ejus consuetudo, fides & decre. 11  
 11. sine disputatione vulgò approbentur. Cumq; nullum 11  
 fuerit in Ecclesia dubium, sanctos esse invocandos, im- 11  
 rum est inveni homines Christianos, qui hunc articulum 11  
 negare audent. Sancti sunt membra Christi, itaq; honoran- 11  
 di. Tamen minus quam illa honorentur, quæ ad ipsum 11  
 Christum spectant, ut sunt, Crux, Corona, Clavi & plures 11  
 ejus reliquæ. Non honorantur sancti tanquam per se 11  
 dantes gratiam Dei, sed tanquam illius participes, & 11  
 regni celorum concives, ideoq; sint in conspectu Dei, nostri 11  
 opitulatores. Abraham adoravit Angelos sibi apparen- 11  
 tes. Sic Cornelius S. Petrum. Docetq; S. Paulus Christia- 11  
 nos, ut conversationem mutuo honore colant. Cum jam 11  
 demortui sancti sint commediatores & intercessores no- 11  
 stri apud Christum, digni sunt qui honorentur. Non 11  
 equidem fiat, quasi Deus sit impotens aut minimè bene- 11  
 volus ad juvandum, nisi sanctorum intercessione commo- 11  
 veatur: Sed quia ita ordinavit, fieriq; hoc voluit, ut au- 11  
 thoritas sanctorum inde claresceret, & Deus in illis ado- 11  
 raretur. Sic enim Apostolus Rom. 14. Omnia rectè or- 11  
 dinavit Deus. Quod conspicitur in ejus Regimine, dum 11  
 per superiores & spirituales creaturas, sive Angelos, re- 11  
 git inferiores carnales, non propter impotentiam per sese 11  
 regendi, sed propter servandum ordinem. Sic regit in- 11  
 feriores homines per superiores in terra, quod probatur 11  
 multis Exemplis tam in V. quam N. T. Promisit Deus se 11  
 moderaturum penam Judæorum per Patriarcharum 11  
 Abrahami, Isaaci & Jacobi, tunc in limbo existentium, 11  
 deprecationem, certèq; propter merita illorum. Quod 11  
 factum esse non dubitatur. Cum itaq; respiciat Deus ora- 11  
 tiones sanctorum, pro alijs institutas, debent ipsis invoca- 11  
 tionem sequitur. 11

Papista præsu-  
 mit Deum re-  
 gere mundum  
 per creaturas.

Quomodo  
sancti hono-  
rentur?

*Exemplo M. Olo.* Scriptura neq; affirmat neq; negat sanctos demortuos esse honorandos. Cultum autem soli Deo debitum, veramq; invocationem, nulli creaturæ posse concedi certum est. Jubet Scriptura laudandum esse Deum in omnibus creaturis ac operibus suis: Sed laudatur in sanctis cum sanctitatem illorum à Deo formatam prædicamus; illamq; æmulando, talem nobis à Deo dari rogamus. Itaq; *sancti non in se, sed in Deo honorantur*, & dum illorum sanctitatem in Exemplum trahimus, sanctos rectè honorari videmus. Adversarij nostri colligunt ex sanctitate piorum demortuorum, eosdem esse nostros patronos ac intercessores apud Deum; Sed contrarium docet Scriptura, quæ solum Christum constituit nobis mediatorem i. Tim. 2. i. Joh. 2. Rom. 8. Igitur falsò nominantur plures mediatores. Nam cum Deus seriò mandavit nihil addendum esse scripto ejus verbo, plures commediatores extra Scripturam nemo fidelium sibi fingere præsumat. Erantq; sancti in Domino demortui, unico contenti mediatore Christo, in cujus merito nos acquiescimus. Dum mediatoris officium detrahimus cum S. Scripturâ ipsis sanctis, non propterea negamus sanctos in celo triumphantes, rogare pro statu Ecclesiæ militantis. Aliud est mediatorem, agere inter Deum & homines: Aliud vero pro necessitate proximi Deo supplicare. Deus novit Acta Ecclesiæ Triumphantis; Talia non revelat Scriptura, neq; nobis utile est illa scire, quia status illius Ecclesiæ ad nos mortales haud pertinet, dum oculus non viderit, nec auris audierit, neq; cor intelligat, quæ præparavit Deus fidelibus. Quare summa nobis curæ

cure erit propriam meditari salutem. Adfert D. Galle non esse dubitandum de invocatione Sanctorum, quia eam diu usurpavit Ecclesia. Sed non dubium est nos diu satis deceptos esse ab usu Prælatorum Ecclesie & Monachorum, unde seducti sunt Christiani à fide in unicam mediatorem; Perierit enim monachis & sanctulis illis magnas opes hæc præsumpta fides, in sanctorum intercessione fundata, quam docuerunt illi Christianos simplices tenere, juxtaq; illam comparare sibi magno precio reliquias sanctorum. Quærimus autem jure, an doctrina de intercessione sanctorum sit vera? Sit diu credidimus Prælati Ecclesie sine Scripturâ definiuntibus. Non negamus sanctos esse honorandos modo definito, non tamen censimus illos esse invocandos ut mediatores. Primitiva Ecclesia celebravit memoriam Apostolorum, verorumq; martyrum; Utinam hic substitisset Ecclesia hodierna: sed vereor multos esse in canonem relatos, hodieq; ab Ecclesia Rom. coli, quos inveniunt ipsi institutores in inferno, nedum ut sint sancti; tantum quippe erant hætenus occæcati Prælati Ecclesie. D. Galle dicit ad Christi mortis salutarem fructum pertinere ejus crucem, coronam, clavos, fortè restim quâ ligabatur, flagella & pelvim aceto plenam. Sic vult majore honore hæc esse tractanda, & sacro cultus dicenda quam honorentur ipsi sancti Dei. Etiam hodiè præbent multi majorem reverentiam imagini bus piætiis & sculptis, quàm ipsis sanctis. Estne hoc contemnere ipsos sanctos? Quod sancti viventes rogassent Deum ex audire preces tuas, causâ sanctorum Abrahami, Isaaci, Jacobi, non certè adorarunt illos; Sed commensurerunt Deum suæ promissionis pa-

Papæ hono-  
rat reliquias  
et eis Christi  
præcipuus  
ro. ce.

*tribus facta*, juxta quam promissionem in oratione repetitam crediderunt Deum citius illorum preces exauditurum. Hinc constat invocationem sanctorum ex S. Scriptura non posse probari.

Hæc est simplex mea Resolutio propositarum questionum. Si major sit simplicitas quam rei veritas exigit, donandum est temporis. Si Prælati Ecclesiæ hæc Responsione offendantur, sciant omnes palmam esse veritati dandam. Deus nos in veritate conservet. Amen.

CAP. VI.

*De duplo Decimarum frumenti numerando creditoribus Regni.*

ANNO 1526. fuerunt Holmiæ comitia. Inter reliqua quæ proponebantur ad statum patriæ servandum necessaria, disputatum est seriò de satisfactione creditorum Regni, præsertim Lubecensium, qui in turbulentissimo statu patriæ à Tyrannide Regis Christierni vexatæ, addiderunt operam & auxilium suum in defensionem ac securitatem patriæ paratissimum, mittendo in Sveciam quindecim naves militares stipendiario milite per annum sustentatas, ut pugna navali Regem Christiernum debellarent. Finito bello inter Electum Regem Sveciæ Gustavum & Regem Dan. Christiernum II. suscepto, aderant Lubecenses exigentes pecuniam in stipendiarium militem expositam, & operam navium suarum in auxilium Svecis transmissarum esse recompensandam urgentes. Conclusum est de Bonis Ecclesiæ recompensationem simul esse futuram, præsertim ut duplum Decimarum in Granarijs Eccl. quotan-

De bonis Eccl.  
seret solutio  
aris alieni,

quotannis collectarum ad solutionem hujus aris alieni anniversariè daretur, remaneret in singulis Granarijs Triens decimarum ad sustentationem pastoris Ecclesiæ servandus. De alijs Ecclesiæ Bonis particularibus, præsertim Argento & ære, voluerunt ordines Regni tertiam partem numerandam esse Lubecensibus, donec his creditoribus esset satisfactum. Quomodo hoc Decretum sit datum executioni, dicitur infra. De decimis autem frumentorum, mox exivit Decretum in Acta. Sed fraudem hic commiserunt Episcopi Svec. & Prælati Eccl. auferentes de granarijs Ecclesiarum totum suum salarium, ante publicationem Decreti comitalis. Deinde suaserunt plebi, ut sollicitarent Electum Regem vendere pauperibus levi pretio reliquum frumentum: Hoc cum scirent Regem Gustavum negaturum, cogitabant Prælati Eccl. sic irritandos esse animos subditorum in odium Regis. Ex hoc decreto ordinum Regni continuatur hodieq; hæc distributio decimarum, ut duplum decimarum in agris numeratarum inferat colonus in Granarium Ecclesiæ Trientem vero pastori suo tradat. Ex illa autem dupla parte sustentat pius noster Magistratus non tantum Episcopos & docentes in Templis cathedralibus ac urbanis, etiam in Academijs & Scholis; Item pauperes in publicis Nosocomijs, sicut & diligentes studiosos in Academijs viventes & cum paupertate consistentes: Sed etiam numeratur bona pars illius distributæ portionis in Granarijs relictae ipsis militibus stipendia merentibus, pro defensione religionis, alijsq; politicam dirigentibus, qui Magistrati ac patriæ utilem operam conferunt.

Hist. Gust.  
par. 1. f. 115.



*Quâ occasione discessit Electus Archiepiscopus Johannes Magnus à Suecia.*

**C**irca Pentecosten Anno Chr. 1526. venit Electus Rex Gustavus Ulfaliam, & convocavit in Capitulum Electum Archiepiscopum cum Capitularibus, cum quibus instituebat colloquium de Reditibus & Exemptione Prælatorum Eccl. quærens in genere, undè Clerici habeant præbenda & immunitatem Ecclesiasticam? *Respondit D. Galle: Ex donatione piorum Regum & Principum, juxta verbum Dei, ad Ecclesia sustentationem liberaliter rogatâ Infererat Rex: Si ex liberalitate Regum obtinent Clerici sua Bona & immunitatem Eccl. nonne ex eadem potestate, desinat donatio, præsertim dum Clerici his Bonis abutuntur? Dixit Galle: Si removerentur Bona Eccl. collabascit ipsa Ecclesia, contra voluntatem ac provisionem Christi, dicentia eam esse permanentem contra portas inferorum. Rex recessit: Bona Eccl. infumuntur in ventres pigros, qui utilia Ecclesiæ prædicare & scribere nesciunt; Saltem didicerunt horas, quas vocant Canonicas cantare, quod plurimi sine devotione faciunt. Cum igitur non possit ex verbo Dei probari, præbenda ad Ecclesiam pertinere absolute, neq; illa Bona augeant pietatem, aut in usus necessarios conferuntur; ergo rectius vertantur in meliorem usum, ut statum Ecclesiæ promoveant. *Hic tacuit D. Galle.* Jussit igitur Electus Rex Electum Archiepiscopum respondere, sed noluit. Tunc incepit Præpositus Cathedralis *M. Georgius Turson* pro Privilegijs Clericorum graviter perorare; dicens, *Non licet ulli hominum sine periculo excommunicationis,**

*Disputatio lib.  
fil. de Bonis  
Eccl.*

*Mist. Gust.  
part. 1. f. 1.º*

*atque*

*aternaq; damnationis quicquam auferre Ecclesia.* Tulit patienter Rex acerbam hominis orationem: Sed iussit Theologum Theologicè loqui, & ex Scriptura probare quod dixerat. Deindè resolvebat se Rex ita, ut non negaret pijs ministris Ecclesie tum honorem juxta Dei verbum, tum necessariam & honestam sustentationem: Sed pigris ventribus in Templis ac Monasterijs viventibus non videbatur ullum deberi stipendium. Cum nihil certi hic responderent Capitulares, discessit Rex pergens Holmiam, quo vocavit ad se Electum Archiepiscopum, quem Rex iussit transferre Biblia in Idioma Svecicum, ut veritas Evangelij omnibus patriotis claresceret. Verum Electus Archiepiscopus invigilabat alijs rebus, etiam mox deprehensus est meditari factiones in statum patrie quare iussit Rex hominè aut quiescere, aut perniciosum Regno discedere. Abiturus Archiepiscopus perrexit primò in Roslagiam, ubi convocatis Pastoribus dixit sibi fuisse iter versus Poloniam impositum à Rege, ad expediunda negotia summè necessaria: Sed incepto jam itinere, omnes suas possessiones naufragio perijsse conquestus est. Itaq; rogabat præsentés Pastores, ut Christianà benevolentia resarcirent damnum, contribuendo non solum victualia, sed Aurum, Argentum & quæ possent proferre, sive ex proprijs, sive publicis Ecclesie bonis. Hanc benevolentiam promisit se recompensaturum promotione cujusq; & retributione bonorum, dum ex legatione rediret. Simples Pastores dolum subesse ignorantes, contribuebant copiosè omnia itineris requisita, prolectati spe magnæ subsequaturæ promotionis:

Arch. Upsal.  
noluit transferre Biblia in  
linguam Svec.

Itaq; Electus Archiepiscopus Joh. Magnus Gothus, amplissimis Bonis ditatus discessit patriam, nunquam rediens. *Abstulit secum multa patriæ monumenta, quæ poterat comportare, sicut ipse fatetur in præf. sua Hist.* ex quibus monumentis patriæq; annalibus conscripsit Venetijs agens, Historiam patriæ nostræ, quæ sub ejus nomine hodiè legitur.

## CAP. VIII.

*Apologia Electi Regi Gustavo scripta subditis causâ Reformatæ Religionis offensis.*

**P**incipio Anni Chr. 1527. scripsit profugus Archiepiscopus Regi Gustavo, monens ut Catholicam (quam vocant) defenderet in patria fidem; quod si facere nolle, prædixit ipsi panam tam temporalem, quam spiritualem, partim ab irato Deo, Ecclesia Catholica auctore & defensore, partim à Papa Rom. Dei vicario, ejusdemq; Ecclesia directore & œcumenico Episcopo instigendam. Rescripsit pius Rex sufficientem Apologiam quæ putabat profugum esse contentum. Sed non quievit animus rancore plenus, quin scriberet Capitularibus Upsal. Præposito M. Georgio Tharoni, & D. Hallei graviter accusans Regem, quod voluntate quorundam Novatorum capisset novam fidem confiteri, quam in patria profeminatam vellet. Itaq; Pæpistia factionis socij, Regem apud subditos ubiq; diffamârunt, nominantes illum tum hæreticum, tum hæretica prævitiæ defensorem, itaq; dignum odio subditorum exclamarant: Ad præcavendum ideo malum & tumultum subditorum, quem excitare cupiebant factiosi Clerici, scripsit Electus Rex subditis Apologiam in veritate defensionem, rectamq; subditorum informationem; qua Apo-

Clerici Pæpistia  
irritabant  
subditos con-  
tra Electum  
Regem,

*logia in Hist. Gust. invenitur integra, cujus summam huc adscribere lubet ex par. 1. f. 130.*

Hist. Gust.

**N**OS Gustavus D. G. Svecorum & Gothorum Rex  
 Electus &c. omnibus subditis nostris gratiam &  
 dilectionem. Intelligimus proh dolor, nos aliquo-  
 rum improborum vocibus & scriptis lacerari, quasi  
 novam fidem velimus in dilectam patriam introdu-  
 cere, & novatores quosdam in patriæ perniciem de-  
 fendere. Quare necessum habemus, voluntatem,  
 & amorem nostrum in dilectam patriam propen-  
 sissimum declarare, simulq; excusationem debitam  
 malevolorum calumnijs opponere, ne dilecti no-  
 stri subditi fidelitatem nostram Deo & patriæ de-  
 bitam, vocent in dubium. Religionis veræ curam  
 nos habere juxta Dei verbum non diffitemur: Ve-  
 riorum nullam habemus Religionem, quam à Chri-  
 sto & Apostolis traditam, de hac non controverti-  
 tur; Sed de Ritibus quibusdam ab hominibus inven-  
 tis, præsertim immunitate Prælatorum Ecclesiæ.  
 Ritus inutiles cupiunt docti abrogatos, quos etiam  
 ipsi Prælati vident non posse verbo Dei defendi. Hos  
 dum volumus abrogatos, novam vel aliam quàm  
 verè Christianam Religionem introducere minimè  
 insimulari possumus: Nam pietati veròq; Dei cultui  
 rectè studentes, de gaudio vitæ æternæ participare  
 cum omnibus Christi fidelibus unicè laboramus.  
 Quare jubemus clementer dilectos nostros subditos,  
 ne calumniæ de Nobis sparsæ locum dent, quin po-  
 tius Religiosa piè judicantes, cogitent nos tractare  
 illa, quæ Dei gloriam & nostram, nostrorumq; sub-  
 ditorum æternam & temporalem felicitatem cor-  
 cernunt.

*Sumus experti haud ita pridem, quæ usus*

*est*

Fr. n. Papist.  
colligendi  
opes.

*est fraude Papa Rom. in colligendis nostris Bonis, dum per Missas & indulgentias corrasit magnam vim pecunie, pratendens eam numerandam esse conductio militi, contra Turcom merenti stipendium, sicut emissarius Papa divulgabat factam. Hac pecunia utitur Papa Rom. ad stabilendum Regnum suum, contra imperium Cesaris Rom. Quas Episcopi & Prælati Eccl. noverint, alias fallacias, quibus decipiant simplices, tum gravando conscientias miserorum, ut lucrum reportent, si relaxent impositam satisfactionem, tum multiplicando hypocriam Religionis, ut nomen sanctitatis (ementiæ) obtineant. Hoc totum Docti viri alijs Regionibus ad oculum demonstrant. Dum Prælati Eccl. suo ventri indulgentes, observant doctos piosq; viros hæc mala detegere veritati summo nisu resistunt, accusantes illos novæ Religionis mutataq; catholicæ fidei. Hoc cum nullius sit veritatis sermo, ne huic calumniæ locum deris, sermo hortamur. Cogitabamus convocare doctos piosq; viros, qui hanc causam tractantes, sententiam ferrent Religiosam: Sed alijs negotijs impediti, non potuimus id hæcenus exequi. Fiet quidem primâ occasione, interea volumus pios nostros subditos quiescere, nec calumnijs malevolorum moveri. De vestro enim commodo dum agitur, vos hanc causam rectè meditari decet. Valete. Datum Ubsaliæ post nat. Chr. Anno. 1627.*

## CAP. IX.

*Edicta Regis de sustentatione Clericorum ab auditoribus,*

**P**opulus Sveo-Goth. postquam intellexit El. Archiepiscopum Ubsaliens. discessisse Regno, & audi-

audivit ex clamore clericorum, novam introducendam esse Religionem, cogitabat subtrahendam esse Clericis sustentationem. Hoc intelligens Rex Gustavus, simulq; observans in se derivari hujus rei culpam, quasi Rex ideo vellet fieri Reformationem, ut victus & necessaria sustentatio ministris Eccl. denegaretur. Quod factiosi Clerici inde satis probatum esse dicitabant, quia Decimarum potior pars dabatur creditoribus Regni. Ut autem pius Rex hanc culpam abstergeret & purgaret se à crimine contemptus ministerij Eccl. fecit decretum, ut auditores (qui erant subditi Regis) alerent suos pastores, benevolè dando partem Decimarum illis debitam, aliamq; oblationem officio Eccl. ex more usq; majorum numerandam. Hoc mandatum in publicis Edictis sæpè repetivit, totiesq; inculcavit, quoties intellexit augeri sive tarditatem auditorum numerandi Pastoribus debitam mercedem ac definitum salarium, sive clamorem factiosorum, quod intendit Rex per inceptam Reformationem ipsius ministerij Eccl. interitum. In Smolandia, præsertim parte ejus Verendiâ, erat mos auditorum, numerare Pastori anniversariè à singulis pagis pondo Butyri; Sed singuli coloni retinebant vicissim Decimas, aliamq; oblationem pastori debitam. Hanc *ἀναξίως* correxit Design. Rex consilio senatorum Regni, datis literis Wexionæ An. Chr. 1576. die S. Blaiij quæ adhuc servantur in Capitulo Wex. plura Edicta de sustentatione Clericorum ab auditoribus suis contribuenda exscripsit Rex Gustavus, urgens hoc argumentum. *Cum Pastores laborent ac vigilent pro salute auditorum, ideo recipiantur mercedem non tantum summo honore,*

*sed maximâ benevolentiâ reddatur illis debitum salarii.*  
 Talia edicta leguntur scripta in Brynolsboda Anno 1535. die 8. Febr. Etiam Wastenis, An. Chr. 37. die Bartholomæi. Adhuc legitur Edictum hanc causam concernens, datum Ubsalæ die 4. Maij An. Chr. 1541. idq; stylo severiori exaratum, prohibens ne ullus subditorum aut inferat Clericis vim, aut denegat illis debitum salarii, modò velit idem effugere Regiam indignationem, eiq; adhaerentem penam prævaricatori debitam.

*His omnibus clarum reddidit plus Rex, se fuisse ordinem Eccl. & voluisse ratione officij Ecclesiam Christi nutrire, summoq; studio intendisse, ut pii Pastores summa alacritate ac fidelitate officium suum peragerent.*

## CAP. X.

*Tumultus Dalekarlorum occasione inceptæ Reformationis.*

**S**editionem fuisse factam in Dalekariâ sub initio Reformationis supra diximus Cap. 2. Auctores illius tumultus fuerunt Prælati Eccl. & Clerici Arofienses, qui invento quodam Nebulone, olim in aula Ducis Svec Stenonis Sture educato, ita sunt usi, ut hic prætenderet se ipsius Stenonis filium esse, qui Regimen patriæ aspiraret, & si in solium patris (præsumpti) posset auxilio Dalekarlorum, tanquam subditorum fortissimorum, ascendere, promisit se Religionem Catholico-Romanam defensurum, & immunitatem Clericorum intactam relicturum. Hic nebulo erat natus in paracia *Dyrkestadh* in Territorio *Turbo*, tamen de patre ejus nemo sciebat quid certi referre. Hic cum statum patriæ non ignoraret,

ret, quippe in aulis Nobilium multum versatus, & quod nesciret, erat à factiosis, præsertim Clericis Arosiens. edoctus, ut facile persuaderet simplicibus subditis se nobilissimo loco natum, rectius administraturum patriæ Regimen quàm novum Regem Gustavum. Excitato igitur tumultu invenit factionis socios, quibus promisit remissionem exactionum, difficultatum, fereq; diuturnam immunitatem: Sed detectum est mendacium dicti Nebulonis, & comprehensi sunt factiosi Arosienses, postea quieverunt subditi in Dalekarlia.

Convocavit autem Rex Gustavus ordines Regni Upsaliam, ubi exposulavit cum Dalekarlis, quod à fide sibi datâ patriæq; fidelitate defecissent. Replicabant Dalekarli subesse causam defectionis, quàm articulis 12. in Hist. Gust. scriptis consignarunt. In eodem scripto exprobant Regi Gustavo art: 6. desolata jam esse monasteria, & cultum sacrum in Templis usitatum ferè jam abrogatum esse: Concludebant igitur veritatem (quam præsumebant) antiquæ Religionis jam esse sublatam. Respondabat Rex hanc quærelam ex calumnijs osorum & factiosorum esse prolatam.

*Nemo enim probabit* (ait Rex) *ullum violatum esse monasterium, nedum Templum in patria, præter canonicum Gryphus holmense, quod nostrum est prædium hereditarium, absq; plena possessoris voluntate in monachorum Chartis, habitatione assumptum.* Cum jam sit in potestate veri possessoris hoc ædificium in usum commodiorem convertere, quis est qui possessori hanc potestatem denegabit. Ultimo loco prætendunt Dalekarli novam Religionem & Lutheranismum, esse mandato Regis in patriam introductum; quia

Personam  
Seure erat facti  
formatus ab  
Episcopo  
Aros. qui fugit  
rat olim Cam  
cellarius Se  
noni Seure  
senioris,

Hist. Gust.  
par. 1. f. 155



audiunt in Templis, præsertim Holmensi, Clericos & Eccl. canere Psalms Svecicè translatos. *Nescio autem* (respondit Rex) *ullum Lutheranismum; nec defendo aliam Religionem, quam verè Christianam & Apostolicam.* Componere Psalms idiomate materno, & canere laudes Dei noto sermone, nec inusitatum est in Eccl. nec contra Apostolum I. Cor. 14. Hortor & clementer moneo (concludit Rex) fideles subditos Dalekarlos, ne ignota tractent, aut causam Religionis absq; verbo Dei judicent, nimisvè subtilitèr hic discurrant. Prælati Eccl. cum senatoribus Regni, alijsq; viris Religiosis hanc causã primariò in se suscipiant, ut veritas Religionis juxta verbum Dei certò confirmetur. Actum Upsal. postridie S. Erics An. Chr. 1527.

## CAP. XI.

*Refutatio Monachi Dani P. Helii per M. Olavum P. pro defensione Evangelij suscepta.*

**P**ublicavit scriptum in Daniã quidam Monachus, nomine Paulus Helias Carmelita, intendens agere Lutherum omnesq; Evangelicos Doctores gravium errorum reos. Hoc scriptum publicatum venit in Sveo-Gothiam noto sermone editum: Quare reddidit multis suspectam inceptam Reformationem. *M. Olavus Petri Secretarius Holm.* qui magnam operam Reformationi contulit, suscepit id scriptum refutandum. *Primò culpabat monachus Doctrinam Lutheri, quã Christianam libertatem defendit, quasi per hanc vellet eximi ab omni obedientia superiorũ, ne ullus ipsi vel* *fortis ejus Regulam vivendi præscriberet.* Secretarius explicuit libertatem à Luthero traditam esse spiritualem, serviendi Deo juxta liberam promptitudinem fidei in Evangelio propositam, non juxta terrorem legis, qui coactam obedientiam extorquet. *Præs*

*Praesumebat monachus probare ex seditione Rusticorum in Germania. Lutherum quasiuisse suam doctrinam licentiam vivendi, & reddidisse alios licentiosos.* Secretarius invertebat Argumentum, probando Papam Rom. ejusq; Clericos exemisse se ab omni obedientia legitimo magistratui debitam, simulq; vivere continuentiam voluptuariam. Addidit tantò pejorem esse Papæ licentiam, quia irritat Reges & Resp. in mutua odia: Nam quandoq; Cæsari favet contra alios, quandoq; Regi Galliarum aut Venetianis contra Cæsarem. Sed Lutherus compescuit furores Rusticorum publico scripto.

*Calumniam dixit monachus, addens Lutherum prohibere Bona opera.* Secretarius refutavit hoc rectè, demonstrans nulla esse Bona opera, nisi quæ efficiuntur ab homine fideli, reconciliato cum Deo juxta penitentiam Evangelicam. Talis homo Evangelicus jam verè renatus efficit libens ductore Spiritu S. Bona opera, quæ dicuntur fructus Spiritus Galat. 5. Hoc ipsum Lutherus fidelitèr inculcat. Sola hæc opera habent promissionem mercedis gratuitam.

*Culpabat monachus audaciam Lutheri, quæ diminuit Sacramenta Ecclesia à Papæ Rom. numero 7. definita.* Explicabat Secretarius Papam Rom. hunc numerum in loco definitivum; Nam vera Sacramenta N. T. probantur saltem duo.

*Carpebat Monachus Lutherum, quod libros Doctorum Eccl. improbare, imò per calumniam addidit, Lutherum improbare 4. Evangelistas & Epistolam Jacobi, omniaq; scripta V. T.* Secretarius demonstrabat Lutherum acceptare integram Scripturam canonicam V. & N. T. neq; improbare alia scripta.

Doctorum Eccl. nisi quæ contraria sunt S. Scripturæ, & quæ auctores præsertim recentiores, gratulando Papæ Rom. in loco scribunt.

Monachus exaggerabat quod Lutherus noluerit Clericos, mundanâ rebus ac opibus adharere; aut corradere divitias per oblationem sacrificij Missæ; argens non licitum esse cuivis corrigere Prælatos Eccl. Et contra eodem concitare odia hominum; siquidem Christus non privavit officio Pharisæos, licet eorum doctrinam culpasset, quin potius populo ut illos audiret præcipit.

Clerici non agant suum officium propter lucrum secularis

Respondit Secretar. divitias justè colligere & sine peccato possidere ita licitum esse Clericis, sicut alijs pijs. Sed propter Sacrificium Missæ corradere opes hominum, non solum est illegitimus modus ditescendi, sed est impia S. Cænæ depravatio. Decet quidem ut ministrantes ad Altare participant de Bonis Altaris monente Christo Matth. 10. etiam Apostolo I. Cor. 9. Sed inconveniens est, ut ministri Ecclesiæ suum agant, propter opes corradendas officium. Tum nolit Monachus Prælatos Eccl. esse corrigendos, affirmat utiq; omnia illorum vitia esse toleranda, contra Exemplum Christi & Apostolorum, qui Pseudopphetas ubiq; reprehenderunt, illosq; evitandos seriò præceperunt. Imò Christus reliquit Judæis liberum de sua doctrina & vita iudicium, Joh 8. Adhuc si Prælati Eccl. cum Clericis sint verè exempti ab admonitione & correctione, cur omnes illi subjiciantur non solum correctioni sed tyrannidi unius Papæ Rom? Quod Christus noluerit Pharisæos officio privandos esse, factum est partim quia tempus mutandæ politiæ Jud. nondum fuerat. partim quia Pharisæici sacerdotes tam politico quam Eccl. Regimini præfuerunt.

*Lutherum castigat Monachus, quod neget homini in conversionis negotio, ac pietatis exercitio liberum arbitrium.* Secretarius declarabat hoc cum S. Scriptura & gratuita hominis salute rectè concordare.

*Urgbat Monachus eos defendere hæresin pridei, damnatam qui negant invocationem sanctorum. Cumq; Apostoli jubent Christianos aliorum necessitates Deo supplicibus precibus offerre, non est obsonum vero, sanctos demortuos nostra rogatione monitos, etiam nostras necessitates Deo indicare.* Resp. Secret. S. Scriptura proponit unum mediatorem inter Deum & homines, Christum, quem invocabimus. Dissimilitudo Exempli, dum vivi pro vivis rogant Deum, non probat mortuos pro viventibus Deo supplicare, ut inde mereantur mortui à viventibus invocari.

*Monachus intendebat probare ex antiquis patribus votum monasticum jejunia certa, aliosq; ritus Religionem declarantes, esse necessariè observandos.* Sed probationem hæere Secretarius monstrabat.

Hæc est summa Refutationis dicti monachi, scripta An. Chr. 1527. in Martio.

## CAP. XII.

*Scripta M. Olaf P. de numero Sacramentorum & usu conjugij.*

**D**efinitur Sacramentum N. T. quod Christus instituit ad conferendam peccatoribus præscripto modo gratiam Dei, habens promissionem certam, quæ fidem utentis Sacramento confirmat. Juxta hanc descriptionem erunt duo Sacramenta N. T. sc. Baptismus, sub quo pænitentia continetur & Cæna Domini.

*In Baptismo non instituit Christus alia*

*matia*

Penitentia  
Papistarum  
est in se sa-  
tisfactoria,

*materialia præter verbum & aquam, Sed Ecclesia ad-*  
didit oleum Balsamo mixtum, quod Recentiores  
vocant Chrisma. Hoc videtur jam nocere Bapti-  
smo, non prodesse propter abusum, quia vulgus  
Christianorum potius chrismati humanitus inven-  
to, quàm verbo & aqua à Christo institutis inesse,  
vim conferendi gratiam Dei præsumit. Cumq;  
Baptismus habeat usum mortificandi carnem, ut  
novus homo resurgat, interprete Apostolo Rom. 6.  
ideo rectè comprehenditur sub usu Baptismi ipsa  
penitentia, quam Papistæ fieri tripliciter tradide-  
runt, sc. contritione cordis, confessione oris, & sa-  
tisfactione operis. Sic in hominis opere & arbitrio  
vim penitentia potius collocarunt, quàm in pro-  
missa gratiâ Dei. Nam confessione oris fecerunt  
præcipuam partem penitentia, per quam peccator  
non tantum fatebitur se peccasse, sed omnia in spe-  
cie peccata, & occasiones peccandi, imò cogitatio-  
nes ad peccandum deliberatas recenset. Hoc qui-  
dem faciet peccator, non liberâ voluntate, & cui vult  
confiteri: Sed ex præscripto recitabit singula suo  
confessario, lege Papali ordinato. Sic erit *constans*  
*confessio*, & quidem præscripta peccatoribus absol-  
vendis certo anni tempore sc. Paschatos peragenda.  
Liberam confessionem peccatoris, quam verbum  
Dei præcipit Deo reddendam esse, intermittunt Pa-  
pistæ, licet plurima Exempla piorum declarant hanc  
Deo gratissimam esse. Dicunt isti hanc clancula-  
riam omnium peccatorum confessionem confessario  
recitatam sufficere; licet hæc clancularia sæpè  
sit cum hypocrisis conjuncta, nec à Christo aut Apo-  
stolis ulli tradita, imò neq; à primitiva Ecclesia,  
ali-

aliquot seculis usurpata. Hinc extat certamen Scholasticorum, alijs volentibus hanc clanculariam à Christo, alijs negantibus esse institutam, teste Gratiano de pœnit. Dist. 1. Confessionem autem publicam usitatam & utilem esse scimus, præsertim dum Notorij peccatores datum à se scandalum deprecabuntur. *Absolutio à peccatis est quidem opus ipsius Dei, tamen conceditur Ecclesie ejus potestas absolvendi* quam administrant loco ac nomine ipsius Ecclesie ejus ministri. Et pertinet potestas absolvendi ad remissionem omnium peccatorum, pro quibus vera agitur pœnitentia. Reservatio casuum, quam Papa Rom. cum Episcopis sibi tribuunt, licet non sit à Christo instituta, possit tamen excusari, si fiat nomine Ecclesie ad correctionem, illorum qui notorij peccatis obnoxij sunt. Sed videmus *personales casus reservari*, qui solam injuriam factam Papæ aut Prælati Eccl. continent, per quam imminui suam auctoritatem aut præbenda tolli aestimant. Hæc peccata, cum sint præsumpta, non verbo Dei contraria, liquet reservationem casuum quarere gloriam Dei non hominum. Quod indulgentia Papæ sit figmentum humanum, per se patet. Nam solius Christi merito liberamur à peccatis, per fidem cordis soli Deo notam. Ergo *hæc thesaurus Ecclesie* (absolutio à peccatis) *non est in potestate ipsius Papæ*, ut cum pro velle dispenset, vel propter alia opera (dicta satisfactoria) peccatorem absolvat; Sed tantum fiat absolutio peccatorum juxta ordinem à Christo præscriptum. Electionem & ordinem ministrorum, Eccl. vocat Papa sacramentum, ut sibi suisq; reservet vocationem Clericorum, postpositâ Electione,

Qualium casuum reservatio docentur Papæ?

ævocatione ipsius Ecclesiæ, quæ in verbo Dei fun-  
 data est. Quales Pastores miserit hæcenus Papa  
 Ecclesijs notum est, quod iidem didicerint contule-  
 re suo ventri, non prodesse animabus auditorum,  
 jam tandem multi pij intelligunt. Legimus autem  
 Apostolos cum consensu votoq; totius Ecclesiæ ele-  
 gisse Matthiam & Diaconos, idemq; faciendum in  
 omnibus Ecclesijs scripta Apost. præcipiunt. Neq;  
 probatur à S. Scriptura, ut sacerdotes ungantur chri-  
 smate, aut ut plures ordinentur, quàm necessitas Ec-  
 clesiæ flagitat. Confirmationem Baptizatorum,  
 factam operâ Episcopi ungentis Baptizatum chri-  
 smate, nunquam probabunt Papiſtæ esse Sacramen-  
 tum, nec eandem à Christo institutam esse ullibi le-  
 gemus. Extremam unctionem sub ratione Sacra-  
 menti necessariam esse morituris, nunquam proba-  
 tur. Testimonium Apost. Jac. 5. non describit hanc  
 unctionem, sed medicinalem, *neq; in potestate alteri-  
 jus Apostoli esse credimus instituere Sacramentum ab Ec-  
 clesia servandum.* Conjugium volunt Papiſtæ di-  
 ci Sacramentum; at quomodo erit Sacramentum  
 Ecclesiæ, quod omnibus etiam Ethnicis liberum est?  
 Prohibuit Papa multos gradus sanguinis & affinita-  
 tis, tam spiritualiter quam carnaliter intelligendos,  
 quorum ne vestigium in verbo Dei extat; quare  
 Christiani minus hac prohibitione obligantur.  
 In copulandis conjugibus juxta modum humanitus  
 præscriptum, non juxta liberum ubiq; consensum  
 contrahentium; etiam quod aliqui conjuges per  
 divortium separantur; Multa hic decrevit Papa  
 Rom. quæ potius augent quam minuunt peccata,  
 tum contrahentium tum separandorum, quod ex-  
 pe-

Conjugium in  
 se non est Sa-  
 cramentum.

perientia probat. S. Cœnam esse verum Sacramentum Ecclesiæ novimus, sed quàm multis modis corrupterit Papa hunc thesaurum Eccl. pijs jam innotescere credimus. Usus hujus Sacramenti ad tempus Paschatos præcipuè alligavit, idq; noluit à solis Clericis sub utraq; specie celebrandum esse: Sed usum calicis prohibitum esse Laicis tradidit. Verum Ecclesia Christi verbo Dei rectè informata hanc corruptelam Papæ contemnit. Circumferunt Papistæ conservatam hostiam in processu monstratam, idq; faciunt non solum contra institutionem Christi, sed cum ejusdem & panis consecrati contemptu; siquidem hic panis erit juxta institutionem Christi manducandus ore ad fidei confirmationem, non vero monstrandus oculis ad faciendam superstitionem. Urgent Pontificij præbenda deberi canentibus Missas pro defunctis & vigilas in memoriam sanctorum; sed hoc exercitium est falsum & superstitiosum. Jubit quidem verbum Dei alendos esse ministros Eccl. ut rectè attendant officio: In quo genere *praclarum nostri majores contulerunt Ecclesia Dei operam, præsertim pij Reges, quorum liberalitas respondebat eorum facultatibus, ut darent singulis Pastoribus Ecclesiarum libera domicilia & honorifica Prædia cum necessaria sustentatione, qua commoditas nomine præbendorum venit, Et servatur hodieq; non propter Missas celebrandas & vigilas; Sed propter administrationem officij Eccl. à Christo instituti, ut Pastores rectius officio attendant.* S. Cœnam non esse sacrificium, ut Christus in illa offeratur suo patri, jam ex institutione Christi didicimus. Jubemur æquidem offerre *sacrificium sanctum* Deo; Sed addunt Apostoli Rom. 12. 1. Pet. 2.

Cur datur clericis stipendium?



tale sacrificium esse *realem Dei cultum* & spirituales hostias, seu preces sanctorum, interprete Apostolo Apoc. 5. Cumq; sit superius probatum non esse purgatorium animarum, neq; sanctos debere invocari, cadunt sua sponte missæ angulares ac vigiliæ sanctis institutæ. Probatur etiam ex S. Scriptura cantiones Eccl. & officium ministrorum Eccl. esse peragendum in congregatione piorum lingua notâ, ut monet Apostolus 1. Cor. 14. nam per peregrinum sermonem non excolitur rectè verbum Dei, ut habitet in nobis abundantè, juxta præscriptum Apostoli Coll. 3. Huic scripto hic summam exarato addidit M. Olavus eodem tempore Aliud de Conjugio, probans id omnibus esse licitum, in specie dirigit stylum ad Episcopos & Prælatos Svec. recensendo incommoda & peccata ab interdicto Clericis conjugio dependentia; addidit commonefactione, ut hi ipsi potius legitimū conjugium eligant, quàm iræ Dei subiaceant, justamq; pœnam divinam per scortationes & adulteria ipsis usitata attrahant, etiam totam patriam ejusmodi peccatis maculatam interitui exponant. Hoc scriptum absolutū prodijt 27. Aug. An. Chr. 1527.

## CAP. XIII.

*Acta Eccl. in comitijs Arosiensibus An. Chr. 1527.*

Conscripsit Electus Rex Gustavus comitia Arosiæ celebranda tempore æstivo dicti Anni, ubi serio tractandam esse Reformationem Ecclesiæ in patria piè cogitabat. Initio convocavit El. Rex omnes ordines Regni ad convivium splendide instructum, in quo singulis loca & sedilia ordinabat. Post festam Regis constitutus est locus Senatoribus Regni. Deinde Episcopis patriæ ordinabantur sedes. Tercio

Rex Gust. ordi-  
dinabat novas  
sedes Episcopis  
patriæ.

quo loco sunt collocati Nobiles Regni. Quartum locum occupabant Pastores Ecclesiarum & Clerici Regni. Quantum cives &c. Hac dispositione locorum offendebantur graviter Episcopi, qui observabant honorem solum hoc modo sibi derogari: Fuit enim hactenus in more positum, nominare Archiepiscopum Regni primum, ipsiq; dare sellam post Regem supremam; Deinde parare sedilia Episcopis patriæ supra sedes Senatorum Regni, & omnes Clericos supra Nobiles collocare. Die sequenti convenerunt omnes Clerici cum Episcopis presentibus, in Templo S. Ægidij, deliberaturi quid incommodi importaret ordini illorum, hæc locorum ordinatio ab El. Rege pridie disposita. *Episcopus Lincopensis Job. Brasche dixit: Nullum est dubium quod novus Rex meditetur nostri ordinis degradationem: Nobis vult auferre Arces & præsidia Regni, que pii Reges olim dederunt Episcopis patriæ. Sic Ecclesia forte denegantur prædia & redditus, ordinis Clericorum ab antiquis temporibus, ad honestam vitam eius sustentationem additi. Quare deliberate fratres quid sit agendum?* Electi Episcopi Scarensis & Stregnen-  
sis respondebant: Facile concedamus Regi prælidia Regni & possessiones seculares, si eas requirit: si de seculo nihil habemus, nihil ad politiam conservationem contribuendum possidemus. *Tunc dixit Job. Brasche: Res seria agitur; si hoc concedamus Regi, indignationem ac perpetuam excommunicationem S. N. D. Papa Rom. habebimus. Tentarunt quondam Imperatores & Reges auferre Episcopis & Ecclesia sua bona: Sed territi excommunicatione Papa Rom. ab incepto destiterunt, quod ipsum hic futurum speramus. Eligite ergo Dn fratres, ab obedientia Papa nunquam recedere: Est enim asyllum Ecclesia, nosq; defendet.*

Clerici Svec.  
 subscripse-  
 runt ordinan-  
 ti Eccl.  
 Rom.

Sic concluderunt omnes presentes Clerici in doctrinâ usitatâ & defensione Papæ Rom. constantèr perseverare; & scripserunt in illo loco protestationem Bonorum Eccl. & primatus Episcoporum; quam subscriptione manuum suarum omnes confirmarunt; Hanc scripturam in secreto, clausis Templi foribus, compilatam sepelierunt sub quodam sepulchrali, factâ obtestatione singulorum, ne aliquis presentium hoc secretum revelaret. Verum post annos 15 prodijt hæc scriptura, & de pavimento Templi extracta, est oblata Regi Gustavo, ut is intelligeret factas fuisse ab Episcopis Papalibus magnas primæ Reformationi insidias & impedimenta plurima.

In his comitijs tractavit Electus Rex Gustavus Reformationem Ecclesiæ in patria, unamq; esse confirmandam Religionem veram monuit. Ignavos rudesq; Clericos esse privandos Bonis Eccl. fideles autem recteq; docentes esse premijs ornandos conclusit. Hanc Reformationem dum Episcopi patriæ summo clamore negabant, irritantes præcipuos proceres Regni, ut hi summis viribus voluntati Regis resisterent, renunciavit Electus Rex Gubernationi Regni, eligens patriâ discedere, dividendis omnibus suis immobilibus Bonis, quam defendere Religionem pravam, repugnante conscientia. Hoc audiens vulgus sibi ditorum, & presentiens hinc magnas exorituras turbas, indignè tulit tergiversationem Episcoporum: Quare monuit seriò Episcopos patriæ, ut voluntati Regis obtemperarent, aut ipsi vindictam plebis expectarent, inobedientibus subditis debitam. Ut autem intelligeret plebs

plebs Regem agere causam justam, rogabat ut fieret publica disquisitio causæ, doctis ab utraq; parte dantibus suæ fidei rationem. Conclusum est Disputatores hanc causam esse publico loco acturos. Proderunt in conspectu omnium de veritate Religionis tractaturi D. Petrus Galle Pontificius & M. Olaus Petri Holmensis Secretarius. Galle noluit Svecicè loqui, M. Olaus noluit Latinè, ut totum auditorium in scientiâ veritatis rectè informaretur. Proponenti igitur D. Gallo fundamenta Religionis Catholico Romanæ. Respondebat M. Olaus Svecicè quicquid ille proponebat Latinè, donec totum auditorium exclamaret, *Fiat colloquium Svecicum.* Hac Disquisitione causæ Religionis ita sunt in via veritatis eruditi multi probi viri, ut fierent postea æquiores Religioni Evangelicæ. Decretum est Ordinantiam Eccl. esse conscribendam, continentem præcipuos articulos statum illius Ecclesiæ concernentes, quorum hi erant primarij.

1. *Episcopi præficiant Ecclesijs Pastores idoneos: Si secus fecerint, sit in potestate pij Regis providere necessitati, ne aliqua conqueratur Ecclesia sibi deesse idoneum Pastorem.* 2. *Episcopi dabunt Regi subputationem Expensarum de Bonis Eccl. annuatim collectarum, ut disponat Rex consensus pleborum senatorum Regni, quantum sufficiat sustentandis Ecclesijs, & quid supersit corona numerandum.* 3. *Conveniant Pastores ab usum officij, ne excommunicent auditores in causis levioribus errantes, quod hætenus fuisse frequens patria noverat, præsertim cogebant interdico Sacramenti tempore Paschatis, ut redderent Pastori nummos restantes in deputato stipendio ejus, licet pauper debitor causam sua agestatis daret, & dilationem peteret, donec*

Disputatio  
Religionis co-  
ram ordinibus  
Regni facta

Ordinatio  
Aros.

Donec haberet quod daret, idq; se promptè redditurum vno  
cipere. 4. Monachi prabendati non mendicabunt.  
5. Monachi mendicantes exhibunt claustru hū saltem in  
Anno, vid. tempore hyemali colligent stipem sotti 5. heb-  
domadibus: totidem tempore æstivo. Si inveniuntur in-  
ordinate mendicare, accipiat Præfectus Regū Eleemosy-  
nam. 6. Episcopus non accipiat Bonum Clericorum  
demortuorum, si legitimi sint hæredes: Et mortuus Cle-  
ricus non faciat testamentum præter vel supra præscri-  
ptum legū patriæ. 7. In omnibus scholis legatur Evan-  
gelium & alia sacra prædicationes ex Biblijs desumptæ.  
8. Providebunt Præfecti Regij, ne indigna grauentur  
circumuersitantibus Eleemosynarijs impijs & mendaci-  
bus &c. Additi sunt articuli ad iudicia Eccl. spe-  
ctantes: Præsertim hi. Non ordinabitur Clericus qui  
predicare purum Dei verbum nolit aut nesciat. Episco-  
pi iudicabunt quidem causas circa conjugium incidentes,  
& casus Clericorum examinabunt: Quæ etiam pecunia  
multæ attia possit ex hū casibus rectè colligi, reddatur  
ejus ratio Regi: Sed si Clericus habeat actorem polit-  
icum, respondebit in foro politico, & si plectatur Cleri-  
cus multæ pecuniariæ juxta legem civilem, numerabit il-  
lam Præfecto Regio. Nam Episcopus disponet de officio  
Clerici, non de errore ejus civili. Numerarunt hæc tenus  
Clerici pecuniam certam Episcopo, quam deinceps colli-  
get Præfectus Regius. Item. Quicumq; inobediens est  
verbo Dei & iudicio Eccl. neq; metuit justam excommuni-  
cationem, in comparebit in iudicio Regū, qui consensu  
priorum seniorum causam dicet; non vero plectetur in pec-  
cator interdictio solius Episcopi. Hanc ordinantiam  
subscriptam publicavit Electus Rex ex iudicio ordi-  
num Regni, mittendo Exemplaria in omnes Pro-

Repetitæ est  
Explicatio or-  
dinantis  
Aros. An 1518  
in Jan. æste  
Hist. Gust.  
par. 1. f. 90.  
Etiam An.  
1519. f. 1670

vincias, ut singuli subditi scirent quid esset in usum Ecclesiæ hic conclusū. Jussi etiam sunt Episcopi Svec. scribere Regi Electo sequentes literas obligatorias.

Nos Johannes Lincopensis, Petrus Arosiensis, D. G. Episcopi, Magnus Scarenensis & Magnus Stregnensis, eadem gratiâ Electi, significamus nos cum duobus Capitularibus Absal. & duobus Rex, additis quibusdam ex nostris Capitulis, fuisse in hoc conventu Arosiensi presentes ad mandatum Sereniss. Regis nostri Electi, illustrissimi Gustavi & C. Inter alia que proponebantur ab illustriss. Rege suis querentia, quod quidam nostri antecessores abusi sint eminentiâ & privilegijs officij, dum auderent se opponere Regibus & legitimo suo Magistratui, introducetes in salū Regni quoddam, externas Reges, licet id cum summâ Regni perniciose esset, conjunctum Hoc ne in posterum accideret, concluderunt ordinis Regni, ut Episcopi resignarent Arces quas hactenus sub Christianismo possederunt, & ne ipsi alerent plures servos vel milites, quam Rex concederet. Quod autem supersit de Ecclesia Boni honesta Episcoporum sustentationi, olim officio hinc attributum, id totum voluerunt ordinis Regni reddendum esse Regi vel corona, licet, quos Reditus habent Tempia cathedralia, Canonici & prabendarij ex prædijs Eccl. adscribentur illi fisco Regni Igitur ne nos locum suspitioni demus, quasi possessionibus Eccl. abuti velimus, testamur hæc literis nos hinc decreto ordinū Regni velle acquiescere. In cujus rei testimonium sigilla nostra apponimus. Dat. Arosiæ postridiæ S. Job Baptistæ, An. Chr. 1527.

Obligatio Episcoporum patris.

Propter hanc scriptam obligationem ait Chyt. in Chron. Sax. l. 12. Gustavus b. m. Electus Rex Svec. noluit ante coronari, quam Episcopi depositâ gubernatione politicâ, sibi tantum & proprijs officij sui partibus docendi & visitandi vacarent. Finitis his comitijs

Chytrius

Arces Episcoporum patriæ  
recepit pius  
Magistratus.

missi sunt nuncij Regis ad omnes Cathedralis Ecclesias, qui acciperent indicem prædiorum Ecclesiarum & Arces Episcoporum præsidio Regis munirent, scilicet in Sudermannia *Tönelöö* / in Westgothia, *Läcköö* / in Ostro-Gothia *Munkboda* &c. Paulò post venit Rex Gustavus Lincopiam, cui præparavit Episcopus Johannes *Brasche* splendidum convivium, cupiens omnem suspicionem infidelitatis ac factionis à se remove, ut majori libertate viveret, & datâ occasione fugam subornatam perficeret, quod etiam factum est. Ut autem posset is suum propositum omni excluso impedimento peragere, & quasi connivente Rege fugere, petivit à Rege veniam abeundi in Gothlandiam, olim ad Ostro Gothiam & Diæcesin Lincopensem pertinentem, ut illam insulam ratione officij visiteret, & profectum Christianismi in illa Gothica Regione exploraret. Cumq; præsumpserit Episcopus piam sui abitus causam, dedit Rex petenti veniam, quâ concessâ, visitavit Episcopus primò Tempia & Claustra Ostro-Gothiæ & Smolandia, diripiens inde Bona quæ secum deportare poterat, quibus Bonis Eccl. ditatus Regno discessit, fugiens Dantiscum, ubi invenit profugum Electum Archiepiscopum Joh. Magnum, cum quo aliquandiu vixit, donec satis uterq; tentassent flectere Regis Svec. Gustavi animum, ut admitteret illos ad pristinas dignitates & inviolatam officij conditionem, redire. Dum vero id penitus excludi cognoscerent, discesserunt ambo; Joh. magnus in Italiam, pergebat, Venetijs subsistens. J. *Brasche* in Poloniam ibat, ubi in clauastro vitam finivit.

## CAP. XIV.

*Acta Eccl. in Comitijs Strengnes. An. Chr. 1528.*

Convenerunt hoc Anno ordines Regni Stregne-  
 sij, juxta vocationem Electi Regis congregati,  
 ubi tractatis Articulis securitatem patriæ spectanti-  
 bus, urgebant præsentis ordines ut Electus Rex pro-  
 cessu solenni coronaretur. Annuens itaq; precibus  
 subditorum Rex Gustavus, monuit illos ut liberè di-  
 cerent ante hunc processum, siquid in formâ Regi-  
 minis aut causâ Religionis viderent observandum  
 esse, *ne post coronationem Regis agerent Bacchanalia,*  
*prout antiquis temporibus quandoq; factum legitur.* Pro  
 hac oblatâ clementiâ egerunt subditi humilimas  
 gratias. Deliberabant aliqui monendum esse Re-  
 gem ut cautè in negotio Religionis procederet, im-  
 primis caveret, ne monachi & moniales, contempto  
 sacro voto, claustris exirent & nuberent. Item ne  
 admitteret Rex antiquum ritum abstinendi à carni-  
 bus die Veneris esse mutandum, ne invalesceret cla-  
 mor in patria, nos perdidisse antiquam fidem ca-  
 tholicam. His respondit Electus Rex, promittens  
 se verum Dei cultum ipsamq; pietatem quovis mo-  
 do Dei gratiâ conservaturum. Voluit etiam Rex  
 Gustavus ante actum coronationis suæ ordinandos  
 esse tres Electos Episcopos, sc. M. Magnum Stren-  
 gnensem, M. Magnum Haraldi Scarensem, & M.  
 Martinum Aboëniem; idq; factum est die 5. Janua-  
 rij, ordinante illos Episcopo Arosiensi Petro, non  
 requisito consensu aut investiturâ Papæ Rom. His  
 finitis comitijs conclusum est ut ordines Regni per-  
 gerent cum Electo Rege Upsaliam, ubi coronaretur.

Ordinantur  
 Episcopi Svec.  
 ricibus Eyan-  
 gel.



*Admonitio pia publicè facta coronato Rege Svec.  
Gustavo I.*

Constituto tempore coronationis Regiæ, conven-  
erunt Ulfalix ordines Regni An. Chr. 158. ubi  
habito consilio seniorum, duxerunt necessum cleri-  
ci honorandum esse hunc processum fideli admoni-  
tione publicè instituendâ, quam ordinator habuit in  
publica concione hoc modo formatam.

**O** Pij Auditores, deest nos Christianos hoc Chri-  
stianum festum nostri pij coronandi Regis chri-  
stiano more celebrare. Si enim hanc causam men-  
tibus inconsideratis & affectu carnali minusq; reli-  
gioso tractaverimus, benè succedere nequeat.  
Quod enim sine Dei invocatione suscipitur, prospere  
successu carebit, & quod negotium homo, omisâ  
informatione verbi Dei, aggreditur, id rectè admini-  
strare non potest. Igitur si hoc festum christiano  
more celebremus, audiamus verbum Dei, quod in-  
format & Regem & subditos, quomodo piam vitam  
instituant & societatem civilem modo Christiano  
colant.

*Primò audiamus initium magistratus à quo & quare  
capit.* Verbum Dei dicit omnem magistratum in-  
stitutum esse à Deo ad corrigendos improbos, pu-  
niendos malos ac defendendos bonos, teste Aposto-  
lo Rom. 13. Cumq; homines sint naturâ improbi, plu-  
rimaq; populi pars licentiosam vitam eligit, ideò  
castigatio improborum, & refrenatio licentiæ hu-  
manæ erit ad conservandam politiam necessaria: Sic  
magistratus officium concernit publicum commo-  
dum hominum. Quod si officium Magistratus admi-  
ni-

Unde capit  
officium ma-  
gistratus.

nistratur impiè, infertur societati hominum damnum publicum. Verum ut Magistratus, præsertim pius, suo rectè fungatur officio, erunt hæc observanda, quæ ad præsentium informationem sufficere arbitramur.

Instructionem constituendi Regis hanc dedit Deus suo populo Deut. 17. præciciens ut *eligerent Regem ex proprio populo, non alieno. Item noluit Regem coarctare divitias, aut plurimos alere servos; Sed præcepit illi legere librum Legum Dei, ut disceret servare Deo, ejusq; mandata servare.* Adhuc jussit Deus serio ut Rex deponeret superbiam, quò stabiliret filio suo Thronum, & justitiam rectè administraret. Hæc equidem est informatio Regis Israël: Sed non contemnatur ab alijs pijs Regibus, qui juxta voluntatem Dei imperare eligunt, & benedictione divinâ frui gaudent. Igitur ex instructione divina hæc notabilia eruemus. *Primo* venit notandum, quod ipse Deus eligat Magistratum, denotando personam idoneam, cujus mentem varijs donis officio convenientibus ornaverit, eumq; pium ac probum informatione verbi Dei illuminat quotidie, ut gratiâ spiritus rectè imperet, dignaq; officio faciat. *Deinde* voluit Deus Regem de suo populo esse eligendum, & quidem, confert plurimum ad bonæ politiæ conservationem habere Magistratum gnarum legum ac consuetudinis patriæ. Prohibetur Rex colligere opes & copiam servorum alere; non quod his omninò careat; sed ut hisce non confidat. Habuerunt exercitus copiosos & opes necessarias pij Reges, David &c. Sed in his caducis spè posuerunt nullam. Chaldaei, Persæ, Romani non caruere armis, attamè superati sunt. Adhuc præcipitur Regi ut semper legat legem Dei & discat timere Deum.

Deus eligit  
personam Re-  
gentis.

Regis officium tanta majestate & eminentiâ pollet, ut præbeat inconsiderato administratori occasionem discedendi à timore Dei, ut is in loco superbiat, & in officio Tyrannum agat: Sed præceptum Dei castigat inconsideratum, & retinet obedientem in timore Dei, ut discat Rex colere Deum superiorem, & proximum suum diligere, non opprimere. Hoc mandatum sæpè inculcatum corrigit Regem, volentem pro lubitu imperare, jubetq; illum administrare subditis justitiam, ut neq; prosopolepsia, parcat superioribus in perniciem inferiorum, neq; immisericordia conculcet pauperes & egenos, ut planè succumbant. Recordetur Rex honorem sibi loco Dei deferrì, & obedientiam sibi deberi propter officij verè divini administrationem justamq; gubernationem; non verò personalem sibi cultum tribui, ut ipsa Regis persona honoretur, & in loco definiat quodcunq; placuerit. *Sic discit pius Rex honorem sibi à subditis oblatum in Deum auctorem referre, memoriâ semper hoc conservans, esse populum Dei cui imperat, se verò esse Dei servum.* Gerunt etiam gladium omnes servi Regis & officarij politici ut injuriam subditis auferant, nullam verò inferant. Timor Dei retinet Regem in humilitate, ne cupiat potenter sed piè dominari, modo regat illum spiritus Dei, qui humilibus dat gratiam. Rex non aggreditur delicias, imperaturus subditis. Vita Regis est conjuncta cum molestiâ viribus humanis per se impari; quod considerans Rex non consecrabit se voluptatibus & ignaviâ, sed impetrabit gratiam Dei precibus quotidianis, exemplo Salomonis Prov. 18.

*Dispositio administrandi officij consistit in Regis*

Honor competit Magi-  
stratui loco  
Dei.

amore & scientiâ. Ille respicit commodum subditorum; Hæc justam administrationem officij. Si unum horum deest, debilitatur imperium. Scientia enim sine amore, quærit proprium, non commodum subditorum; Et amor absq; scientia nihil efficere potest. Quod cura Religionis etiam pertineat ad pium Regem, ut veritas verbi Dei maneat integra, & ordo Eccl. rectè floreat, videmus id esse mandato Dei pijs Regibus injunctum. *Qualis enim esset amor Regis erga subditos, si suâ culpâ permetteret animam illorum perire?* Ergò sicut Rex habet ratione externi Regiminis inspectionem in politicos officarios; ita habebit ratione Christianismi ac pietatis inspectionem in Episcopos & Prælatos Eccl. ut *conjunctim floreat justitia in politia, & pietas in Ecclesia.* Quod si corrigat justus Rex negligentiam & malam administrationem officiariorum suorum, si velit pacatam habere Remp. Annon idem pius curet profectum Ecclesiæ, si habere velit gratiam Dei, & promptos pièq; obediens subditos? Præsertim cum major sit cura animæ quam corporis, etiam gravius illius damnum quam hujus? Neq; poterit Christianus Rex absq; perditione propriæ salutis ad perditionem animæ subditorum connivere. Hinc videmus *pios Reges, Davidem, Josaphatum, Ezechiam, Josiam &c. piè fovisse curam Ecclesiæ, verâq; Religionis.* Idem fecisse in nostra patria *pios rectèq; illuminatos Reges, Biornonem III, Oloum Ståkonung, S. Ericum, S. Oloum & plures qui amore salutis propriæ & subditorum ducti erant, rectè novimus.* Cumq; pij Regis officium sit avertere damnum subditorum, etiam cum proprij capitis periculo, neq; sit

Dispositio  
Regentis.

Pius Magister  
tus habebit  
curam Reli-  
gionis.

fit majus damnum perditione animæ, decet itaq; ut hanc omnibus modis avertere nitatur. Sin vero incurrat Rex periculum corporis hoc faciendo, ut etiam per violentiam hostium (Turcæ vel aliorum hæreticæ pravitati addictorum) vitam temporalem amittat, sciat pius Rex suum martyrium Deo placere. Christianus homo non præsumat se posse tentationibus carere, vitamq; agere securam, quia Sathan & impij homines insidiantur pijs, & quibus possint modis hos de terra debellandos cogitant, ut Sathan cum suis juxta placitum hic vivere possint, & Bonis terræ à Deo creatis gaudere. Prædixit itaq; Christus crucem & afflictionem hic semper manere pios, ut probetur fides illorum. Quod si adversi quid eveniat pio Regi, sciat id contingere sibi à Deo dispositum, ut per constantiam confessionis & patientiam persecutionis possideat animam suam. Sin vero officium Regis succedat benè, ut tranquillam ducat vitam, agat gratias Deo, semper paratus ad ferendam aliam conditionem & fortunam adversam.

*Serenissimus Princeps noster Electus clementiss. Rex* audivit Regulam Divinam pio Regi præscriptam, quam si velit imitari, sciat se manere in conscientia securum, & certissimum de auxilio Dei in quavis conditione sibi paratissimo. Nunc audiamus dilecti fratres, quid sit officium piorum subditorum erga suum Magistratum.

*Primo* scimus esse mandatum Dei, ut subditi obediant suo Magistratui in omnibus quæ ad Dei gloriam & politiæ conservationem pertinent, teste Apostolo Rom. 13. idq; non solum propter libera-

Officium sub  
ditorum.

rio-

tionem à pœna, sed propter conscientiam. Sic dabitur rectè Magistratui honor, ad declarandam subjectionem ac obedientiam, etiam tributum ad sustentationem Regiminis necessarium. Qui ergo opponit se Magistratui, iudicium Dei non effugiet. neq; tangit obedientia solam personam Regis, sed debetur etiam ijs quos mittit Rex, ut iustitiam in politica administrent, sic explicante Apostolo 1. Pet. 2. Ad integram obedientiam pertinet itidem, ut leges & constitutiones Regis ad politicae conservationem necessarias ritè observemus: Sed si aliquid præcipiatur à Rege quod pietati ac verbo Dei contrarium est, iustam dabunt subditi excusationem, quod debeant juxta Regulam Apost. Act. 4. Deo magis obedire quàm hominibus. Ab hac obedientia non eximuntur aliqui subditi, licet in superiori gradu constituti; Sed *omnes omnino Nobiles & plebei, Clerici & laici eodem legû rigore magistratui obligantur.* Dum aliqui se eximunt, & excitato tumultu sese objiciunt legitimo Magistratui, notum est quantas attrahunt non tantum sibi ipsis, sed toti Regno calamitates, idq; nos Sveci sapiùs sumus experti. Si voluisset Christus ut Episcopi resisterent Magistratui, eiq; negarent obedientiam, non ipse obedivisset Magistratui Ethnico, nedum dedisset vestigal in Capernaum. Cum vero sit Christi mandatum dare Cæsari sua, & Apostoli id rectè inculcarint, excipientes neminem ab obedientia Magistratui debitâ, certè exemptionem Clericorum vel aliorum hic non valere statuimus. Hoc considerantes pij Auditores, cogitemus quodnam festum hodiè celebremus.

Deus omnipotens & benignissimus pater, post

Commenda-  
tio El. Regis  
Sv. Gustavi I.

magnam persecutionem & extremam calamitatem dilectæ patriæ ab externo Rege illatam, recordatus est suæ misericordiæ, dando nobis hodiè *Regem de semine Suetico factum*, cujus fortissimâ manu, divinâ benedictione & mirabili (ut verum fateamur) fortunâ liberata est patria nostra de servitute Tyranni. Excitavit Deus hunc Electum Regem, quem convenientissimis donis ornatum, disposuit huic officio aptissimum. Novimus enim *hunc Principem esse piûm, sapientem, patriæq; amantissimum*. Insuper declaravit omnibus se esse humilem Deo, pacificum, & Tyrannidis osorem. Huic fortunatum hactenus Regimen concessit divina bonitas. Huic sunt amicitia conjuncti multi Reges ac vicini Principes. Hic firmavit imperium muvitis Arcibus ac Civitatibus. Hic armavit se apparatu bellico ad resistendum hosti, si occurrat. Sumptus in Regno collectos & expensas subditorum non expendit in proprium, lucrum aut honorem personale; Sed in defensionem patriæ. Præcipuum maximeq; laudandum est in hoc Rege, quod *foveat curam veræ Religionis, summoq; studio defendat veritatem Evangelij*, cui operi ita benedixit Deus ex alto, ut totam patriam jam à tenebris papisticis liberatam in Evangelij lucem, esse traductam ovantes gloriemur. Hoc non dicimus quasi Regem præsentem laudantes, aut aliquid auribus dantes; Sed ut excitemus nos ipsos ad cognoscendum bonum nostrum, quod rectè possimus triumphare in veræ Religionis ac ordinatæ politiæ conservatione. Sic laudabitur ab omnibus nobis benignissimus Deus. Dona enim quibus ornavit omnipotens Deus Regem nostrum, nostra sunt.

nostro quippe usui infervientia. Latemur & exultemus in Deo nostro.

Quare lam libentè ommitterem, quod pauci sint qui rectè cogitant hoc bonum, dignasq; Deo gratias tribuunt: Sed cum veritas erubescat abscondi, sintq; excitandi ad veritatis inquisitionem, & considerationem Bonitatis Dei patriotæ, monemus pio zelo omnes ac singulos, ut recolligant dicta nostra & facta Dei cognoscant grati, si velint effugere comminationem Dei Os. 13. Dedi eis Regem & auferam &c; Si hoc malum contingat, discant ingrati experiri mala prioris temporis. Pietatem nostri Regis quidam patriotæ falsò calumniantur, quod nobis

Refutatio calumniantorum

ô auditores, ignotum esse nequit. Causa est, quia pius Rex neq; velit neq; debeat admittere superstitionem in cultu Dei olim introductam, quæ potius luxuriat Bonis secularibus, quàm pietate cordis, magis spectat hypocrisin, quàm synceram fidem. Nec desijt fortè clamor aliquorum accusantium imperium Regis nostri impietatis, quod negetur Clericis luxus inutilis, illisq; præcipiatur docere vera & salutaria, doctrinæ Christi & Apostolorum conformia. Dolendum est plurimos Clericorum potius falsa, quàm vera hætenus tradidisse populo, & dum errores & peccata corrigerent, in errores communem plebem induxerunt & peccata auxerunt: Sic licentia & luxus horum Prophetiam Judæ complet. Hos etiam contemnere dominationem satis exploratum est, vah perditum seculum! Quod si redeat hæc ingratitude, panam Dei non abesse certum est. Qui novit dare pium Regem, novit eundem auferre in panam subditorum, dans



in furore Tyrannum, quem talis ingratitude mere-  
tur. Sic tandem agnoscamus Bona, dum amissimus  
*Nostrum officium qui sumus Prædicatores, est monere au-  
ditores, non regere subditos.* Regi cum suis officarijs  
relinquamus sua, studiosius invigilantes mandato  
operi. Quare pij Auditores, maneamus singuli in  
officio concredito, ut Deus nostris laboribus bene-  
dicat. Rex imperet. Episcopi & Pastores fidelitèr  
prædicent verbum Dei, sintq; cum omnibus subditis  
Regi obedientes; Agamus omnes divinæ bonitati  
gratias, quod purum Dei verbum habeamus, in Chri-  
stiana charitate vivere discamus, & pace Bonisq;  
temporalibus rectè gaudeamus. Oremus ut Deus  
custodiat Bonum quod dederit, & nos in æternum  
velit salvare.

Hoc si fecerimus, dignè celebramus præsens Fe-  
stum, ac fidele Homagium præstamus Regi, quod eo  
rectius servemus integrum, quo fidelius considera-  
verimus, illum plus nostris commodis quàm suis in-  
servire, plus oneri officij, quam honori majestatis  
studere. Deus confirmet & conservet illius Re-  
giam Majestatem, ut hic regnet piè in multos annos,  
& post depositam Regiminis molem donetur à Chri-  
sto coronâ vitæ æternæ. Qui hoc mecum fidelitèr  
optant, dicant Amen.

## CAP. XVI.

*Edictum Regis Suec. prohibens immobilia Bona Eccl.  
injustè auferri Ecclesijs.*

Postquam intellexisset Rex Gustavus ex quere-  
la subditorum, clericos agere rigidos sui stipen-  
dij.

dij ab auditoribus Exactores, quia pars Decimarum ex Decreto ordinum Regni cesserit politia; itaq; scripsit Rex Diploma Anno 1528, monens ne Clerici peccarent contra Decretum Arosiense, exigentes ab auditoribus stipendium ultra præscriptam Legem. Addidit tamen, si possent confidenti Pastores colligere per benevolentiam Auditorum, præsertim ditiorum, donaria plura quàm ordinantia præscribat, ut Pastores uterentur hac illorum benevolentia grato animo, quasi amicorum, ornati præmijs, non velut subditorum locupletati expensis; hoc rectè faciendum seriò iussit. Hactenus solebant Auditores dare Pastoribus alicubi locorum Faurum vel Vaccam in Testamentum mortui viri vel mulieris ditioris, hortabatur Rex Pastores agnoscere hanc Auditorum benevolam gratitudinem non debitam mercedem. Alibi dabant Auditores Pastori decimam partem omnium Bonorum à mortuo viro relictorum, retinentes vicissim Decimas frumentorum, quas inferrent quotannis in Ecclesiæ Granarium, juxta Leges Svec. Hanc correxit Rex suo Diplomate Ataxian; insuper quædam videbat digna animadversione in scripta nostra lege Tit. de Eccl. Rychtobalten, quæ juxta ordinantiam Arosiensem emendabat.

Adhuc conquerebantur Nobiles in patria possessiones hæreditarias Bonaq; sua immobilia sibi plurimum esse ablata à parentibus & majoribus illorum, qui à monachis edocti dandam esse Templis ac Claustris, summam Bonorum & prædia, amplissima, pro redemptione animæ de purgatorio, ut datis Bonis prolectati sacrificuli & monachi Mis-

Hist. Guss.  
 par. 1 f 189.  
 Ante Reformationem  
 erant Auditores Clericis  
 benevolentiores, quam postea.

fas celebrarent demortuo profuturas. Cum jam hæredes agnoscerent hanc doctrinam fuisse vanam & superstitiosam, ut donaria hoc nomine collata Ecclesiæ, potius ignominiam quàm gloriam Dei concernerent, rogabant submissè Regem, ut hæc Bona immobilia Ecclesijs & Claustris superflua, redirent ad legitimos hæredes. Aliqui subditi etiam præsumebant propriâ intentione absq; consensu Magistratus, Bona immobilia ab Ecclesijs alienare, itaq; fecit pius Rex hoc decretum, pro conservatio-  
ne Bonorum Eccl. publicatum.

» **N**OS Gustavus D. G. Svec. Goth. Vand. &c. Rex,  
» significamus revera Nobis compertum esse, quod  
» multi subditi, tam Rustici quàm Nobiles in omni-  
» bus Regni Diæcesibus auferant absq; legitimo juris  
» processu, à cathedralibus & alijs Templis prædia ac  
» possessiones immobiles in terra vel aquâ sitas, quæ  
» Bona ad illos aut illorum fortè majores nunquam  
» pertinuerunt. Quoniam id fieri contra constitu-  
» tiones Arosienses videmus, ubi *præcipitur omnibus,*  
» *qui post inquisitionem R. Caroli Anno Chr. 1454 factam,*  
» *presumunt sibi aliquid esse juris ad obtinenda Bona Eccl.*  
» *qua subsunt Claustris, Templis vel prædijs Pastorum, ut*  
» *omnes illi in publico judicio primum compareant, ibiq; ra-*  
» *tiones sua prætensionis demonstrant; Deinde accedant Re-*  
» *gem cum literis à judicio confirmatis, quod illa Bona ad*  
» *familiam hanc olim pertinuissent. Si velit Rex eadem*  
» *Bona esse familia reddenda, confirmabit id Edicto spe-*  
» *ciali; Absq; hac approbatione ac gratiâ speciali quod*  
» *nullus ingrediatur Bonorum Eccl. possessionem se-*  
» *riò cautum esse videmus. Has constitutiones in-*  
» *intelligimus vulgò contemni, dum singuli auferunt*

Inquisitio Re-  
gis Caroli Ca-  
nuti An. 1454.

Bona

Bona Eccl. sine nostro consensu. Quare his literis  
 mandamus Episcopis & Capitularibus in omnibus  
 Diæcesibus, ne permittat vim inferri Bonis Eccle-  
 siæ: Sed ut omnia Bona immobilia & possessiones  
 particulares in terrâ vel aquâ sitas, quæ hæcenus  
 in possessione Ecclesiæ fuerunt, conseruent & re-  
 tineant, donec aliquis ex capitulo Nos accedat  
 responsurus illi qui id Bonum sibi vindicare cogitat.  
 Quicumq; horum controversantium meliores ha-  
 buerit rationes, obtinebit causam. Quod si Actor  
 mereatur illius Boni possessionem habere, confir-  
 mabitur ipsum nostro edicto. Nostris itaq; præfe-  
 ctis & officarijs polit. præcipimus sedulo observare,  
 ne quisquam quid injuriæ contra nostrum manda-  
 tum Ecclesijs aut Clericis inferat; quin potius fa-  
 ciant, ut omnes qui actiones de recipiendis ab Ec-  
 clesia Bonis instituunt, se examini nostro submit-  
 tant, antequam ullum sibi jus illius Boni attribuunt.  
 Huic decisioni acquiescent omnes, qui Regiam in-  
 dignationem evitare volunt. Datum Holmiæ 26.  
 Maij Anno Chr. 1528.

## CAP. XVII.

*Concilium Örebrogense de Reformatione Ecclesia Svec,  
 Anno Chr. 1529. celebratum.*

*Hist. Gust.  
 par. 1. s. 2. 6.*

**R**EX Svec. *Gustavus* indixit comitia Örebrogia Ne-  
 rictorum celebranda Anno nominato, in quibus præ-  
 cipua congressus causa erat Reformatio Ecclesia in patria,  
 ut veritas Evangelij hic claresceret, abjecto superstitioso  
 cultu ab Ecclesia Romana, ejusq; capite Papa, olim in pa-  
 triam introducto. Adfuerunt in hæc comitijs præcipue Cle-  
 rici in tota patria cum Nuncio Regio & Secretario Hol-  
 menæ

mensi, qui hac decreta & constitutiones Eccl. publicis subscriptionibus confirmarunt, & patriâ linguâ publicarunt, illa rectè reddito sic sonant.

In Nomine Domini Amen.

**N**OS infra scripti Laurentius Andreae Archidiaconus Ubsal. Præses sedis Archiepiscopalis & Regius Nuncius. Magnus Haraldus Scarenfis. Magnus Sormar Strengnenfis, Petrus Magni Arosiensis, Episcopi, & ex omnibus Diæcesibus Svec. Clerici. *Diac. Ubsal.* Laurentius Martini, Petrus Svenonis Canonici. Johannes Röttemåster Pastor Holm. Olaus P. Secretarius Holm. *Diac. Lincop* Ericus Magni cantor, Thorerus Magni & Andreas Haquini Canonici. Nicolaus Canuti Pastor Sudercop. Georgius Joh. Pastor Skening. Sveno Benedicti Pastor Vastenenfis. *Diac. Scarenf.* Sveno Jacobi Præpositus Cathedralis. Magnus Amberni Archidiaconus. Jonas Andreae. Laurentius Olai Canonici. Benedictus Petri Pastor Ludof. *Diac. Streng.* Daniel Magni. Petrus Laur. Canonici. Michaël Christierni Canon. & Pastor Ny-cop. Nicolaus Benedicti Pastor Örebrog. Carolus Benedicti Canonicus & Pastor in Rumbia. *Diac. Aros.* Johannes Lönnemus Canonicus. Christopherus Car. Prædicator. Olaus Olai Canon. & Pastor Silendbroo. Everhardus Andr. Canon. & Pastor Lexan. Gudmundus Car. Pastor Kuml. Vincentius Nicolai Prædicator Arbog. *Diac. Wex.* Petrus Svenonis, Gutmundus Spægel Canonici. Ex ordine Prædicatorum Henricus Joh. vicarius. Sveno Torberni. Boëtius Joh. *Ex Monasterio Westenersi.* Nicolaus Amundi Confessor. Torstanus Petri. Petrus Nicolai. *Ex ordine Minorum,* Haquius Nicolai custos.

Fran-

Franciscus Magni, cum alijs Clericis, qui sumus in concilio Örebrog. congregati, fatemur nostri esse officij, prædicare purum Dei verbum, & summo studio anniti, ut voluntas Dei in verbo ejus revelato, patefiat auditoribus nostris, per institutam diligentèr in omnibus Templis, tam urbanis quam ruralibus, prædicationem. Quare promittimus nos in posterum id seriò facturos. Nos Episcopi habebimus fidelem inspectionem, ut Pastores Ecclesiarum in singulis Diæcesibus rectè doceant verbum Dei, modo velint suo officio præesse, & curabimus ut quotidie in Templis cathedralibus habeatur lectio è S. Scriptura Orthodoxè explicata, cui attendant non solum scholares, studijs ibidem invigilantes: Sed etiam juniores Prædicatores ruri degentes. Idem fieri in Scholis cathedralibus confultum videmus, ut illuc conveniant simul Clerici chorales, in verbo Dei rectè instituendi. Hoc modo speramus sensum verbi Dei verum, gratiâ Dei omnibus planè innotescere. Nos etiam Episcopi procurabimus ut discipulos in Scholis habeant rectum Textum Bibliorum, præsertim N. T. Latinum, & ut præficiantur Ecclesijs Civitatum docti viri, ad quorum conciones sæpè congregabuntur simplices Pastores ruri degentes, ut inde proficiant in vero sensu verbi Dei. Ad hos rurales etiam Pastor Civitatis quandoq; accedat, & in conventibus illorù verbum Dei rectè proponat. In monasterijs Civitatum fiat concio verbi Dei horis pomeridianis, ne impediatur concione in Templo Civitatis antemeridianam. Caveant Pastores effutire in concionibus odia personalia cum auditorù scandalo conjuncta. Si quid invenerint doctiores quod reprehendant

Prima Reformatione cepit ab assidua lectione S. Scripturæ

in aliorum concionibus aut vitâ, id modestè & primò privatim agant. In omnibus concionibus recitentur hæ partes Catechismi, Pater noster, Credo & Ave Maria in gratiam simpliciorum Auditorum: & Decem præcepta bis singulis mensibus absolvant, Prædicatores. Principium concionis erit omnibus idem, sic etiam clausula.

Scholares non diu versentur ruri ad colligendam stipem emissi, sed maturè redeant. Hi cavebunt sedulò, ne mendacia spargant, aut de Religione cum quodam tractent ruri, idq; Pastores Ecclesiarum observabunt. Jus canonicum constituit aliquot gradus sangvinis & affinitatis, in quibus nolit matrimonium esse contrahendum, quos gradus verbum Dei non prohibet. Illi igitur, quibus data est potestas dispensandi in his casibus Eccl. utantur hîc libertate Ecclesiæ, & datis gravibus causis relaxent, prohibitionem papalem, cavebunt tamen ne dispensatio sit conjuncta cum scandalo infirmorum. Pænitentiarij præscribant eam publicam pænitentiam notorijs peccatoribus, quæ pænitentes erudiat, & alios de peccati gravitate informet. Videtur necessum, ut homicidæ tractentur rigidè, cum hebescat gladius, quo tollerentur ipsi de medio. Monachi subsint inspectioni Episcopi loci, præsertim in causa Eccl. quæ Prædicationem Evangelij spectat.

Quoniam nimis multa Festa Sanctorum celebrantur, quæ occasionem citius peccandi, quàm Deum colendi subministrant, ipsaq; necessarios labores impediunt, judicamus sufficere, ut Festa Concept. Nativ. præsent. & Passionis Christi. Item Pentecoste & Apostolorum feriæ cum diebus patronorum

*Ferise super-  
stitiosæ fiant  
in patria,*

rum ferventur. Alia feriæ cum tempore fileant per prudentiam Episcoporum abrogatæ. In Civitatibus quæ Templis uno pluribus ornantur, ut in illis plures conventus Eccl. simul fiant, parebunt omnes uni Pastori. Item cavebunt Episcopi, ne levibus de causis scribant schedas mendicantibus stipem, ne populus plus justò gravetur. Abusus ceremoniarum Sacrarum viguit hætenus multiplex; quare usum vulgarium ceremoniarum, gratiâ informationis hic explicabimus. Aqua lustralis non abstergit peccata, quod solus sanguis Christi facit: Sed ea revocat in memoriam usum Baptismi, quo sumus lavati in peccatorum remissionem. Imagines Sanctorum non retinentur propter cultum: Sed propter memoriam Christi & Sanctorum, ut imitemur vitam & pietatem illorum. Palmas non consecraverunt primitus Religiosi propter fiduciam auxilij inde expectandi: Sed ad recordationem palmarum Christo substratarum. Candelis consecratis die purificationis Mariæ non tribuitur sanctitas; Sed lumini vero Christo, in Templo Jerus. oblato, quem consecrata candela designat. Unctio externa Chrifti significat internam unctionem Spiritus S. fidelibus necessariam. Usus campanarum tantum ad convocandam plebem adhibetur. Ædificatio Templorum non est per se cultus Dei, siquidem Deus non habitat in Templis manufactis: Sed necessitas monet Christianos habere loca ubi conveniant ad peragenda sacra. Consecrantur Tempia; Item Sal, cibus aliq; usui piorum destinata, non ut sint in seipsis sancta; Sed ut sint nobis sancta; Seu oramus ut his rebus sanctè utamur, ne prophanemus nomen.



Dei in Templo, aut circa usum rerum Sacrarum occupati. Sic prodest hæc benedictio non rebus consecratis, sed nobis qui illis uti debemus. Informentur ergò Auditores simplices, ut dent potius suas candelas pauperibus, quàm ut illas coram imaginibus accendant, Jejunium non est ipse cultus Dei: Sed subtrahitur hoc modo voluptas carnis, ut præparetur animus pij hominis, ad serium Dei cultum celebrandum. Feriæ peraguntur, non propter specialem Dei cultum feriendo peragendum: Sed ut Tempus detur auditui verbi Dei opportunum, & recreentur operarij laboribus defatigati.

Cur instituta  
sint peregrinationes ad  
locos,?

Adhuc informentur simpliciores, quod ritus usitati diebus Parasceve & Resurrectionis Christi, nullum habeant alium usum, quàm ut inculcent in memoriam facta Christi, qui pro nobis passus est & resurrexit. Peregrinationes ad loca sancta quantâ fieri possit moderatione removebuntur. Erant quidem primò institutæ, non propter singularem cultum Dei, aut indulgentiam peccati in ijs locis (siquidem Deus est ubiq;) oblatam pœnitentibus: Sed ut homo Religiosus in ijs locis meliorem acciperet notitiam Dei essentia & voluntatis, per prædicationem verbi Dei à doctis viris ibi propositam; accurret etiam affectum pietatis visio rerum religiosarum. Hoc prædicatores fidelitèr inculcabunt patriotis. Cumq; hic usus peregrinationum desierit, desinant & ipsi his peregrinationibus invigilare.

Datum Orebrogiæ & manibus Clericorum prius nominatorum subscriptum Dominica quinquagesima, Anno Chr. 1529.

## CAP. XVIII,

*Manuale Sueticum primò publicatur Anno  
Chr. 1529.*

POSTquam M. Olaus Petri Neritius, factus esset Pastor Holm. Publicabat Manuale Suetico sermone editum, præscribens Pastoribus Ecclesiarum ordinem tractandi publicè sacra in conventu Ecclesiæ, idiomate patrio. Ceremoniæ in S. Baptismo servabantur aliqua minus necessariæ hæctenus usitatae, ne simpliciores, & causam necessariæ Reformationis nondum intelligentes, offenderentur totali rituum abrogatione. Cumq; ritus ipsi non spectent per se causam salutis, monuit pius Rex Gustavus Prædicatores Holmenses ut supra audivimus l. 2. C. 3. ne scandala darent infirmioribus per celerem horum abrogationem. Sic manserunt hi ritus in Baptismo, tamen notâ lingvâ administrandi. Infans baptizandus muniretur signo crucis, ejusq; ori infunderetur Sal, non tamen exorcizatum. Exorcismus vulgaris etiam servaretur, & oleo ungeretur infans, jamq; baptizatus, novâ stolâ indueretur, & postquam is sumpsisset lychnum in manibus, est cum benedictione dimissus.

Sub prima Reformatione servati sunt ritus antiqui minus superstitiosi.

In copulandis conjugibus sic ageret minister Ecclesiæ, cum copulandi essent præ foribus Templi præsentibus, informabantur à ministro Ecclesiæ de formâ sineq; conjugij, additâ commonefactione pioq; voto, ut in hoc statu piè viverent. Postea interrogaret minister utramq; personam, an liberè contentiret hunc inire contractum.

Hh 3

quod

quod dum qualibet singulariter affirmasset, daret Sponsæ annulum Sponsus, ut Ecclesia sciret hos esse copulatos conjuges. Deinde recitaret minister Ecclesiæ copulatis conjugibus Textum Evangelistarum Matth. & Marci, de servando legitimo conjugio, & quod uxor non sit quacunq; de causa dimittenda, veteri more Jūdæorum. Postquam vero addidisset minister Eccl. juvenibus conjugatis Benedictionem nuptialem, & absolvisset in Ecclesia suum officium, Templo discesserunt omnes. Forma introducendi uxorem post partum solvebatur piâ precatatione juxta morem.

Visitatio ægrotorum præscripta erat in hoc manuali talis. Ad ægrotum vocatus minister Eccl. jussus est informare illum de causa morbi & mortis, item de cruce piorum in mundo, quam patienter esse ferendam, monitu & Exemplo Christi sedulo inculcaret. Quod si aliquod peccatum singulariter vexaret ægroti conscientiam, moneret illum fateri id ipsum, & pœnitentem ac Evangelio credentem, consolaretur ex verbo Dei, Christiq; merito, ut de Absolutione hujus & omnium peccatorum dignè participaret. Si optaret ægrotus fieri particeps Cænæ Dom. in confirmationem suæ fidei de remissione peccatorum, administraret Pastor ægrotto eandem, postquam Elementa proposita consecrasset, recitatione verborum institutionis, in conspectu præsentis Ecclesiæ. Quod si peteret ægrotus sibi externam unctionem conferri, informaret illum fideliter minister Eccl. non esse necessariam hanc externam unctionem, cum sufficeret data Spiritus S. unctio, per remissionem peccatorum collata, &

S. Cæ.

Moriturū in-  
formabit Cle-  
ricus re & e in  
fundamento  
salutis.

S. Cænæ usujam confirmata. Sin vero instaret ægrotus morem patriæ non esse sibi denegandum, mone- ret minister ægrotum, nequaquam facere ex hac un- ctione Sacramentum, quasi ipsa per sese conferat, utenti remissionem peccatorum; quæ opinio dero- gat Sacramento Cænæ efficaciam, & superstitionem Religioni addit.

Modus sepeliendi mortuos in Manuali hic præ- scribitur. Ante funeris reductionem aderit Pastor. informaturus cognatos, hæredes & affines, ne dolori indulgeant more Ethnico, sed consolationem admit- tant spe futuræ gloriosæ Resurrectionis, datæ omni- bus fidelibus in Christo morituris. Deindè deduceret Pastor cum Ecclesia præsentem, Religiosis cantioni- bus ipsum funus ad dispositum sepulchrum, & post- quam bajuli dimississent capulum in suum locum, adesset Pastor qui terram ter injiceret corpori de- mortuo, cum oratione ut præsentem hoc Exemplo moniti, de felici emigratione cogitent & aspirent æterna, ne hæc caduca illos seducant, quibus tan- dem valedicent. In hac oratione fieri memoriam defuncti hac dubiâ Phrasi monuit Manuale, *Quod si status demortui permittat, ut fiant pro ipso supplicationes, Oramus ut tu Deus illius miserearis.* Demortuum si velint hæredes & cognati honorandum concione funebrali, instituet illam minister Eccl. post debi- tam præparationem, ut tam præsentem Ecclesia infor- metur, quam demortuus honoretur. Hoc erat Ma- nuale Pastoris sub prima Reformatione conscriptū.

## CAP. XIX.

*Ordo Missæ Svec. cum causa R. formationis Ecclesiæ nostræ p. dicitur.*

*Dicitur*

**D**istus Pastor Holm. M. Olavus P. quia præcipuam ferè  
navavit primæ Reformationi Ecclesiæ operam, pu-  
blicabat eodem tempore ordinem Missæ Suetico sermone  
celebranda, addens rationem religiosi facti hoc modo.

Celebrationem Cænæ Dominicæ vocant recen-  
tiores Missam. Quanquam Antiqui post tempora  
Apostolorum aliquas ceremonias ad declarandam  
hujus Sacramenti reverentiam invenissent, quas in  
Missâ servandas esse præscripserunt: Tamen Recen-  
tiores Prælati Eccl. multò plures ritus addiderunt,  
præsertim postquam Rom. Papa transmūtasset cæ-  
nam Dom. in sacrificium. Inde factus est in Eccle-  
sia Romana Canon (quem vocant Missæ à sacrificiis  
strictè servandus. Quoniam vero is canon non  
tantum augeat supersticiosum cultum, jubens ut  
consecrentur singulari ritu vestes Sacerdotis, mo-  
nens Sacerdotem purgare aquâ consecratâ manus  
suas, seriò præcipiens ut elevetur hostia Deo offe-  
renda in sacrificium pro comparandâ peccatorum  
remissione illis, in quorum gratiam offertur sacri-  
ficium; Insuper jubet canon, ut totum officium per-  
agatur lingvâ Latinâ, jam omnibus indoctis ignotâ:  
Sed etiam summam foveat hic canon impietatem,  
mutando institutionem S. Cænæ à Christo factam,  
in aliam formam & finem, ut etiam alio dicatur no-  
mine sc. sacrificij, abolitâ cum institutione Christi,  
etiam appellatione S. Cænæ. Idcirco Nos hunc ca-  
nonem supersticiosum & impium, & quidem in  
Rom. Ecclesia post annum Christi 400 consarcina-  
tum, nec eodem ubiq; modo observatum (aliter  
enim Romæ, aliter Mediolani, aliter in publicis Ec-  
clesijs, aliter in monasterijs celebratur Missâ) jure

Canon Rom.  
Eccl. est im-  
pius.

meri.

meritoq; rejicimus, servantes in usu consecratio-  
 nis S. Cænæ formam simplicissimam, à primitiva  
 Ecclesia receptam; totum officium peragentes notâ  
 lingvâ ac sermone vernaculo, juxta admonitionem  
 Apostoli I. Cor. 14. Qui desiderant copiosiore de-  
 clarationem abrogaci canonis Missæ, suo tempore  
 dabitur. In nostris Ecclesijs servatur hic ordo cele-  
 brandi Missam Evangelicam. Pastor stans coram  
 Altari, ubi Missa celebrabitur, admonebit congrega-  
 tum in Templo populum, nuñc esse sacram actionem  
 peragendam, videlicet prædicabitur purum Dei ver-  
 bum Auditoribus, & distribuetur pænitentibus & à  
 peccato absolutis Christianis ipsa S. Cæna, juxta  
 Christi institutionem. Quoniam vero omnes su-  
 mus peccatores, præparemus nos (dicit Sacerdos co-  
 ram Altari stans) ad hanc S. actionem celebrandam,  
 verâ confessione ac pænitentia, sic orantes [*hic recitabit  
 Ecclesia, proloquente Pastore, publicam confessionem cum  
 petitione remissionis peccatorum*] Introitus  
 Missæ, erit cantio Angelica: Gloria in Excelsis  
 Deo &c. Præmissâ triplici repetitione invocatio-  
 nis Dei, Domine miserere nostri: Christe misere-  
 re &c. Deinde recitabitur collecta ante lectionem  
 Epistolæ Dominicalis; quâ recitatâ à Pastore, canta-  
 bit Ecclesia Psalmum festivitati respondentem. Po-  
 stea prælegat Sacerdos Ecclesiæ Evangelium Domin.  
 addens cantionem Symboli Apost. aut Niceni, si-  
 mul cum Psalmodia ad suggestum dispositâ. Ab-  
 solutâ prædicatione verbi Dei, seu Evangelij Domi-  
 nicalis, incipiat Pastor Præfationem Cænæ Domin.  
 continentem verba institutionis ejusdem à Christo  
 traditæ. In gratiam simpliciorum sumat Pastor suis

Ordo Missam  
 Evangelicam  
 celebrandi,

manibus primò Hostiam, deinde Calicem, donec recitat verba institutionis; Sed mox deponat singula, ne quis aspector, hìc agi novationem Papisticam, præsumat. His peractis, cantabit chorus Trisagion Angelicum, ei subjunget Pastor Orationem Dominicam, & advenientibus jam convivis S. Cænæ, prius à peccato per ministrum Eccl. absolutis, distribuet ministrans ipsam S. Cænam, sub pane & vino participandam. Quo facto concludit Pastor Missam piâ oratione, ut sacra hæc actio non careat suo fructu: Postremò subjungit divinam benedictionem præscriptam Num. 6. Sic dimittitur populus eritq; Missæ finis.

## CAP. XX.

*Scriptum M. Olai P. de Justificatione hominũ  
peccatoris coram Deo.*

**I**N hoc scripto Pastoris Holm. demonstratur primò, omnes homines naturali modo genitos, esse in peccato conceptos & natos: Unde subsumentur, impossibilem esse homini carnali impletionem legis, ut mereatur ipse suis operibus justitiam. Sed primus usus legis Dei erit, ut homo ex lege agnoscat se esse peccatorem, indeq; fiat lex pædagogus ad Christum, dum homo peccator legis sententiã damnatus, quærit ardentius illuminante Deo, revelatam Dei gratiam ac justitiam Christi, qui omnibus modis legi Dei satisfecerit, & vice nostri, juxta rigorem, legis passus sit, mortemq; superaverit. Sic acquirit homo justificandus id ex merito Christi per fidem, applicato, quod nullis suis operibus unquam mereri potest. Itaq; *justificatur peccator per fidem, non in eo quod*

quod se fidelis agit credendo; sed in eo quod sibi appli-  
cat, justitiam Christi accipiendo: Nam totum est gratia  
Dei quod justificat. Scimus equidem iram Dei esse  
infinitam, quam homo peccator nunquam sedare  
potest: Venit igitur filius Dei in carne manifestatus,  
qui vice nostri, qui peccato perditum eramus, sustulit  
iram infinitam, promerens gratiam infinitam omni-  
bus credentibus salutarem. Ergo qui proprijs ope-  
ribus vult justificari, contemnit meritum Christi, &  
nequaquam assequitur justitiam quam quærit. Nos  
autem fideles diligimur in Christo, & ira Dei manet  
super incredulos. Electi in Christo sunt filij Dei  
propter meritum ac redemptionem ab unico filio  
Dei incarnato factam, qui iccirco frater noster fieri  
voluit, ut officium mediatoris præstaret. Hanc fi-  
duciam salutis ac Electionis sustentat in justificatis  
seu ipsis fidelibus, ipse Spiritus S. Ductor illorum,  
cujus ope ipsi fideles in exercitio Bonorum operum  
ac obedientia verbi Dei, indies proficiunt. Hinc ex-  
surgit talis descriptio prædicationis Evangelij. *Præ-  
dicare Evangelium est annuntiare remissionem peccato-  
rum, Christi, justitiam, quam sequuntur in renatū Bona  
opera, non quidem perfecta, propter inhabitantem  
in carne veterem Adamum, Bonitati ac perfectio-  
ni repugnantem: Sed accepta opera, propter recon-  
ciliationem in Christo factam, & directionem Spiri-  
tus S. à quo ducitur fidelis, qui verbo Dei obedit.*  
*Mercedem horum operum non requirit fidelis, licet*  
*à Christo liberalissimè promissam; Nam eam habebis*  
*ex gratia promissionis, non ex merito operis.* Hypocri-  
tae autem magnam quærunt mercedem, sed illa to-  
taliter destituuntur, quia Deus superbis resistit, &

Quomodo jus-  
tificatur pecc-  
ator per fi-  
dem?

Quid est præ-  
dicare Evan-  
gelium?

Unde venit  
merces operis?



humilibus dat gratiam. Quod si posset fidelis aliquid moveri suis operibus, taceret tamen rectius, si gloriam tribueret Deo cooperanti (cui soli Gloria debetur) & agnoscerent gratuitam esse mercedem, quam ut particulam gloriæ sibi adscriberet. *Vera enim vita hominis est gloria Dei.* Hæc est summa hujus scripti.

## CAP. XXI.

*Progressus Evangelicæ Religionis in Sveciâ.*

**R**eligionem Reformatæ Ecclesiæ, reddidit illustrem in patria monachorum voluntaria approbatio Evangelij, dum ipsi audito Reformationis fundamento, valedixerint ultrò vitæ monasticæ. Sic factum est Arosiæ, dum prior monasterij *Nicolaus Andrea* intellexit veritatem Evangelij illustrari captâ Reformatione, claustrum egressus est, & *Decanatum Ecclesiæ cathedralis ibid. suscepit.* Deinde reliquerunt Arbogense monasterium monachi in illo loco devoti, & vestitum monachalem deponentes, ministerio Eccl. se tradiderunt. Postea fecerunt civitates Arbog. ex illo monasterio Templum Ecclesiæ Rusticæ. Hoc Exemplum imitantes monachi & moniales in alijs patriæ Diæcesibus, ex claustris egressi, huic ordini valedixerunt. Crevit etiam Religio vera in Finlandiâ, & ex Biblijs Svec. translatum est N. Testamentum in linguam Finnicam, auctore *M. Michaële Agricola*, pastore Aboënsi. Sic propagata est Religio Evangelicæ veritas in totam patriam, beneficio fidelium recteq; illuminatorum prædicatorum verbi Dei. Populus Svecogothicus didicit fidem salvificam piamq; vitam ex præ-

Hist. Gust.  
P. I. f. 189.

Finnoes sunt  
reformati.

Prædicatis Evangelij & Epistolis Dominicalibus, partesq; Catechismi, propriâ lingvâ recitare usu temporis assuevit. Ipsi Prædicatores ex translatis in maternam lingvam Biblijs, simulq; ex doctis Reformatorum laboribus, & Postillis (ut vocant) veritatem Evangelij, rectamq; Textus Biblici explicationem perceperunt. Itaq; successu temporis ita abrogata est omnis idolomania Papiistica, regnante in patria Gustavo I. ut nunquam videretur posse reviviscere.

## CAP. XXII.

*Tumultus subditorum præsertim Westgoth. causâ Reformationis.*

PRImus Senator Regni Dn. Thuro Johannis Vestgothus, favebat impensè Religioni Papiisticae. Hic habuit tres filios in publico officio constitutos. Unum Georgium, quem diu sustentaverat in Academijs exteris studiorum gratiâ, illumq; Magisterij titulo ornatum, ad Archiepiscopaturam promovebat Ubsaliensem. Reliquos duos filios tradidit Regi Gustavo ministros, ut officio politico præficerentur. Hic senator Regni, audito progressu Reformationis patriæ, conspirabat cum Episcopo Scarensi & quibusdam Senatoribus Regni in Vestgothia habitantibus, ut conjunctis auxilijs Regem Gustavum excluderent, & Religioni Romano-Catholicæ constantèr adhererent. Dn. Thuro scripsit suis tribus filijs in eminentiâ constitutis, ut militem conducerent ad rebellionè paratissimum. Duo filij ejus apud Regem in functione politica constituti, erant Regi fideliores, & ostendebant ipsi literas patris sui proditorias.

*Quidam Seditores Regni Svec. conspirabant in Regem Svec.*

Tertius filius Archiep̄positus Ubsal. M. Georgius fecit in gratiam patris & usitatae Religionis, quantum potuit, colligens militem patri suo transmittendum. Sed in facinore comprehensus est, ejusq; milites dissipati, ipse M. Georgius Holmiam deportatus mansit captivus ultra annum. Interea convocabat Senator Thuro, Smolandenses ut captæ factioni se socios darent, prætendens Gustavianum Regimen totam Catholicam fidem pervertere Templaq; & Claustra despoliare. Sed comprehensi sunt quidam Senatores Regni, focij hujus conjurationis, de quibus dum esset supplicium sumptum, quievit populus in Vestgothia. Sed auctores factionis consulerunt sibi fugâ, pergentes ad exclusum de patria. Regem Christiernum, quem armatâ manu in patriam introducere cogitabant: Verum non successit intentio, & uterq; conjuratorum Dn. Thuro & Episcopus Scarensis in exilio miserè perierunt. Adidit huic conspirationi suam operam profugus Gustavus *Trolle*, olim Archiepiscopus Ubsal, quod Historia Gustaviana docet: Sed omnem illorum conatum reddidit Deus irritum. Quanquam auctores factionis essent patriâ exclusi: Tamen tumultus subditorum, propter contributionem de Bonis Eccl. reddendam offensorum, quiescere non potuit. Diximus supra quod ordines Regni decrevissent in Comitij Holm. Anno 1526. liberandam esse patriam de ære alieno, præsertim Lubecensibus numerando, per contributionem universalem, etiam de Decimis & Bonis Eccl. olim liberalitèr in Ære & Argentodatis Ecclesiæ, nunc exactoribus Regijs reddendam. Hujus aris solutionem quia Lubecenses strenuè

Qua fuit occasio tumultus?

nuè flagitarent, judicârunt ordines Regni consul-  
tum, numerandam esse summam de parte Bonorum  
Eccl. siquidem misissent Lubecenses auxiliatricem  
classem 15. Navium stipendiario milite per annum  
sustentatam, ut obtineret patria etiam libertatem  
Religionis Evangelicæ, profligato Rege Christier-  
no, hujus libertatis patriæq; securitatis corruptore.  
*Cumq; jam liberata essent Tempa simul cum patria ac*  
Religione, de manu Tyranni, per novissimum (præ-  
missio auxilio Divino) bellum, in quo contractum  
esset hoc æs Lubecensium, propter illorum auxi-  
lium; *Conveniens videbatur, ut fieret contributio de*  
*Bonis Eccl. ad solvendum illud æs alienum.* Erattamen  
Exactio hujus contributionis decreto mitior. Jus-  
sit Decretum comitale ut ditiores Ecclesiæ nume-  
rarent tertiam partem suæ pecuniæ vel Argenti, re-  
liquum sibi necessarium retinerent; & quæ Tempa  
possiderent tres campanas, contributorum unam mi-  
norem, cum sufficeret duarum pulsus convocandis  
ruri auditoribus. Exactores Regij non collegerunt  
ubiq; tertiam partem Bonorum Eccl. ne viderentur  
Ecclesiæ cedere hac contributione bonis suis. Nam  
E. G. in cathedrali Templo Wex. sumpserunt *com-*  
*missarij Regij Nobiles viri Isaac Bergeri in Emterijdh &*  
*Zonas Olai in Asa* tertiam partem Argenti in Tem-  
plo inventi, sed nullam campanam. Remanserunt  
vasa Argentea distributioni S. Cænæ destinata, in-  
super corona deaurata, pedum Episcopale, & quæ  
præterea honori ac utilitati Ecclesiæ satis conduce-  
rent, quæ appendebantur ad mensuram 16. libra-  
rum. Eadem proportio servabatur in collectione  
Argenti de cæteris Diaceseos Ecclesijs, sicut legitur  
in

Quomodo  
exegerunt Bo-  
ni Eccl. in  
solutionem  
æris alieni?

Ambrosius.

in ratione redditarum expensarum, quæ hodieq; ser-  
vatur annotata. Quod talis contributio non esset  
nova, inaudita, aut cum sacrilegio conjuncta, indi-  
cavit pius Ezechias 2. Reg. 18. qui redemit pacem à  
Rege Assyr. impetratam, numerato omni Argento,  
quod repertum fuerat in domo Domini, etiam val-  
vas Templi & laminas Auri dedit illi. Hoc factum  
pij Regis non fuisse à pietate alienum, explicat Am-  
bros. sic scribens imperatori Valentin. l. 5. Epist. 31.  
 *possessio Ecclesia sumptus est eorum, Numeret quos  
redemerint Tempia captivos, qua contulerint alimenta  
pauperibus, quibus exulibus subsidia vivendi ministrave-  
runt. Item l. 7. Epist. 44. Quid homini pecunia, nisi quod-  
dam viaticum est? Multa oneri, moderata usus.* Hinc  
patet S. patres, multo pluris aestimasse redemptio-  
nem pacis ac captivorum, ut Ecclesia floreret & nu-  
merus fidelium cresceret, quam ut pij lucrum pecu-  
niæ retinerent. Neq; enim poterit damnum Eccle-  
siæ & dispendium Religionis compensari ullo lucro.  
Dicta contributio Bonorum Eccl. licet justis de cau-  
sis esset necessària; tamen præsumebant morosi sub-  
diti hinc sibi datam esse copiosam Rebellionis cau-  
sam, dum Rex Gustavus hanc contributionem, jux-  
ta Decretum comitale exegerat. Conjurabant  
ergò in Regem suum legitimum, non soli dicti Vest-  
Gothi & Dalekarli; Sed & Smolandenses, electo an-  
tesignano, quodam milite *Nicolao Dackio Smolando-  
Moringio*, in Blekingia tamen nato. Hujus tumul-  
tus præcipuam causam fuisse hanc contributionem  
de Bonis Eccl. redditam exposuit Dackius in trans-  
actione. inter Regem Gustavum & Smolandenses  
factâ, in pago Smolandia *Slåthacka* Anno Chr. 1542.  
Ad

Ad componendos hos tumultus, simulq; ut se excusaret Rex, quod neq; autoritate officij hanc imposuisset subditis contributionem: neq; in proprium usum eandem convertisset. Conscripsit Rex multos conventus partim Strengnesij: partim Ludosia, Anno 41. & Arbogia, An. 42. frequentatos. In his conventibus satis excusatum esse Regem subditi intellexerunt, factaq; est plena ἀμνηστία; & quieverunt subditi Regi pio reconciliati, postquam auctores Rebellionis in crucem acti fuissent.

*In aestate Anno 42. sub bello Dackico, pluit ter sanguine prope Calmariam Smolandia.*

*Miraculum*

CAP. XXIII.

*De Electione & officij administratione Archiep.*

*Laurentij Nericij.*

**A**Nno Chr. 1331. convocati sunt Clerici in Diocesi Ubsal. circa Festum Joh. Baptistæ, ut Archiepiscopum tandem eligerent. In hac Electione nominati sunt 4. quibus libera vota conferrentur. vid. *Archidiaconus Ubsal. M. Laurentius Andrea. M. Magnus Egiscopus Strengnensis. Doctor Johannes Decanus Ubsal. & M. Laurentius P. Nericius, Rector schola ibid.* Est equidem talis nominatio personarum idonearum conveniens & legitima, Electioni Apostolorum conformis Act. 1. Si enim personæ idoneæ non nominantur à pio Magistratu, consensu seniorum Clericorum, aut à judicijs Eccl. ut sciant judicij infirmioris homines, quibus Electis conferant suffragia, accidit error aliàs frequens, ut singuli suis amicis, cognatis aut familiaribus quomocundq; dispositis sua tribuant vota. De quo conqueritur his verbis

*Hist. Guel  
par. 1, f. 239.*

Ambrosius.

Ambr. de dign. Sacerd. C. 5. *Nescij homines & indocti ordinationibus superiorum clamant & dicunt: Dignus es & iustus es; & conscientia misera. Indignus es & iniustus es dicit.* Accidit enim Ecclesie maximum damnum, si illegitima sit vocatio Præfulum seu superiorum in Ecclesia. Superbi Præsules, loco confidentes magnas turbas dederunt, sæpeq; novas excitarunt hæreses, quod Exempla Novati, Eunomij, Apollinaris, Samosateni, Nestorij, juxta Testimonium,

Hist. Trip.

Hist. Trip. l. 5. c. 43. & 9. c. 3. & 11. c. 4. satis ostendunt. Fit etiam dubia multorum vocatio, nisi eligantur & nominentur personæ idoneæ, quia inter multos dividuntur vota, ut difficile sit scire cui sua contulerunt considerati Clerici vota, & cui legitima contingat vocatio. Sed de his satis.

Commenda-  
tio Archiep.  
Laur. Neri-  
cij

Nominatis quatuor in conventu Ubsal. ad officium Archiepisc. dispositis, ira collata sunt vota: ut M. Laurentio Andree sint data 14. vota: M. Magno 4: Doct Johanni 3: reliqua omnia, numero 150 sunt addita M. Laurentio P. Nericio, cui dedit etiam sua 14. suffragia. M. Laurentius Andr. Quare omnes conclamabant Electionem Nericii esse legitimam. Factus itaq; Archiepiscopus M. Laurentius Nericius, fideliter & maximo cum Ecclesie commodo præfuit huic officio. Translationem Bibliorum in maternam linguam procuravit perficiendam; Aliaq; scripta utilia Svetico idiomate publicata in usum simpliciorum Prædicatorum edidit, præsertim Postillam (ut vocant) seu explicationem orthodoxam Evangeliorum Dominicalium ac Festivalium, more Brentiano compositam publicavit. Dialogos conscripsit de Ceremonijs Eccl. utilibus retinendis & superstitio-

tiolis abrogandis, quippe ab Antichristo introductis, quos ad informationem omnium patriotarum Svecicè imprimi curavit. Quædam scripta hujus Nericii recitabuntur infra. Huic Archiepiscopo fratri suo contulit in hoc genere fidelem operam M. Olus Petri Pastor Holm. cujus aliqua scripta sunt supra recitata, alia servantur adhuc in seniorum virorum doctis Bibliothecis. *Commendatione singulari dignissima est liberalitas hujus Archiepiscopi Nericii, quæ alebat pauperes scholasticos, quandoq; numero 50, qui studio fidelitèr incubuerunt;* Hanc liberalitatem experti sunt in sua pueritia quidam fideles ministri Eccl. qui in grandi tua ætate, haud ita pridem mortui sunt. Cogitabat quidem hic pius Archiepiscopus, Ecclesiam Christi primò contulisse huic officio amplum stipendium, non in proprium personæ lucrum, sed in publicam Ecclesiæ promotionem. Deus itaq; huic Archiepiscopo, imò toti Ecclesiæ in patria, quamdiu vixit hic Archiepiscopus, benedixit, & omnem hæresin à finibus patriæ profligavit.

Annotat Chytr. in Chron. Sax, par. 2. sub Anno Chytr.

Chr. 1538. *Visum fuisse in X Cometam, qui sequebatur Solem mense Januario. Erat species hasta, longissimo tra-  
ctu ab ala Pegasi ad pedem ejus porrecta. Accedebat autem non tardissimo motu ab occasu Brumali ad Andromeda caput, ubi post paucos dies evanuit.* Quæ turbæ sunt postea auditæ, qui motus bellici sunt producti, non solum in Germania ab Imp. Carolo V. pro defensione Concilij Trident. Sed etiam in nostra patria tumultus subditorum contra Rëgem Gustavum excitati, ut superiori capite dictum est, idiptum Historiæ luculenter edocent.



*Unio Reformatarum Ecclesiarum in Suecia & Germania*

Quoniam pij Principes in Germania, Augustanae confessioni addicti, erant numero pauci, & à reliquis imperij statibus, causâ Religionis derelicti, quos paucos potentia imperatoris terruit, eosq; voluit exterminatos nisi eligerent ad fidem & societatem Papæ Rom. redire. Igitur consultum duxerunt Principes Evangelici in Germania, quarere amicitiam vicinorum Regum, Reformatæ Religionis addictorum, ut hoc modo & accenderent studium retinendæ veritatis in alijs piè Reformatis, & de societate confæderatorum rectè gauderent. Venerunt itaq; Holmiam *Legati Electoris Saxonie Johannis Friderici, & Landgravij Hassie Philippi* An. Chr. 1537. additis quarundam Civitatum Evangelicarum legatis. Hi voluerunt ratione officij sibi demandati, confociare animum religiosissimi Regis Svec. Gustavi cum Ecclesijs Evangelicis German. in confirmationem veræ Religionis. Respondebat pius Rex se jam dudum veritatem Evangelicæ Religionis elegisse, & procurasse ut in patria prædicatio pura Evangelij sonaret, verusq; usus Sacramentorum vigeret: quare se libenter consentire ait *Rex Gustavus* in sinceræ Religionis veritatem, etiam se curaturum promisit, ne à sua parte quicquam desideretur, quod ad Evangelij veræq; fidei defensionem pertineat, Hoc audito, gavisi sunt legati German. Seq; prosperum ingressos fuisse iter lætabantur. Ideoq; promiserunt nomine Ecclesiarum German. unionem Religionis Evangelicæ constantè esse servandam, neq;

quic-

M.R. Gult.  
p. 1. f. 104

quicquam esse intermittendum sponderunt, quod ad fœdus pacis ac tranquillitatis retinendum rectè posset referri.

Eodem anno venit *legatus Regis Dan; Christianus* in Sveciam, studio declarandi consensum Evangelicæ Religionis, & ineundi fœderis inter duos populos, loci & gentis propinquitate finitimos. Respondit *Rex Sveciæ Gustavus*, in unione veræ Religionis servandâ, illius ad posteros auxilio Dei propagandæ studio, non patiar me quenquam videri diligentiorum. De alijs negotijs ad statum Polit. pertinentibus, quæ proponuntur, rectè resolvam quamprimum intellexero quas proponit Rex Daniæ condiciones, in quibus fœdus pacis concludendum esse cogitat.

Nominatam unionem Religionis, ab Ecclesijs German. cum Rege Svec. piè factam renovarunt Principes in Germania Evangelici An. 1542. per Legatum *Franciscum Burkartum, Cancellarium Electoris Saxon.* missum in Sveciam, postquam Papa Rom. Paulus III. exscripsit Bullam de concilio (quod vocabat æcumenicum) Tridenti celebrando; ad quod concilium omnes imperij status, etiam Principes German. Religioni Evangelicæ addictos, invitaverat: idq; tam strenuè imperaverat, ut qui huic mandato contraire ausu temerario præsumpserit (ait Bulla) se indignationem omnipotentis Dei incursum noverit. Dum igitur principes Evangelici in hoc indicto concilio non possent tutò comparere, consilium pij Regis, socij Reformatæ Religionis, audire consultum duxerunt.

CAP. XXV.

*Acta Eccl. tractata Arosiæ Anno Chr. 1544.*

K k 3

Men-

Hist. Gust.  
par. 2. f. 150.

**M**ense Januario dicti Anni, celebrantur comitia Arosiæ Vefmannorum, in quibus exposuit pius Rex Sveciæ Gustavus causam receptæ Religionis Evangelicæ, tum ad declarandam constantem suam confessionem in agnita veritate confirmatam, tum ad inculcandum animis subditorum studium retinendæ veritatis Evangelij, ut neq; hi à cæpta Religione deficerent. Occasionem repetendæ hujus admonitionis dederunt variæ Disputationes in Germania excitatæ de conventu Tridentino. Sic videmus Mosen, Josuam, Davidem, Ezechiam, Josaphatum, Josiam, aliosq; pios Reges ac Imperatores causam, Religionis in publicis conventibus subinde tractasse. Hoc modo præcludebat pius Rex subditis ansam, dubitandi de certitudine susceptæ Religionis, aut infimulandi Regem erroris, ac infidelitatis in patriam, quasi vellet Rex imponere subditis pravam Religionem, cum periculo salutis illorum. Cum enim audirent subditi fundamentum salutis veræq; Religionis à pio Rege explicari, cogitarent sibi seriâ informationem dari, in quâ tutò acquiescerent. Itaq; explicuit Rex Gustavus in hoc conventu, Quis sit verus Dei cultus, quomodo is declaretur vera dilectione & obedientiâ Dei, juxta revelatum ejus verbum continuo actu producendâ. Quod solus Christus sit mediator Dei & hominum, cujus sanguis purgat fideles ab omni peccato. Quod diligendus sit proximus charitate non ficta, juxta præceptum Dei; & hæc externa obedientia præceptorum Dei magis placeat Deo, quàm ullæ ceremoniæ ab hominibus inventæ, de quibus nullum extat in Scriptura N. T. verbulum, utpote de aqua lustrali, con-

Hist. Gust.  
p. 1. f. 200.  
R. Gust. tra-  
bat in co-  
mitijs Religio-  
is.

consecratis candelis, palmis vel alijs, in quibus præcipuum Dei cultum hypocritæ collocant. Cum vero unico Dei verbo nos obligari sciamus, frustra in traditionibus hominum salutem quærimus. Equidem *se recogitemus Patriota* (ait Rex) *quid hæcenus effecerit in patria dominatus Episcoporum, & immunitas Clericorum*, facile accepto damno sapiamus. In recenti est memoriâ, quas fraudes cum damno patriæ conjunctas, machinatus sit Gustavus Trolle / olim Archiepiscopus Ubsal. Unde Gubernator Sveciæ junior Steno Sture extremum subierit vitæ periculum. Item quale fecerit negocium seniori Stenoni Sture Archiepiscopus Jacobus, omnibus vobis ignotum esse non potest. Quam molestiam creavit Regi Carolo Canuti Archiepiscopus Johannes, revelatione majorum accepimus. Prætereo fallacias multiplices, insidias vix memorandas Episcoporum olim Svoticorum, in exoticis hodieq; degentium, quas in extremam dilectæ patriæ perniciem direxerunt. Quomodo vocemus hos homines, tanta tabaq; in nostrum interitum machinantes, Bonos Ecclesiæ Christi Pastores, Religiosos Prælatos & curatores animarum fideles. Cogitate fortes Sveci, dilecti subditi, quis sit futurus patriæ status, si hunc patiamur Episcoporum dominatum?

Huic Orationi Serenissimi Regis acquievit populus, debitas agens gratias, quod vellet pius Rex æternum simulq; temporale commodum subditorum procurare; & in memoriam gratitudinis illorum, *conluserunt ordines Regni, constituendum esse Regnum Svec. Filijs Regu Gustavi, tanquam patria salvatoru ac Reformatoru, Hereditarium, us legitimi ejus filij in*  
ad-

Seth, Calv.

*administratione Regiminis patria, huic perpetuo succedere-  
rens.* Hoc ipsum annotat Seth. Calv. in Op. Chron.  
p. 1175. Monuit etiam Religiosus Rex, ut ordo Eccl.  
rectè administraretur, quò Ecclesiam Christi hìc flo-  
rere, etiam osores intelligerent. *Repetita est unio  
hereditaria & successio familie Gustaviana perpetua in  
Comitijs Holm. Anno Chr. 1560.* Cujus decreti formula  
legitur in Hist. Gustav.

## CAP. XXVI.

*Edictum R. Gustavi de agenda penitentia sub  
insolita tempestate,*

**T**ota estate Anni Chr. 1544. *sevit tempestas, que  
perdidit omne semen agri pluvijs & imbris inso-  
litis.* Scripsi itaq; Rex Edictum, ut subditi precibus ac  
pietati invigilarent, quò ira Dei averteretur, ne pana di-  
vina longius sevirer, Summam illius Edicti hìc recita-  
bimus.

**N**OS Gustavus D. G. Svec. Goth. & Vand. &c. Rex  
omnibus subditis Nobis dilectis, Ecclesiasticis &  
Politicis cum tota multitudine incolarum Regni,  
gratiam & Clementiam. Commonefacimus vos la-  
mentabilis status patriæ ab irato Deo pressæ, propter  
multiplicia peccata, quæ indies crescunt, videlicet  
inobedientia verbi Dei, superbia, crapula, homici-  
dia, libidines, & quæ plura præter seditiones ac fre-  
quentes tumultus recenseri possunt. Quæ impie-  
tas facit nos indies gravari tempestatibus annonam  
perdentibus. Cum igitur jubeamur in verbo Dei,  
placare Deum iratum, agendo seriam penitentiam;  
Ideo decrevimus more piorum Imperatorum, cul-  
tum pietatis zelo ardentiori administrandum, vobis  
in-

injungere. Volumus igitur ut primâ publicatione  
 harum literarum *fiant in omnibus Ecclesijs per integros*  
*dies octo, publica conciones penitenciales & preces ad*  
*Deum directæ:* Sicut Ediscopis & Prælati Eccl. sin-  
 gulares literas de hac re scripsimus. Mandamus se-  
 rioq; præcipimus omnibus ac singulis nostris subdi-  
 tis, Nobilibus ac plebejis, in Civitatibus ac Ruri de-  
 gentibus, ut hos dies 8. devotè celebrent, jejunijs atq;  
 precibus assiduis invigilantes, neq; intermittentes  
 Eleemosynas pauperibus debitas. Jubemus itidem,  
 ut omnes ac singuli summo studio caveant sibi à  
 peccatis: imprimis *abstineant ab usuratâ crapulâ, male-*  
*dictâ, juramentâ, ira, libidine, calumnijs, fallacijs*  
*alijsq; vitijs.* Nostros Præfectos, omnesq; in officio  
 politico constitutos monemus, ut Episcopis, Præla-  
 tis, & Pastoribus Ecclesiarum sint auxilio ad promo-  
 vendam pietatem & infligendam pœnam trans-  
 gressoribus debitam. Significamus adhuc nostram  
 esse voluntatem, ut hi precationum publicarum,  
 dies singulis annis celebrentur continuè diebus 4,  
 eo Anni tempore, quo per Episcopos hoc indica-  
 mus. Quicumq; hoc Edictum datâ operâ contem-  
 pserit, sciat se indignationem nostram pœnamq; de-  
 bitam haud posse effugere, quin plectetur singulis  
 vicibus juxta scriptam legem Svec. prout meruit.  
 Quod singuli & universi sibi significatum noverint.  
 Datum Lincopiæ 8. Junij Anno Chr. 1544.

Instituentur  
 dies sex annis  
 precationum

## CAP. XXVII.

*Acta Ecclesia in Comitibus Arbogensibus Anno*  
*Chr. 1546.*

**O**Rdines Regni convenerunt Arbogiae mense Januario dicti Anni, à Rege Gustavo vocati; inter alia ad bonum statum patriæ pertinentia, conclusa sunt hæc religiosa.

Ministris Eccl. sit seriò prohibitum exercere  
 „ lucri causâ mercaturam. Vestitus sit cuiq; ratione  
 „ officij honestus, non ad superbiam dispositus, fucòq;  
 „ ornatus. Civibus sit interdictus vestitus Byssinus vel  
 „ aliquo prætextu fulgens: Civium omniumq; bonorù  
 „ æconomorum ornatus & gloria erit Ager benè præ-  
 „ paratus, opulentum penarium, & domus ordinatè  
 „ disposita, beneq; servata ut sit inhabitatori utilis.  
 „ Ordinavit etiam pius Rex in his comitijs remedium  
 „ ad sedandam caritatem annonæ, tunc vehementèr  
 „ urgentem, perutile: quod in Recessibus invenitur.  
 „ Monuit etiam pius Rex seriò, ut subditi pietatem er-  
 „ ga Deum, & charitatem erga proximum sedulò ex-  
 „ ercerent.

Hist. Gust.  
 par. 2, f. 271.

*Hoc Anno, mense Julio, visa est Bestia marina in mari Balthico, circa Holentiam oberrans, erat magna & terribilis, quam fuisse de genere Cetorum dubitabant illi, qui propius accedebant, & grandia Cete in Oceano antea vidissent. Bestia erat capite nigra, corpore alba, cujus presentia terruit quosq; aspicientes illam: Sed post 7. hebdomadas disparuit.*

CAP. XXIIIX.

*Diploma R. Gustavi, de quadam immunitate Pastorum Smoland.*

**P**astores Ecclesiarum in Smolandia & Slandia supplicabant Regi Gustavo, indicantes paucum in his Regionibus crescere frumentum, ut hic cedant Pastoribus Eccl.

*Eccl. minores decima, quam accipiant Pastores ab audita-  
ribus, alias Regiones occupantibus, ubi fertilis ager co-  
piosum dat frumentum. Igitur hi Pastores rogabant humi-  
litem Regem, ut daret illis Clementer quandam immunita-  
tem, ne hos penuria cisteret quam alios in patria Clericos op-  
primeret. His itaq; Pastoribus scripsit pius Rex Tale Di-  
ploma, ad declarandam suam benevolentiam officio Eccl.  
promptissimam.*

**N**OS Gustavus D. G. Svec. Goth. & Vand. &c. Rex, “  
 Nostris subditis Nobilibus, Clericis & plebejis “  
 in Smolandia & Slandia habitantibus gratiam & “  
 Clementiam Regiam. Intelleximus quosdam, “  
 improbos vobis persuasisse, Nos velle ordinem Cle- “  
 ricalem abolitum, captâ exinde occasione: quod “  
 permutaverimus immobilia Bona Eccl. ad coronam “  
 & defensionem Regiam rectè pertinentia, cum ne- “  
 cessario salario, sustentandis Clericis Templisq; “  
 conservandis sufficiente. Causam permutationis “  
 indicabimus, ut locum Calumniæ præcidamus. No- “  
 tum est Clericos gladio carentes non posse vim in- “  
 cursorum injuriam inferentium ab his subditis, qui “  
 prædia Eccl. colunt, propulsare. Unde factum cer- “  
 nimus, ut pleraq; hæc prædia sint, aut malè tractata, “  
 aut colonis orbata: adeò ut ipsi coloni elegerint co- “  
 ronæ subesse, & Regiâ defensione gaudere. Hoc mo- “  
 do cum ipsi Clerici ex his prædijs damnium non com- “  
 modum perceperint, factâ justâ permutatione, dedi- “  
 mus Clericis Templisq; necessariam sustentatio- “  
 nem, & conservationem sui status ex decimis fru- “  
 mentorum, retinentes vicissim prædia fundosq; Ru- “  
 sticorum, seu ipsorum Regis subditorum, qui de- “  
 fensione Regia in Bonis, tam immobilibus quam “

Rusticorum  
 prædia vix  
 profunt Cle-  
 ricis.



„ mobilibus, gaudere debeant. Sic nos servasse non  
 „ violasse legem patriæ videmus. *Jubet enim lex no-*  
*stra Tit. de Eccl. ut Clerici alantur Decimis, jubetq; aequi-*  
*tas, ut expensa omnium subditorum ad coronæ sustentatio-*  
*nem conferantur.* Quod si malevoli calumniantur.  
 „ nostrum factum, quasi velimus statum Clericorum  
 „ suppressum vel abrogatum, aut Clericos ad extre-  
 „ mam paupertatem redactos, nolite hoc credere. An-  
 „ tecessores nostri vix curâ majori studuerunt veram  
 „ pietatem in Regno propagatam, verosq; Clericos  
 „ benè sustentatos, quam nos idipsum exequemur.  
 „ Ut autem Clementia nostra in Clericos, penuriam,  
 „ prætendentes, in nominatisq; Provincijs habitan-  
 „ tes, conspiciatur major, concedimus illis ordinarios  
 „ labores Rusticorum (*Dagzwårten*) in fundis olim Ec-  
 „ clesiæ habitantium, simulq; unum prædium rusti-  
 „ cum, annexæ Ecclesiæ contiguum (*Prestestompn*)  
 „ ab omni exactione ad coronam pertinente liberum.  
 „ Hoc vobis significamus, declarantes Clementiam,  
 „ Regiam non esse Clericis ablatam, ut inde discatis  
 „ ora calumniatorum obstruere. Datum Gryphis-  
 „ holmiæ 9. Julij Anno Chr. 1547.

## CAP. XXIX.

*Acta Svec. de Concilio Trident. Et scripto*  
*INTERIM.*

**A**Nno Chr. 1549. venit nuncius de Germania,  
 indicans legatos Papæ Rom. incepisse Conci-  
 lium Tridentinum ante triennium. Quanquam  
 Papa non vocasset Svecos ad illum conventum, quip-  
 pe cum scivisset illos jam dudum curâ pij Regis ab  
 obedientiâ Papæ Rom. defecisse; ideo videbatur  
 ciliij

multis, nihil nostra interesse Decretis ejusdem Concilij moveri. Tamen deliberarunt plurimi hinc exorituras patriæ tentationes, aut ad innovandam Religionem, aut ad turbandam pacem, paratas, præsertim cum Rex Daniæ Svecis vicinus, esset cum omnibus Germanis ad hoc concilium per legatum Papæ invitatus. Jussit igitur pius Rex Svec. Episcopos doctosq; Clericos patriæ, examinare novum illud scriptum religiosum, quod etiam in patriam pervenerat, dictum *INTERIM*. Quo examinato à tribus Episcopis, *Laurentio Ubsaliensi, Botvuido Svergnensi, & Henrico Arosiensi*, unâ cum *M. Olao Petri Pastore Holm, & M. Erico Swart Pastore Ubsal.* nec non alijs ibidem doctis ministris Eccl. videbantur omnes verisimile, esse hoc scriptum dolo Papistico confarcinatum, quod omnes pij veriq; Evangelici rectè odisse debeant. Hanc sententiam manuum subscriptione nominati Clerici confirmarunt. Dum pius Rex Svec. hoc intellexit, simulq; audivit publicationem hujus scripti magnas in Germania dedisse turbas, suspicabatur nihil boni ex his dolis Papist. esse sperandum; præsertim cum videretur dubium, num Principes Evangelici in Germania, & Rex Daniæ qui ad hoc concilium ligamq; interimisticam invitati erant, possent persuaderi, ut hæc Acta Papistica concilijq; decreta approbarent. Hoc autem si fieret, gravem imminere tentationem patriæ, ab omnibus Religionem Evangelicam averfantibus præsentit Rex Gustavus. Quare disposuit omnia in Regno dexterrimè, quæ ad defensionem integri status pertinerent. Jussit Episcopos Ecclesiæq; inspectatores sedulo cavere, ne occasio mutandæ

Examinatur  
INTERIM in  
Svecia,

Evangelicæ Religionis daretur. Exercitum publicâ inquisitione numeravit ad defensionem patriæ, paratissimum. Sic preparatis necessarijs in omnem eventum, sufferre quamvis fortunam divinâ dispositione contingentem, pius Rex patriæq; pater deliberabat.

## CAP. XXX.

*Decreta Eccl. constituta à Rege Gustavo An. Chr. 1554.*

**P**ius Rex Gustavus, observans securos patriæ indigenas parum affici curâ veræ Religionis, minusq; observare ea quæ externam pietatem promoveant, nisi stricto ordine sub Regula contineantur, & definitâ transgressoribus panâ coercerentur. Igitur *decrevit consensu seniorum religiosorum*, has constitutiones, ad reverentiam verbi Dei & honorem locorum sacrorum, esse observandas.

1. Quicumq; die sacro excitat in cæmiterio vel circa illud iurgia, proximum suum colaphizans aut levitèr percutiens, plectetur panâ 40. marcis.
2. Qui sanguinè proximi sui in altercatione effuderit die sacro, dum pergit ad Templum sacra peracturus, vel de Templo redit, panam capitis subibit: Nec fiet in illo Templo ministerium sacrum, donec informetur Ecclesia per Episcopum vel Præpositum, de gravitate talis peccati, profanantis tum Festum, tum locum sacrum.
3. Qui murmuraverit in Templo sub publico officio ministri Eccl. exponet 6. oras. Quod si impediat suo murmure officium ministri, plectetur. 3. marcis.
4. Qui de Templo exierit, aut vagus oberraverit sub concione, punietur in 3. marc.

5. In Cæmiterio non fiant conventus ad tractandum negotia polit. sed extra Cæmiterium congregent politici ruricolos de his rebus tractaturi. Sin vero fiat conventus Ecclesiæ publicus, dictus parochialis (*Sochna stemna*) convenient omnes ad districtum Pastoris pertinentes, in domo Ecclesiæ prope Cæmiterium erectâ, ibiq; tractabunt quæ sunt necessaria ad conservationem ordinis, boniq; status in illa Ecclesia. Qui volenter separat se ab hoc conventu, & in districtu habitat, dabit ad fiscum Ecclesiæ 4. oras.

6. Loca sepulturæ piè mortuorum servantur religiosè, ne prostituantur animalibus, & illorum fæditate contaminentur. Qui datâ operâ intromittit ullum animal, cujus fæditate polluitur Cæmiterium, plectetur 3. oris.

7. Qui Templum non frequentat dum sacra peraguntur die Sabbati, nec habet veram absentiaë causam, dabit panam primò 4. orarum, secundò 1. marc. tertio 3. marc.

8. Qui pulsat campanam Ecclesiæ sine consensu æditui, mulctabit tres oras.

9. Qui hospitium præbet Agyrtis, vanisq; Erroribus, non indicatâ causâ Pastori Ecclesiæ, aut præfecto Regio, condemnabitur ad 40 marcas.

10. Adificia ordinata congregationi Ecclesiæ, collectioni decimarum, aut habitationi Pastoris, servantur integra, ne collabantur incuriâ parochianorum.

His constitutionibus publicatis An. Chr. 1554. Addidit pius Rex plures An. Chr. 1556. die 20. Aug. Ubsalix editas præsertim de mercede Pastoris Bapti-

Hist. Gust.  
par. 2, f. 350  
zan-

Clade dicitur  
Lijffstool:

zantis infantem, copulantis conjuges, aut sepelientis demortuum. Erat moris in patria, dare Pastori honorificum Testamentum, pro illius officio in sepultura demortui declarato, quod Testamentum, vocabant abusivè (*Lijffstool*) quasi demortui sedem; fortè propter multiplicem sacerdotis operam, Missis ac vigilijs sub Religione Papist. declaratam, ut sic redimeret animam demortui de purgatorio, & procuraret ipsi bonam firmamq; inter sanctos sedem; pro quâ operâ, superstitiosi hæredes demortui dabant libenter copiosam Pastori mercedem, dictam *Lijffstool*. Ut autem Pastores Evangelici hic sese piè gererent, & redderent se contentos voluntario Testamento ab hæredibus demortui dato, quod honorum & officio sacerdotis responderet, constitutio Regis Gustavi monuit.

## CAP. XXXI.

*Admonitio Archiep. Upsal. ad preces & penitentiam sic sonat.*

**D**ilectis in Christo fratribus, Honorabilibus viris, D. Præpositis, Parochis ac toti Clero totius Sveciæ, Laurentius Episcopus Upsal, æternam in eodem D. N. Jesu Christo salutem &c.

Dilecti fratres, quanquam decet nos in officio Eccl. constitutos semper vigilare reddereq; nostros auditores vigilantes per admonitionem tam intempestivam, quàm tempestivam, jubente S. Paulo: tamen urgente aliqua necessitate, hoc fidelius fieri necessum est. Tale innuit hujus temporis ratio, ita, in nostro, sicut in alijs Regnis faciundum. Non, quidem cogitamus bellum recrudescere Muschovitium;

eum, quod per inducias sopitum est. Sed cum Sa-  
 thanam nunquam dormire sciamus, ideo nemo  
 Christianorum securitati indulgere præsumat. Vi-  
 demus equidem novos mores impios & luxum car-  
 naliū hominū indies augeri, ut citius iram me-  
 tuamus promeritam, quā expectemus Dei gratiam  
 salutarem. Viget enim hodiē crapula & ebrietas, li-  
 bidinosa & invidiosa vita, fallaciæ & insidiæ, imō  
 hæc ætas cum superbiâ, avaritiâ, multisq; dolis vi-  
 detur conjuncta, ut quotidie timeamus pœnam pec-  
 catis debitam, juxta comminationes Dei in Pro-  
 phetis sæpè repetitas. Habemus hoc seculo gratiâ  
 Dei singulari, purum ejus verbum & lucem Evangelij  
 clarissimam, quâ illuminati à tenebris Papisticis li-  
 beramur, in fideq; salvifica conservamur, servientes  
 Deo juxta patefactam ejus voluntatem. Sed proh  
 dolor, multi nostratium hoc minimè considerantes,  
 vix audire purum Dei verbum gestiunt, tantum abest  
 ut vitam suam juxta idem verbum instituant. Alij  
 ipsum verbum odio vatiniāno prosequuntur, & quod  
 apertè non audent, tacitè efficiunt, ascribentes  
 Evangelio omnium adversitatum causam. Reliqui  
 fructum nullum Evangelio prædicato ostendunt, li-  
 cet ejus prædicatione videantur delectari: Verum,  
 (quod magis dolendum est) *sub Libertate Evangelij Li-  
 bertatem peccandi studiosius sectantur multi*, quasi finis  
 prædicati Evangelij sit, eaq; libertas Christiana, ut li-  
 ceat homini Christiano (adhuc peccatori) agere quæ  
 lubet: Sed Christus ait Luc. 12. Servus sciens volunta-  
 tem Domini, vapulabit multis si peccat. Apostolus ait  
 Jac. i. Agite & non tantum audite verbum, seducen-  
 tes vos ipsos. Si jam pluribus malis à Deo affligamur

Modus prædicandi penitentiam.

sciamus nos id promeruisse abusu longanimitatis Dei, vocantis nos ad penitentiam. Non præsumamus Christum debere nobis à se nominatis parcere; Nam gravius solet punire Deus delicta in suis, qui non tantum ipsi peccant, sed dant etiam gentibus occasionem blasphemandi nomen Christi.

I. Quoniam securitas Christianorum inde crescat, quod ipsi nolint credere Deum irasci peccatis: Ideo hoc fideliter est auditoribus inculcandum. Moses principio sui scripti, dicit peccatum protoplastarum promeruisse æternam mortem; imò, affirmat terram in peccato illorum esse maledictam, & reperitur maledictio Deut. 27. additâ clausulâ, Maledictus omnis qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in lege, David ait Ps. 119. Maledicti sunt omnes qui discedunt à lege Ps. 73. pereant qui à te deficiunt. Omnes libidinosos conteres, Ps. 5. Non est Deus volens iniquitatem. Horrenda sunt quæ leguntur de impijs Deut. 32. Ignis accensus est in ira mea, ardebit ad infernum usq; Psal. 7. Nisi penitentiam egerint, intendit arcum Deus. Es. 24. Maledictio consumit terram, quia habitatores peccarunt. Hæc aliq; in eam sententiam proponuntur diligenter securis hominibus. Exemplis publicis possunt hæc probari. Lapsus Protoplastarum meruit exclusionem eorum è Paradiso. Peccatores prioris mundi, diluvio perierunt: Sic Sodomitæ incendio; Chananæi perpetuâ deletionem. Item copiosa afflictio Israëlitarum, propter transgressiones illorum, sæpè repetita; Destructio Jerusalem conjuncta cum totius politiæ Jud. miserabili casu, ostendunt hæc pluraq; Exempla Deum gravissimè punire peccata.

Ex.

Exempla pænæ divinæ in alijs Historijs passim obvia, huc possunt rectè accommodari, ut discat populus timere Deum iratum peccatis, justamq; pænâ debitâ pænitiâ avertere; nisi eligant peccatores cum illis antiquis hodieq; interire. Sicut Christus dicit Luc. 13. Nisi pænitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

Postquam informatus est populus, iram divinam 2. peccatis debitam esse gravissimam, ipseq; territus comminatione pænæ incipit timere Deum, corde contrito dolens seriò ob admilla peccata: Tunc erigendus erit animus territus, & verbo Evangelij de remissione peccatorum confirmandus, ut sciat jam pænitens, certoq; credât sibi, juxta promissiones, omnia peccata in Christo remitti, pænâq; mitigari seriò pænitentibus. Discat etiam fidelis jam Deo reconciliatus, se subicere patienter Regimini Dei, ut ferat sine murmure vel tædio, gratiâ Spiritus S. suffultus, quicquid adversi Deus ipsi imponere velit. Gratiam Dei describit S. Scriptura copiosius, quàm iram ejus. Testimonium consolatione plenissimum est Ex. 34. ubi sic describitur Deus à suâ gratiâ: Dominator Domine Deus, misericors & Clemens, patientis & multæ miserationis ac verus, qui custodis misericordiam in millia, qui auferis iniquitatem & scelera atq; peccata. Item Joël 2. Benignus & misericors est Deus, longanimis & multæ misericordiæ, & talis quem pæniteat inducti mali. Promissionem gratiæ confirmat Deus juramento Ez. 33. dicens: Vivo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, sed ut convertatur ipse à via sua & vivat. Exempla sunt in Ninivitis, multisq; alijs, in gratiam assum-



ne diffidat pœnitens se participem gratiæ divinæ futurum.

3. Tertiò sunt auditores, ad preces ardentes, seriò admonendi; habent ipsæ & mandatum & promissionem exauditionis Pf. 50. Invoca me in die tribulationis, eripiam te. Joël. 2. Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. Sunt autem hîc rectè informandi auditores, quomodo, quo fine, & cuius merito fiat oratio? Pſal. 79. Juva nos propter nomen tuum. Indigemus quidem temporalibus bonis, pane, vestibus, domibus ad nostram nostrorumq; sustentationem quotidianam: Sed *multo magis necessaria erit sustentatio anima per predicationem puri verbi Dei, verum usum Sacramentorum, precum & absolutionis à peccatis, in quibus vera Religio consistit.* Orandum igitur, ne his bonis privemur, quæ Deus ex mera gratia propter seipsum recepit se suis daturum. Es. 48. Propter me, propter me faciam, & gloriam meam alteri non dabo. Jer. 14. Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt aversiones nostræ. Talis oratio ex vera fiducia in Christum profecta, non est inefficax: Sed cælos secut, ait Syr. Cap. 35. Huc Exempla accommodari possunt: Jacob timens fratrem, Esau, rogabat Deum & exauditus est: Sic Moyses orans ad mare rubrum. Josua pugnans contra Chanaanæos, effecit orando, ut Sol staret. Samuel rogavit tonitrua de cælo. Elias orans claudebat & aperiebat cælum, dicente Apostolo. Item Josaphat, Ezechias, Manassès exauditi sunt. Horum Exempla imitantes, credamus nos verè exauditum iri. Ut autem, sciat nostra Ecclesia in sinum Dei diffundere suas necessitates convenienti devotione, *eligantur aliquot dies*

*dies publicarum precatationum*, juxta receptum morem, haftenus (Deo laus) fructuosum. Possent alij dies continuâ serie huic sacro usui destinari: Sed hoc Anno faciamus solennes preces omnibus Dominicis ab hoc Dato ad Pascha. Pastores hortentur suos auditores his precatationum diebus piè invigilare jejunio, pænitentia, & frequentationi Templorum, addendo Eleemosynas pauperibus debitas, juxta præceptum Christi, ut ex charitate christianâ innotescat noster Christianismus. His diebus tractabunt fidelitè Concionatores in Ecclesia admonitionem præscriptam, concludendo adhortationem usitatâ Litaniâ cum Collecta, alijsq; pijs precibus. In Civitatibus licet plures fiant singulis Dominicis Conciones: Tamen idem modus precandi, jejunandi & pietatem declarandi servabitur ibidem.

Repetantur  
dies solennit  
precatationum,

Quartto admonendi sunt Auditores sedulo, 4. ut faciant fructus dignos pænientiâ, declarando novam obedientiam diligenti auditu verbi Dei, studioq; piæ vitæ, imprimis abstineant Christiani à crapulâ & ebrietate, ab impia assuefactione jurandi, maledicendi proximo, alioq; abusu nominis Dei: Nam *si peccata non fugiamus, frustra clamamus in cælum, Pater Remitte nobis Debita*. Sic enim dicit Propheta Esâ. i. Discedite ab iniquitatibus. Psal. 34. Venite filij docebo vos &c. Est equidem verissimum, si diligimus Deum, & ab ipso diligimus optamus, abstineamus à peccatis, quæ Deus prohibet, sicut ait Dominus: Sancti estote, sicut ego sanctus sum. Christus dicit Lucæ 6. Estote misericordes, sicut Pater vester misericors est.

Hæc mutatio mentis pænitentis, quâ abjectis peccatis, pius eligit religiosam vitam, cupiens mandato Dei obedire, est quidem initio gravis, factuq; difficilis actio: sed cooperante Spiritu S. fit per pænitentiam facilima, ut mandata Dei jam non sint gravia teste Apostolo, sitq; fidelibus jugum Christi leve, & onus ejus dulce, sicut promisit Mat. II.

5. Ultimò addatur seria admonitio, ut auditores nostri, qui sunt subditi Regis, præstent suo magistratui debitam obedientiam, quæ admonitio in hoc periculosissimo tempore est admodum necessaria & salutaris. Hæc fiat commodè verbis Apostolorum Pauli Rom. 13. & Petri I, Pet. 2. Item Prov. 24. Mi fili, time Deum, honora Regem, nec commisce te seditionis, Prov. 8. per me Reges regnant. His sententijs excitanda est fidelitas subditorum erga Magistratum.

Hi sunt articuli præcipui, auditoribus fidelitèr, præsertim dictis rogationum diebus, inculcandi. Faxit Deus noster & Princeps pacis Christus, ut in pace viventes, gloriam Dei hic celebremus, & in æternum salvemur, Dat. Ubf. mense Jan. An. Chr. 1558.

## CAP. XXXII,

*Testamentum Religiosum Regis Svec. Gustavi I. approbatum An. Chr. 1560. die 1. Julij.*

In nomine Sacrosanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, Filij & Spiritus S.

Hist. Guf.

par. 2, f. 386.

NOS Gustavus, ejusdem gratiâ Rex Svec. Goth. & Vand. &c. Notum facimus & confitemur, Nos solitâ curâ semper ab initio Regiminis nostri

fo-

fovisse veram Religionem Evangelicam, ut sic amo-  
 re dilectæ patriæ liberaremus patriotas, à periculo,  
 non solum corporis & Tyrannide Regis Christierni  
 Dani; sed simul ab animæ perditione & extremo in-  
 teritu, per sectam Papist. nobis imminente. Ad  
 hujus salutaris instituti executionem, nostrumq; stu-  
 dium addidit benignissimus Deus largissimè suam  
 gratiam: ut hodiè superatis infinitis molestijs, infi-  
 diosis consilijs, varijs seditionibus, fruamur pace  
 bonaq; politia, cum usu puri verbi Dei, in nostris  
 Ecclesijs prædicati, veraq; Sacramentorum admi-  
 nistratione.

Quoniam scimus mortem temporalem minari  
 interitum omni carni, nosq; morti obnoxios, ali-  
 quando hinc discessuros agnoscimus, requirit no-  
 ster patriæ amor, ut fideles subditos nostros velimus  
 post nostrum discessum rectè valere, nostrosq; libe-  
 ros, præsertim masculos hæredes, de Divisione Re-  
 gni hæreditarij benè convenire. Quare ordinamus  
 hoc Testamentum subscriptis articulis comprehen-  
 sum, quod paternâ & Regiâ autoritate præcipimus  
 observandum. Primò gratias agimus Deo infini-  
 tas, quod nos verbum suum donarit, luce Evangelij  
 illuminârit, & gratiâ Spiritus S. ad cognoscendam  
 & retinendam spem vitæ æternæ, direxerit; impri-  
 mis vero, quod deduxerit singulari Clementiâ mo-  
 lestissimum nostrum officium ad optatum finem, ut  
 jam per annos 38. successu felicissimo pugnantes cum  
 insidijs infinitis, machinationibus pravis, dolisq;  
 multiplicibus, Nobis totiq; Regno noxijs, hæc mala  
 rectè superaremus, conservatâ jam patriâ, totoq;  
 Regimine salvo. Rogamus indefinenter miseri-

cordissimum Deum, ut hæc Bona velit patriæ deinceps esse integra, quò in terra nostra floreat pax & lux Evangelij ad multorum salutem.

Insuper supplices oramus Deum, ut dato dimissionis articulo nobis felicem emigrationem ex hoc mundo ad societatem caelestem benignè largiatur. Sic emigraturi, commendamus eidem Deo Patri animam nostram servandam, & terræ corpus sepeliendum in Templo Cathedrali Upsaliensi, ad latus duarum Celsissimarum Reginarum Svec. nostrarum tunc dilectissimarum conjugum. Deinde vi hujus Testamenti tradimus dilectissimis nostris Filijs, illustribus Principibus, juxta approbatam unionem, ac successionem hæreditariam Regni Svec. hæredibus, primogenito Erico Regnum administrandum, cui succedant, volente Dto, suo tempore legitimi ejus hæredes masculi. Secundo genito nostro, Johanni cum Sua legitimâ Prole Masculâ ordinamus Magnum Ducatum Finlandiæ regendum. Cæteris filijs nostris dilectis, pari potestate damus suos Ducatus, hæreditario jure ab illis, eorumq; legitimis Filijs masculis (si Deus dederit) possidendos. Filio Magno Ostrogothiam; Filio Carolo Sudermaniam, Nericiam & Vermelandiam. Præter conditiones allatas, quæ ad politiam pertinent, hanc necessariam præcipuè observabunt nostri hæredes,

Religio Evangelica confirmatur Testamento Regis Gust. I.

*ut singuli ac universi curam verbi Dei sedulo gerant, Ecclesiam Christi promoveant, ab omni hæresi falsâq; doctrina abstineant; suosq; hæredes in vera Dei cognitione, recteq; illustratâ Evangelicâ Religione fideliter educent: Si falsi Doctores advenerint, & in Reformatâ Religione quid velint (quod absit) immutatum, cavebunt sedulo nostri hæredes*

*heredes, praesertim ipse Rex, apud quem summa potestas  
residet, ne locus detur in tota patria haeretica pravitati;  
Si velit Regnum habere pacatum, omnesq; possint felici suc-  
cessu ac divina benedictione frui, ac aeternum saluari.*

Ultimò ad studiosorum verbo Dei sanæq; doctrinæ  
invigilantium sustentationem damus vi Testamenti  
nostri stipendium marcarum; Nosocomijs & veris  
pauperibus summam marcarum rectè distribuenda,  
affectū pietatis communicamus. Hac facta  
& ab ordinibus R. in comitijs Holm. i. Julij An. 1569.  
approbatā ordinatione valedixit pius Rex omnibus  
suis subditis. Postea die S. Michaëlis morbo corre-  
ptus, placidè obdormivit horâ 8. matut. inter san-  
ctas preces animam exspirans, Anno ætatis 69, post-  
quam piè regnasset Patriam Annos 39, & Dei auxilio  
feliciter liberasset subditos à jugo tam Anti-  
christi, quàm à Tyrannide Regis  
Christierni Dani.

## FINIS LIBRI SECUNDI.

# HISTORIAE ECCL. SVEO-GOTH.

## LIBER III,

CONTINUANS HISTORIAM à MORTE  
REGIS GUSTAVI I. AD FINEM REGIMI-  
nis JOH. III. Præter alia memorabilia,  
tractatur hic Actio Liturgica.

### CAP. I.

*De statu Ecclesia Svec. tempore R. Erici Primogeni-  
niti R. Gustavi I.*

POSTquam fatis concessisset pius Rex Gust. I. suc-  
cessit in Regimine juxta approbatam successio-  
nem, seu unionem hæreditariam, primogenitus  
R. Gustavi, *Ericus ejus nominis XIV.* Hic factus Rex  
Svec. licet esset ingeniosissimus, beneq; studuisset  
in sua juventute Philosophiam, imprimis Mathesin,  
præceptore quodam Gallo, Dionysio Beurreo: Ta-  
men propter inconstantiam sui ingenij, & pravam  
informationem, quâ erat à præceptore edoctus sectæ  
Calvinianæ adherere, hic Rex causam veræ Reli-  
gionis, Testamento Patris approbatæ, minus cura-  
vit. Acciderunt alia quæ impediunt causam  
veræ Religionis, videlicet, septentrionale bellum  
cum Danis administrandum: Nec quieverunt Mu-  
schovitæ quin patriæ bellū inferrent; & quod maxi-  
mum malum filijs R. Gust. totiq; patriæ attulit, erat  
contentio fratrum, præsertim dissidiū R. Erici cum  
fra-

fratre Johanne Duce Finlandiæ. Causa hujus rei alibi recitatur. Nec quievit odium, donec R. Ericus, omnium Regni procerum inimicitias in se concitasset, demum furiosus factus carceri mancipatus est, in quo obiit. Rex in suo meliori statu usus erat consilio vulgarium hominum, suspitiosorum & inconstantissimorum, sui similibus, quorum suasu & directione omnia sua agebat, & deniq; periit. Præcipuus ejus consiliarius erat quidam ex plebeo factus Nobilis, nomine *Georgius Petri*, cujus secreta plurima factiosa consilia præferebat inconsideratus Rex omnium Regni Senatorum maturo judicio. Is Georgius sentiens se à Rege honorari; eo majori studio insidiabatur honori procerum, quò ardentius cupivit extolli, cogitans inconsideratè illorum ignominiam fore suam gloriam. Alter consiliarius intimus erat Gallus ille *Dionysius*, olim præceptor Regis, qui præter inconsiderata consilia domi data, etiam existens legatus sui Regis in aula Reginae Angliæ, sui Domini honori defuit. Uterq; horum consiliatorum miserè periit. In hoc statu politiæ Svec. præsertim sub decepto Rege constitutæ, quomodo floreret Ecclesia, quilibet mediocri experientiâ edoctus judicare noverit. Vixit autem pius Archiepiscopus *Laurentius Nericius*, qui tentationi Ecclesiæ in patria se fortiter opposuit, quod scripta ejus infra recitanda ostendunt. Neq; prætereundum, est Regem Ericum post occisos quosdam proceres Regni innocentes, in sese rediisse, & expurgatâ phreneli pænitentiam egisse, atq; mandasse Episcopis patriæ indicere dies publicarum precationum, ad placandam Majestatem divinam, quæ justâ pænâ bel-

Rex Ericus  
maius consi-  
liarij obtenge-  
poravit.

Hist. Gust.  
par. 2, f. 363r

Rex Ericus sa-  
uus est phre-  
neticus.



Idq; diuturno Regem & patriam afflixerat; agnovit quippe Rex se peccasse & suspicionibus locum dedisse, ut fortissimos ac consultissimos Senatores Regni è medio tolleret, & Testamentum sui patris violaret, inq; fratres odium aleret: quorum malorum correctionem promisit An. Chr. 1568. Fratrem suum Ducem Finlandiæ Johannem, propter suspensiones, carceratum dimisit, & veniam ab ipso flexis genibus impetravit. Literas publicavit de occisorum magnatum innocentia, sua vero dementia, quo factose odia hæredum effugere cogitabat. Fuit Rex à suo præceptore Gallo quondam edoctus, Doctrinam Bezae & complicum ejus in Gallijs & Helvetia, Genevæ & alibi ex mente Calvinii publicatam, esse orthodoxam; inde voluit præceptor Regem colligere, Ecclesiam ab ijs Doctoribus reformatam, esse veram & synceræ Religionis addictam. Factus igitur consiliarius præfatus Dionysius, suavitè Reformandam esse more Calviniano Ecclesiam Svecanam. Quod tamen Dei beneficio, & curâ piorum patriæ Doctorum, cum primis Archiepiscopi Laurentij, fuit impeditum. Ut autem intelligatur quanta fuerit inconstantia Doctorum, primò publicantium Calvinii dogma in Helvetia, locisq; vicinis, & quàm levis fuerit occasio hunc errorem publicandi, ut potius perversitate ingenij, quàm studio defendendæ veritatis videantur isti Doctores agitati, ascribam literas M. Martini Helsingi, qui tunc illas terras lustravit studiorum & experientiæ gratiâ, & præsens noverat totam hanc causam, ut literæ ostendunt.

R. Ericus Calvinismo favorebat.

CAP. II.

*Relatio Martini Helsingi in patria celeberrimi de progressu Religionis Calvin, in Helvetia, Re-*

**R**everendo viro, doctrinâ nec non verâ pietate ornatissimo, Dn. M. Laurentio, Regni Sveciæ Archiepiscopo dignissimo. Rev. Pater T. R. celare non possum, ex itinere me non minus molesto, quàm belli causâ inter hunc Regem & Hispaniarum admodum difficili & periculoso, ante tres circiter menses huc in Galliam Biturigas pervenisse, Dei beneficio saluum & incolumen. Dum in Subaudia ad menses aliquot hæsi, comperi varias & quidem in specie subtiles & intricatas admodum quæstiones agitari, magnâq; cum spiritus fervore defendi & propugnari, præcipuè de prædestinationis articulo. Et licet meum de rebus hujusmodi gravissimis iudicium vel nullum sit, vel prorsus exiguum, vereor tamen hoc genus hominum, licet zelum Spiritus Dei singulare præ se ferant, novum doctrinæ genus meditari, quod Ecclesiæ Christi tanquam solidius & perfectius obtrudant, atq; ita nomen inde sibi comparent gloriosum & immortale. Occasio movendæ hujus in Ecclesiâ controversiæ talis existit. Est apud Basilienses in Helvetia quidam magnæ eruditionis vir, cui nomen *Castalio*, Gallus natione, is ante biennium collegit Capita aliquot ex scriptis Calvinî, sive inter se, sive cum scriptis Lutheri, Philippi & aliorum pugnancia, quæ in formam libelli, præmissâ ad Calvinum præfatione, cuidam suo amico Lutetiam literis inclusâ misit, non alio fine, quàm ut eundem suum amicum consuleret, an eâ formâ Calvinî Capita abs se collecta misurus esset, nec ne? Has literas intercipiunt quidam in via, & Calvinî mittunt. Hic irâ accensus libellum edidit, cum vehementi & acerba admodum reprehensione Castalionis. Hac causâ ad Lausannas delatâ,

Calvinus no-  
luit admoneri.

quod oppidum est in Bernatum ditione situm: cæperunt Concionatores è suggestu hanc controversiam tractare, & omnes à Calvino dissentientes, tanquam hæreticos anathemate feriendos esse proclamabant. Postquam causa innotuit magistratui Bernensi, vocatos ad se hos Prædicatores reprehenderunt, quod instituisent sermones ad populum, non ad ædificationem, sed ad perturbationem dispositos; Illi, nihil de proposito remittentes, exilium se malle & quidvis aliud ferre dicebant, quam in causa iustissimâ aliquid in gratiam cujusquam mortalis concederent. Sed pertinaciæ pænam sentientes & exilio mulctati, emendationem promiserunt &c. Præterea ad illud accessit quod eodem die, quò Lausennâ Bernam profecti sunt ministri, curaverat *Beza*, qui apud illos præcipuus ferè habebatur, clam suam de vehi suppellectilem Genevam, unde malam in eum mox suspicionem conceperunt Bernenses, aliquid eum cum Genevensibus monstrare, & antequam ego Genevâ in Novembri huc in Galliam iturus discessi, venerat eò cum suâ familia *Beza*, & nunc audio *Petrum Viretum*, qui Pastor Lausannæ fuerat, etiam Genevam cum cæteris migrasse. Nihil igitur ex hoc certius colligi potest, quàm controversias in Ecclesia, quod maximè dolendum est, hac occasione suborituras gravissimas; siquidem Genevenses eo feruntur zelo, utinam ex Deo esset, ut cælum terræ potius commisturi videantur, quàm à sua se opinione patiantur avelli. Neq; commodè ferunt, quod ipse sum expertus, ut illorum quis sententiæ contradicat; etiamsi rationes habeant non contemnendas. Quidam tantifaciunt *Calvinum*, ut dicere non

*Beza* contulit  
se Genevam.

Zelus Gene-  
vensium.

non

non vereantur, *non posse illum in aliquo errare*, eò quod Spiritum S. habeat, quod mihi Pontificium quidam redolere videtur. Postremò, ante biennium aut circiter, cum colloquium illud aliquot Doctorum Wormatiæ haberetur, ablegati sunt Genevâ Budæi filius, & Beza, ad quosdam Germaniæ Principes, ut literas ab illis impetrarent supplices ad Regem Galliæ, pro quibusdam, qui Lutetiæ, Religionis causâ, tunc detinebantur captivi. Cumq; Principes interpellati dicerent se propterea commodè non posse literas ad Regem dare, quod non ejus essent Religionis, quam illi profitebantur. Legati in nullo se articulo ab illis dissentire responderunt, sed per omnia eandem profiteri doctrinam, quæ in confessione, quam vocant Augustanam, summatim comprehensa est. Jussi sunt suam de Cæna Domini sententiam explicare. Illi, cum prius ad Philippii judicium provocessent, & is tunc præsens esset, petijisse dicuntur, ut confessionis ille formulam ipsorum nomine conscriberet: Seq; postea illi subscripturos dicebant, quod faciliè impetrarunt. *Scripsit Philippus confessionem à Lutbert sententia* quantum ipse pro mei tenuitate ingenij judicare possum) *non alienam*. Formulæ confessionis etiamsi subscripserint superius nominati, intellexi à quodam, ipsos tamen non per omnia eâ contentos fuisse; sed quodammodo pænituisset quod ad illum appellassent. Deum ardentibus votis precor, ut in tantis Diaboli furoribus, idoneos det suæ Ecclesiæ Doctores, qui turbarum, & novorum dogmatum auctoribus resistere, & doctrinam sanam ac incorruptam, ad posteritatem conservare & transmittere possint. Benè vale.

Calviniani  
sperant se hæc  
bituros Phi-  
lippum Melo

vale pater Reverendiss. Cursum Avarici Biturigum  
Kal. Mart. Anno 1559.

R. T. P. Studiosus & amans

MARTINUS HELSINGUS,

CAP. III.

Scriptum Archiepiscopi Laurentij contra Diony-  
sium Beurream.

**D**ICTUM furorem Calvinisticum, adduxit in Sueciam homo Gallus presatus Dionysius Beurream, qui opinionem hereticam Regi Suec. Ericeo instillavit, eamque apud se tacite retinuit, donec factus erat Consiliarius Regis, ut majori auctoritate eandem propagaret. Hic invenit hominem inconstantis ingenij, Johannem Ofreg, factum postea Episcopum Arosiensem, cui indicabat Beurream rationes sua opinionis, ac Calvinisticae Religionis Capita, pretendens Archiep. Laurentij Dialogos de Ceremonijs publicatos, non ubique sapere orthodoxiam, tum quia docebant tolerandas esse ceremonias Eccl. non manifestè superstitiosas, tum quia dogma Calvinisticum alicubi reprehendebant. Dedit itaque Johanni Ofreg scriptum ad refutandos nominatos Dialogos compositum, quod cum esset traditum Archiepiscopo, iustitias consultum ut Refutatio illius scripti daretur, ne utrus Calvinisticum longius serperet, aut in patria radices ageret. Illius scripti summam & argumenta veritatem confirmantia hic apponam, omissis personalibus ne legenti cadum pariat, sive verba sa disceptatio, sive copiosa calumniarum refutatio.

Laurentius Ubsal. Christiano lectori S. D.

**P**ervenit nuper ad manus meas scriptum quoddam Titulo Dionysij Beurrei ad Joh. Ofreg, in quo vir ille

D'on. Beur.  
promulgat Re-  
ligionem Sa-  
crament. in  
patria,

ille latens aliquod erga me odium expleturus, ipsam veritatem apertis moribus infestat. Igitur ne causam veritatis deserere ac prodere velle viderer, responsionem aliquam huic scripto à me reddendam esse existimavi.

Principiò hoc lector observet Antagonistam meum pro se citare confessionem Augustanam, unã cum Apologia ejusdem, quasi aut Principes ac status imperij, qui confessionem illam Imper. Carolo exhibuerunt, de Sacramento Cænæ Domini. ita prorsus sensissent, ut ille & sui complices Calviniani reliqui nunc sentiunt; aut horum opinio ab illis in nullo discreparet, cum tamen jam omnibus notissimum sit, non melius inter confessionem August. & impiam Sacramentariolorum opinionem convenire, quam inter Christum & Belsal. Jam rem ipsã seriò aggressurus, primùm hoc in calumniam rapit, quod in Dialogo visus sum ei dixisse, Sacramentarios plus nimio versari circa manducationem spiritualem; Sic enim ille verba mea interpretatur, ac si ego Spiritualem manducationem prorsus improbaverim, quod ex verbis meis nunquam evincitur. Quanquam hanc litem inchoat auctor scripti Dionysius à manducatione indignorum, tamen quia revera negat tam dignos quam indignos corpus Christi corporali ore percipere, quorum nos utrumq; è contra fatemur: antequam ad refutationem argumentorũ, seu potius sophismatum, quibus nos oppugnat accedamus, necessum habemus & ipsam nostrã de his rebus confessionem, & ejusdem præcipua fundamenta hic ascribere. Sento igitur, credo firmiter, & confiteor verũ & essentialẽ Christũ corpus, essentialẽq; ipsius sanguinem in Domini.

*Cana adesse, ac indifferentè tam à dignis, quam indignis, cum Pane & Vino corporali ore manducari ac bibi; licet diversa conditione. Nam illi sibi hæc sumunt ad vitam; hi ad interitum. Dico autem hic adesse, manducari ac bibi, non naturali, carnali, sensibusq; nostris perceptibili; sed supernaturali; imperscrutabili, arcano, cælesti ac planè divino modo, ne in adversariorum fictas absurditates jure incidisse videamur.*

Fundamenta  
veræ senten-  
tiæ,

Hujus meæ confessionis fundamentum Primum est ipsum clarum & manifestissimum verbum institutionis Christi, ab Evangelistis & Apostolo Paulo nobis I. conscriptum & traditum, propter quam institutionem dicimus veterum scriptorum more, *in pane, sub pane & cum pane corpus & sanguinem Christi, realiter & ore corporis sumi*; non quod hæc ceu vinculis quibusdam constricta, aut inter se commixta perpetuo ve consociata existimemus: Sed quod veritatem, liberrimæ ac legitimæ præsentia corporis & sanguinis Christi per hoc designare velimus. Quam præsentiam quia à benedicto pane & calice remouent Calviniani, ita ut panem & vinum ore corporis; Corpus autem & sanguinem Christi ore fidei percipiant, meritò eorum opinio tanquam falsa & noxia à rectè sentientibus, non minus quam Cinglianorum, typi, figuræ & nuda signa repudiantur.

2. Alterum meæ confessionis fundamentum est quod Paulus scribit I. Cor. 10. *Panem quem frangimus nonne Participatio corporis Domini est? Causa benedictionis cui benedicimus, nonne Communicatio sanguinis Christi est?* Si manemus in proprietate verborum Pauli, fatebimur manducantes hunc panem fieri participes corporis Domini hac ipsa actione, & bibentes vi-  
num

num, sumere ore corporis verum Christi sanguinem, Ab hac verborum proprietate nullâ glossulâ aut figurâ fictâ, seu Metonymiâ, seu alterius cujusq; nos abduci patiamur.

Tertium fundamentum sunt Apostoli verba ca- 3.  
pitate proximè sequenti, quæ de indignorum manducatione, quam hic maximè impugnat Dionysius, peculiariter sonant: vid. *Quicumq; manducaverit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.* In his Apostoli verbis nihil obscuritatis inest, testatur enim illos fieri manducando reos corporis Domini, qui hunc panem manducaverint, & fieri reos sanguinis Domini bibendo hunc calicem indignè. Sic corporis & sanguinis indignâ sumptione rei fiebant ista prophando, i. e. contumeliam faciebant eisdem, sicut latrones Christum crucifigentes; aut (ut Basilii interpretatur) culpam interfecti Christi sustinebunt, quam quidem atrocem culpam contrahunt multi impij extra cænam: Sed hic peculiariter agitur de abusu Cænæ, in qua benedictum panem & calicem manducantes & bibentes indignè, rei fiunt hac ipsa actione corporis & sanguinis Domini, quam rem, coelestem simul percipiendam, Christus ipse instituerit.

Quartum fundamentum ex eodem Pauli loco sumitur. Sic enim habet Textus: *Qui manducat & 4.  
bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Si juxta Sacramentariorum, figmentum, infideles & indigni tantum panem & vinum, ac non etiam corpus & sanguinem in Cæna sumunt, quâ ratione diceret Paulus non dijudicans



Corpus Domini, cum verius & commodius dicere potuisset, non dijudicans panem, qui est symbolum corporis Domini; Sic iudicium sibi manducant i. e. panem temporalem & æternam sustinebunt, quod sc. non discernant qualis & quantus sit cibus, nempe corporis Domini, quem manducant. Hanc interpretationem fulsit & declarat Aug. Tract. in Joh. 62. sic scribens: *De huius erat sermo, cum Apostolus diceret, qui Domini corpus velut alium cibum indiscretè negligentèrque sumebant. Hic ergo sic corripitur qui non dijudicat, h. e. non discernit à ceteris cibis Dominicum corpus, quomodo non damnatur qui ad eius mensam amicum simulans, accedit inimicus?*

August.

Hæc quatuor nostræ sententiæ fundamenta, quorum duo posteriora ad præsentem locum de manducatione indignorum propriè pertinent, adeo firma & valida sunt, ut non solum Dionysij, omniumque Sacramentariorum cavillis, sed ipsis inferorum portis constanter ac intrepidè opponi possint.

Sententiæ veterum.  
Irenæus.

Augustin.

Addimus veterum sententiæ nostræ confessioni conformes. Sic Irenæus adv. Hær. l. 4. c. 34. *Panis in quo gratia acta sunt, qui est à terra percipiens vocationem Dei, jam non communis panis; sed Eucharistia est, duobus rebus constans terrenâ & celesti.* Aug. de Bapt. l. 3. *Non interest eum de Sacramenti integritate quaritur, quid credat & quali fide imbutus sit ille qui Sacramentum accipit. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed ad Sacramenti questionem nihil interest. Fieri enim potest, ut homo integrum habeat Sacramentum & perversam fidem. Et infra: Solus propria est Bonis; Sacramenta communia Bonis & malis. Item alibi: Hoc Sacramentum non in merito conservan-*  
tis,

is, sed in verbo efficitur Creatoris. Item; Nam  
 & Judas Bonum corpus, & Simon Magus Bonum Christi  
 Baptisma percepit. Ad eundem modum Chrysoft. Chrysoft.  
 in Mat. Hom. 24. O cecitatem proditoris, qui cum inef-  
 fabilibus mysterijs communicasset, idem permansit &c.

Nunc videamus qualibus Argumentis imò  
 quàm inanibus Sacramentorum nugis & cavillis,  
 ex falsissimo fundamento exstructis, Dionysius ve-  
 ram presentiam corporis & sanguinis Christi in S.  
 Cena impugnat.

Refutatio sen-  
 tentiæ contræ  
 I.

Primus syllogismus sic habet. *Omnes ij, qui man-  
 ducant Christi carnem, & bibunt ejus sanguinem, vivunt  
 in æternum. Impij in æternum non vivunt. Ergo impij  
 carnem Christi non manducant* In hoc Argumento  
 propositio major sibi non constat: Nam illi soli vi-  
 vent in æternum, qui fide manducant & bibunt.

Secundum ejus Argumentum. *Evangelista 2.  
 Johannes de corporali manducatione nihil habet; sed tan-  
 tum de spiritali. Ergo ille nullam aliam manducationem  
 quam que fide fit, agnoscit.* Hic primò demiror osci-  
 tantiam Dionysij, in legendo Capite 6. Joh. quod to-  
 ties inculcat manducationem carnis Christi. Dein-  
 de quæro num inter se pugnant fide manducare car-  
 nem Christi, & ore corporali manducare? Si sic: quâ  
 ratione veteres quidam transfulerunt hoc caput Joh.  
 ad Cenam Domini. Deniq; si largiamur ipsi Evan-  
 gelistam Johan. de nulla alia manducatione hic  
 loqui, quam eâ quæ fide fit, num ideo sequatur, eum  
 nullam aliam agnoscere manducationem? Non  
 credo, nisi simul abolita esse voluerimus, quæ alij  
 Evangelistæ tradiderunt.

Tertium Argumentum. *Christus exhibet suum corpus 3.*

003

& san

11 *Et sanguinem mortem ipsius annunciantibus: At impij  
12 mortem Domini non annunciant. Ergo nec impijs exhibe-*  
*tur.* Hæc ratiocinatio ex falso fundamento pro-

fecta est, quod sc. Christus solis ijs, qui mortem ipsius  
annunciant, h. e. ut ille interpretatur, beneficia,  
ipsius fide accipiunt corpus & sanguinem suum ex-  
hibeat. Contrarium docet Exemplum Judæ prodi-  
toris, & Apostolus supra loquens de manducatione  
indignorum idipsum docet.

4. Quartum Argumentum. *Ijs solis Christus suum  
11 sanguinem in Cæna bibendum exhibet, pro quibus fusus  
12 est. At pro impijs non est fusus. Ergo nec illis exhibe-*  
*tur.* Falsam Dionysij opinionem, quod sanguis

Christi sit tantum pro fidelibus fusus, refutat Scri-  
ptura luculentè. Baptista ait: Ecce Agnus Dei, qui  
tollit peccata mundi. Item Evangelista & Apostolus  
Joh, Christus est propitiatio pro peccatis totius mun-  
di. Christus in parabola Cænæ magnæ, ostendit pro  
nolentibus venire paratam fuisse Cænam. Paulus  
expressissimè ait, Christus cum infirmi essemus, pro  
impijs mortuus est. Quod si propositionem mino-  
rem non refutaremus, fieret tamen falsa major, vid.  
solis pijs in Cæna benedictum Calicem fuisse exhi-  
bitum. Quia Marcus claris verbis testatur, Omnes  
bibisse, in quorum numero etiam impius Judas erat.

5. Ad suæ sententiæ confirmationem repetit Dio-  
nysius *Panem & Vinum Cæna Domine esse nuda rerum  
11 absentium symbola,* qua in parte agnosco vanum im-  
12 *piumq; Sacramentarium commentum: Nam*  
nemo orthodoxorum, seu veterum seu recentio-  
rum, sic unquam vel sensit vel est locutus, quod nec  
Scriptura permittit, cum planissimè testatur, Sacra-

men-

menta esse non absentium sed presentium, sibiq;  
mirabili ac arcano modo unitarum rerum signa.  
Sunt enim Sacramenta signa gratiæ, non utiq; ab-  
sentis, sed presentis.

Sextum Argumentum. *Quicumq; panem & po. 6.  
culum Domini manducat & bibit indignè, iudicium sibi  
manducat & bibit. At corpus & sanguis Christi sunt solus  
& vita, qua solis fidelibus comunicantur; non iudicium,  
mors & condemnatio, qua debentur infidelibus. Ergo  
impius morti destinatus corpus Christi non manducat.*  
Fraudem facile deprehendas, si syllogismum ad for-  
mam Enthymematis reduxeris, in hunc modum.  
Fideles manducant corpus Christi ad salutem: Er-  
gò infideles & impij non possunt illud manducare,  
ad iudicium. Hic peccat noster Disputator dupli-  
citer: primum in eo, quod syllogismum ex quatuor  
terminis constituat; quare nulla erit majoris & mi-  
noris connexio. Deinde facit sibi Scripturam con-  
trariam, quod non dicat abusum, sed corpus & san-  
guinem Domini adferre indignis mortem, sicut ipsa  
adferunt dignis vitam.

Pergit Dionysius argumentando ab aliorum 7.  
consensu. *Lutherus (inquit) certus in locis, præsertim  
in Cap. 6. Joh. loquitur de spirituali manducatione: Ergo  
est noster totus, manducationem oris corporalis prorsus  
negans.* Non autem sequitur Lutherum ideo im-  
probare corporis Christi manducationem, quæ ore  
fit, quia de manducatione Spirituali nonnunquam  
etiam loquatur? Neq; enim inter se pugnant. Ap-  
paret Dionysium hac ex Lutheri Postilla excerptisse,  
quæ facile depravaret: Testatur tamen Lutherus non  
semel in eo loco Cap. 6. Joh. ad Canam proprie non  
per

63 pertinere. Meminit etiam hoc loco Dionysius Ecclesiarum  
 64 Helveticarum quas per suos Pseudomagistros & Concionato-  
 65 res seductas esse novimus. Igitur falso præ tendit has Ec-  
 66 clesias confessioni Augustanæ verè addictas esse.  
 67 Dum adhuc infert dicens: *Confessio & Apologia docent*  
 68 *in usu Sacramentorum fidem esse necessariam, ut acci-*  
 69 *piat res promissas. Impij autem fidem non habent. Ergò*  
 70 *impij res promissas non consequuntur.* Si per has voces  
 (res promissas) intelligeret remissionem peccato-  
 rum & vitam æternam, quemadmodum Confessio  
 & ejus Apologia intendit, firmum quidem esset ar-  
 gumentum: Sed quia his vocibus etiam Sacramen-  
 torum veritatem includit; atq; ita æquivocatione  
 verborum ludit, est propositionis ipsius major fal-  
 sa. *Non enim* (inquit Ambrosius l. 10. in Luc. c. 22.)  
*hic cibus & potus nobis præmij loco spondetur, sed est*  
 71 *Communicatio gratiæ caelestis & vitæ.* Virget Dionysius  
 72 *solum spirituales manducationem in nostris Liturgijs*  
 73 *commendari, dum minister verbis præcens, sursum cor-*  
 74 *da ad Dominum in caelis, ut elevemus nos hortatur.*

Ambros.

Corradit Argumenta Disputator, ut victoriæ  
 laudem reportet: Sed non qui argumenta nume-  
 rat, sed qui ponderat pro victore habendus est. Hæc  
 cohortatio non alio fine hic usurpatur, quam ut po-  
 pulus sacratissimis mysterijs communicaturus, men-  
 tes suas (ut par est) ad Deum levet, atq; unà cum mi-  
 nistro, verbis præeunte, gratias agat, oretq; ut ad  
 horum communionem dignè accedere possit. De  
 manducatione corporali corporis Christi sic audent  
 75 Antagonista argumentari: *Quia hæc manducatio*  
 76 *Christi, qua fit ore carnali, nullum habet locum in tota Scri-*  
 77 *ptura, unde possit probari. Ergò nullas habet promissiones.*  
 Sed

Sed quia hæc perfricta frons tam audacter negat Christum vera locutum, & Evangelistas ac Apostolum Paulum de eo vera scripsisse, est argumentum, responsione indignum: Tamen ad illustrandam, nostram sententiam visum est citare nonnulla veterum luculentissima dicta. B. Irenæi verba hæc sunt I. 4. de Euch. c. 57. *Christus panem hujus creatura accipit, & confessus est esse suum corpus, & temperamentum carnis suum sanguinem.* Origenes Hom. 6. ad Div. *Quando sanctum cibum, illudq; incorruptum epulum accipis, manducas & bibis corpus & sanguinem, tunc & Dominus sub rectum tuum ingreditur.* Ambrosius I. 4. de Sac. c. 9. *Didicisti quod accipis, corpus Christi est.* Chrysostomus in cap. I. Eph. *Quotquot in corpore Christi communicamus, quotquot sanguinem illius degustamus, cogitemus quod illius corpus & sanguinem gustamus qui in caelestibus sedet.* Basiliius Epist. 141. *Carnem ejus edimus & sanguinem bibimus, consortes ipsius effecti per incarnationem & sensibilem verbi ac sapientia vitam.* Augustinus Epist. 118. *Liquid apparet quando primum acceperunt discipuli Corpus & Sanguinem Domini, non accepisse jejunos &c.* Ex hoc placuit Spiritui Sancto ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius intraret Dominicum corpus quam cætericibi &c.

Irenæus,

Origenes,

Ambrosius,

Chrysostomus,

Basiliius,

Augustinus,

Adhuc urget iniquens. *Corporalis manducatio jubet nos dubitare an proficiat, an potius noceat, cum asseritur ab eadem manducatione spirituali non prodesse.* Ergo tanquam periculosa repudianda erit. Vis hujus argumenti hæc est, quia impijs & incredulis sumptio Sacramenti Corporis & Sanguinis Domini est inutilis, imò noxia. Ergo simpliciter est talis.

R p

Hæc

Hæc argumentatio à dicto secundum quid ad dictum simpliciter in scholis refellitur. Cavendum est ab his Doctoribus, qui culpam suæ incredulitatis ac perfidiæ, in Dei verbum ac Sacramenta transferunt. Pergit urgendo: *Si corpus Christi subiecti oculis non potest, Ergo nec Sacramentum est.* Supra demonstratum est ex sententia vetustissimi scriptoris Irenæi, Sacramentum Eucharistiæ duabus rebus constare, unâ terrenâ & visibili, sc. pane & vino; Alterâ cælesti & invisibili, sc. corpore & sanguine Domini.

Consecrationem Sacramenti nec finit Antagonista intentatam, dicens: *Consecratio aqua & aliorum id genus Creaturarum meritò est hic abolita. Consecratio panis & vini in cæna, non meliora habet fundamenta: Ergo & ea meritò abolenda esset.* Hic facit nullum discrimen inter Traditiones humanas & verbum Dei: Illæ superstiosæ meritò sunt abolitæ: Sed verbo Dei in Cæna prolato consecratur Sacramentum corporis & sanguinis ad suum verum & legitimum usum.

Quod nobis objicit: *Nos Corpus & sanguinem Domini corruptibilibus elementis alligare, est manifesta calumnia;* Nos enim hoc non facimus; sed nostri causâ Dominus, eò quod novit ipse quid nobis maximè impediatur. Hic non requiritur ratio Physica, sed fides, quæ tenet quod Dominus instituit. Unde Augustinus: *Quod demonstratum est à Domino sine difficultate teneamus.* Alij garriant, nos credamus. Et alibi. *Impias argumentationes si ratio refutare non possit, fides irridere debes.* Cyr. in cap. 6. Joh. *Nunquam in tam sublimibus rebus illud quomodo aut cogitemus aut proferamus. Judæicum enim hoc verbum est, & supplicij extrema causa;*

Augustin.  
C. De l. 1. c. 17.

Cyrellus.

Ad

Ad finem scripti properans Dionysius subjicit ad calcem hæc verba. *Obsecro & obtestor D. Archiepiscopum, ac divinū conatibus invictissimi ac piētissimi Regū nostri obstitat ac reluctetur.* Hic vide calumniam. Ego pijs clementissimi Regis nostri, in rectè ordinanda ac constituenda Svecana Ecclesiā conatibus, nunquam obstiti aut obstitere! Imò (quod citra jactantiam dictum volo) *pro tali aliqua ordinatione semel constituendā atq; typū evulgandā, Regem Gustavum (felicis ac inclytæ memoriæ) toties sollicitavi, exhibitā etiam rerum sybulā, qua ad tale negotium viderentur pertinere.* Nonnè in novissimis comitijs Anno 1562. Stokholmiz celebratis idem etiam apud clementissimum Regem nostrum rursus tentavi, tradita, quodq; & suæ majestati priore formulā per me revisā & locupletata, quam & sua R. M. benigno ac sereno vultu è meis manibus suscepit. Omnipotens Deus ac pater D. N. Jesu Christi conservet ac stabiliat Regiam S. M. in sincera ac pura Evangelij doctrina, quā hætenus per singularem Dei gratiam feliciter est imbuta, nec sinat Ecclesias Svec. vel Sacramentariorum vel aliorum quorumcunq; fanaticorum, venenatis dogmatis corrumpi ac perdi. Ex Ubsala 20. Januarij An. Domini 1563.

## CAP. IV.

*Fundamenta fidel de Sanguinū Dominici participatione  
in vino, & non in altoposu, communi consensu*

*Cleri Svec. collecto.*

Quoniam Christus filius Dei in prima Cæna, Sacramentum sui corporis & sanguinis in pane & vino distribuit Apostolis, idq; sic faciendum in sui



sui memoriam iussit, ideo nemini institutionē Christi mutare liceat. Et si enim non dixerit, Accipite hoc vinum, Bibite hoc vinum, sicut nec prius dixit Accipite hunc panem; sed simpliciter dixit, Accipite, comedite, quod mandatum Apostoli de solo pane intellexerunt. Sic simpliciter dixit, Accipite, Bibite ex hoc omnes, quod mandatū Apostoli de solo genimine vitis acceperunt. Nullum enim aliū potum habuit cum hoc mandatum dabat, sicut colloquium Christi de genimine vitis ostendit. Ideo etiam absq; cunctatione hoc mandatum exequuntur, atq; biberunt ex calice omnes, ut refert Marcus, certō statuentes isto vini haustu se Sangvinē Domini simul bibere. Huic institutioni obediverunt Apostoli, eamq; tradiderunt Ecclesie, ut *in eadem materia pane sc. & vino, Cenam Dominicam administraret & sumeret*, nec diversum unquam probabitur. Obedivit & vetus Ecclesia vera, quæ ut ab Apostolis accepit, ita etiā distribuit populo utramq; partem panem & vinum, ac pro hæreticis declaravit & excommunicavit omnes falsas Ecclesias, quæ materiam diversam à prima Cæna, seu ab institutione, distribuere sibi præsumserunt. Hoc Exemplum Christi, Apostolorum & veteris Ecclesie religiosè servarunt & adhuc servant omnes doctores pij, & Ecclesia Christiana collecta post illustrationem collapsa doctrina Evangelij, quotiescunq; Cenam Dominicam administrarunt; & quidem omnes & veteres & recentiores Orthodoxi, quoties de distributione Sangvinis Christi docent, semper faciunt mentionem vini & nullius unquam potus alterius speciei, & verba illa Christi: Non bibam posthac de genimine vitis; hoc ad potum, quem in Calice habuit Christus, &

Apostolis ad bibendum dedit, uno ore & magno con-  
 sensu referunt. Tertull. l. 4. adv. Marc. *Acceptum panem*  
*& distributum dedit discipulis. ita & nunc Sanguinem* Chryso.  
*suum in vino consecravit.* Chryst. in cap. 26. Matt. *Quando*  
*hoc mysteriū tradidit, vinum tradidit, ex genimine vitis,*  
*qua vinum non aquam producit.* Clemens Alex. in Pæd. Clemens Al.  
 l. 2. c. 2. *Quod autem vinum esset quod benedixit, ostendit*  
*rursum dicens: Non bibam posthac ex fructu vitis.* Cy- Cyprian,  
 prian. l. 3. Epist. 2. *Non potest videri Sanguis Domi-*  
*ni, quo redempti sumus, esse in Calice, si vinum desit Ca-*  
*licis, quo Sanguis Christi ostenditur.* August. in Sent. Augustin.  
 Prosp. *Sanguinem ejus sub Vini specie & sapore pota-*  
*mus.* Cyrilli Epistol. ad Cælesyr. *Sacram ejus carnem* Cyril.  
*& preciosam Sanguinem accipimus in Pane & Vino.* Re-  
 centiores Theologi. Lutherus Homil. r. de Bapt. Lutherus  
*Christus ait, hoc facite, b. e. Ego jubeo & instituo, & hū*  
*verbū volo esse institutum & mandatum, ut hoc facia-*  
*tis, quotiescunq; volueritis ut sumatis Panem & Vinum.*  
*sicut videtis me facere.* Ph. Melancton in Apol. A. C. Ph, Melan,  
*Confitemur nos sentire, quod in Sacra Domini Cena verè*  
*exhibeantur Corpus & Sanguis Domini cum illis rebus qua*  
*videntur, Pane & Vino.* Brent. in 13. cap. Joh. Hom. 17. Brent.  
*In Cena Domini distribuuntur Corpus & Sanguis Domi-*  
*ni, quia Panis & Vinum hujus Cena habent verbum Chri-*  
*sti: In poma autem & aqua non distribuuntur illa: Ideoq;*  
*rectè dictum est, Accedat verbum ad elementum (non*  
*quod vis sed ad hoc divinitus institutum) & fit Sacramen-*  
*tum.* Luc. Loss in c. 26. Matt. *Hoc certè agendum est quod*  
*Christus jussit, cum igitur Christus corpus suum in pane, &*  
*sanguinem in vino distinctum distribuit Discipulis, Ecclē-*  
*sia hanc distributionem nullo modo mutare debet.*

Postremò cōmunitèr omnes hæc veræ & Christianæ.

Ecclesie signa constituunt sc. incorruptam Evangelij doctrinam & legitimam administrationem Sacramentorum, quæ Christus Magister noster instituit. Quare veram consolationem accipiat fidelis ex vero usu Sacramentorum, si Christi institutio servatur: Nam conscientia destituta verbo, dubitat an Deus efficiat quod non promiserit. Non enim omnia facit quæ potest. *Velle ejus est posse ejus, & fides qua verbo caret, non est fides, sed falsa quadam presumptio, & Diabolica illusio.* Quare tempore necessitatis, ubi creaturas à filio Dei in usum Sacramentalem electas habere non possumus, conscientie afflicte nulla ratione melius sustentari possunt, quam universali filij Dei promissione: Omnis qui credit in me, mortem non videbit in æternum. Quæ promissio non sic alligata est pani & vino Sacramentali, ut una cum illis tolli & interire possit: Sed si panis & vinum sublata fuerint, manet tamen verbum Dei, quod cælo & terrâ durabilius est. Hoc scriptum confirmarunt suis subscriptis manibus hi infra nominati Episcopi & Pastores An. Dom. 1563.

Ego Laurentius  
Ubsaltensis.

Ego Ericus F.  
Lincopensis.

Ego Ericus  
Scarensis.

Ego Nicolaus  
Strenguensis.

Ego Joh. Ofreg.  
Arosiensis.

Ego Nicolaus  
Wexionensis.

Ego Petrus  
Calmariensis.

Ego Laurentius  
Pastor Holm.

Ego Andreas  
Juncopensis.

Ego Ericus P.  
Pastor Ubsal.

Ego Martinus  
Pastor Geval.

Ego Olavus Med.  
Pastor in Naasboe.

## CAP. V.

*Argumenta Job, Ofreg Aros. quibus persuasit suam ad-  
ministrandam esse S. Cenam in alio liquo-  
re quàm vino.*

**E**ccliam Christi in Svecia noluit perturbator Sathan quiescere, quin potius egit, ut datâ levissimâ occasione, Reformatam in patria Religionem vexaret. Mortuo Rege Svec. Gustavo I. intulit bellum Svecis Rex Daniæ & Norv. atq; hostili animo damnum patriæ nostræ, quantum potuit, attulit. Inter alia mala, impedivit Sal vinumq; ex Belgio & Hispânia huc adferri. Inde non leve senserunt Sveci dispendium, tam in œconomia, quam in Ecclesia, præsertim ubi administrarent ministri Eccl. vinum in Cæna Domini participantibus de sanguine Christi, juxta ejus institutionem. Scripserunt quidem Episcopi & præcipui in Clero fundamenta supra posita, demonstrantia non fieri participationem sanguinis Christi in S. Cæna alio in potu quàm vino: Tamen movebantur aliqui Clerici, tam mandato Regis Erici, qui seriò jussit administrandam esse S. Cenam patriotis, tum querelâ populi dolentis quod cæna Domini non sit administrata morituris, ut præsumerent fieri sacramentalem Participationem sanguinis Christi in alio potu vel liquore, quam vino. Hujus sententiæ præcipuus defensor fuit Episcopus Aros. *Johannes Ofreg*, quem Alij vocabant ideo *Liquoristam*. Hic scripsit suis Diæcesanis de hac re ad hunc modum.

**O**mibus in Christo dilectis fratribus, Venerabilibus viris ac Dominis Ecclesiarum Arosensium, Job, Ofreg  
ordis

ordinarius gratiam & pacem in Domino. Statum pa-  
 tris nostra hoc tempore inter strepitus armorum fluctuan-  
 tis facile omnes scitis. Deesse vinum in celebratione Mis-  
 sa, ut distribuatur poculum Cane Domin. conqueruntur  
 multi ministri Eccl. Auditores accusant suos Pastores in-  
 termitti hinc necessarij officij, dum hi non porrigunt pe-  
 tentibus S. Canam. Hac quarela pervenit ad nostrum  
 Clementiss. Regem, qui ad se vocavit novissimâ 12. Mar-  
 tij, Archiepiscopum, Episcopum Strengnensem & me, solli-  
 cite perquirens, Annon liceat propter defectum vini, ad-  
 ministrare S. Canam in alio potu quam vino? Hac qua-  
 estione ultro citroq; agitata, misit Rex suos Consiliarios,  
 Illust. Comitem Petrum Brahe & Nobilem Georgium  
 Petri, indicantes mandatum esse Regium, ut Pastores  
 absq; omni tergiversatione administrent suis auditoribus  
 S. Canam in quocunq; liquore sacrum poculum porrigere  
 possint, ne populus faciat tumultum, propter Sacramenti  
 Cane defectum, Archiepiscopus negabat fieri partici-  
 pationem Sanguinis Christi Sacramentalem, nisi in solo  
 vino juxta Christi institutionem, ab hac enim discedere  
 Christianos Religio vetat. Ego inferrebam, necessum erit  
 sedare populum Regni, non solum ideo ne tumultum faciat,  
 sed etiam ut confirmet fidem de remissione peccatorum  
 suorum, qui hoc Sacramento uti percipiunt. Conclu-  
 sum igitur est in nostro conventu, ut Pastores Ecclesia-  
 rum ubicunq; possent, vinum sibi compararent, & antea  
 quam totum illud absumerent, permiscerent residuum  
 alio liquore, sc. aquâ vel mulso, ut posset Sacrum poculum  
 potentibus porrigi. Igitur Holmiâ discessuri Strengnen-  
 sis & Ego, summo studio quaesivimus vinum in tota Civi-  
 tate Holmensi, quod cum habere non possemus, cogitaba-  
 mus tunc comparare vobis tonnam misci cum vino permiscendi,  
 quam

Occasio do-  
 Grina Liquor.

quam habuit venalem vidua Anna, Erici Petri velle: *ca*  
 Sed cum tonnam ipsa magno pretio venundaret, Alij, ex- *ca*  
 petarent vinum adferendum, discessimus Holmiã, vino *ca*  
 Ecclesia utilitati necessario destituti; Quoniam vero con- *ca*  
 sultum duco S. Canam omnino esse administrandã petenti- *ca*  
 bus patriotis, etiam in aqua aut alio liquore si vinum desit, *ca*  
 apponam argumenta mea assertionis, ne frustra id suasisse *ca*  
 videar. Primò certum est in Judæa fuisse vinũ genero- *ca*  
 sissimũ, cum quo aquam miscerent indigenæ, ut usũ *ca*  
 humano inserviret: Unde sequitur Cænæ institutione *ca*  
 fuisse usũ non vino puro sed aquã permisto. *Quare non*  
*incongruè dicimus, posse etiam in aqua fieri Sacramenta.* *ca*  
*lem participationem sanguinis Christi.* Deinde non ha- *ca*  
 bemus speciale mandatum utendi puro vino in S. Cæ- *ca*  
 næ administratione: Nam accepto calice, sic dixit Chri- *ca*  
 stus: *Hic calix (non vinum) est Novũ T. in meo sanguine;* *ca*  
*Quod alij inferant Christi verba: Non bibam posthac de ge-* *ca*  
*minine vitis, adferam Luca Lofij explicationem illius tex-* *ca*  
*tus, qua sic sonat: Desiderio desideravi, id est, ex animo* *Luci Lofij*  
 fitio salutem generis humani; hoc Pasca, sc. corpo- *ca*  
 rali hoc modo: Nec bibam sc. in hoc mortali corpore *ca*  
 ante meam resurrectionem, donec compleatur in Re- *ca*  
 gno Dei sc. spirituali, h. e. vita æterna. Estq; hoc qua- *ca*  
 si haustus ultimæ valedictionis, quem morituri face- *ca*  
 re solent: Nondum enim de poculo Cænæ Dominica, *ca*  
 quod postea instituit, hinc loquitur. *Hac explicatio osen-* *ca*  
*dit illa Christi verba (non bibam de gemine vitis) ad S.* *ca*  
*Cænæ institutionem non pertinere. Chytræ sic explicat: Dñs.* *ca*  
*co autem vobis, Non bibã de gemine vitis t. e. posthac non* *Chytræ*  
 comedã & bibam vobiscum, neq; posthac fruemini meo con- *ca*  
 victu & visibili conversatione; ne tamen perpetuò propterea *ca*  
 disjungemur, sed rursus mutuo conspectu & consuetudine

- Erafm. Sarc.** *fruemur in Regno patris mei.* Erasmus Sarc. *Amen. di: o vobis, jurat Christus in re certa & certa. Jam non bibam scilicet humano more & præsens in hoc corpore. Sic finit Christus hæc verba typum esus Agni Paschalis.*
- August.** *huc testatur Augustinus Ecclesiam suo tempore usam fuisse in poculo S. Cænæ aquâ vino permistâ, Sic enim scribit. In Eucharistia non debet pura aqua affert, ut nonnulli sobrietatis imagine falluntur; sed vinum cum aquâ mixtum.*
- Lutherus.** *Lutherus in form. Missæ, vocat superstitiosam legem; si quisquam concludat poculum S. Cænæ administrandum esse puro vino, inquit: Post confectionem, paratur panis & vinum, ut Ritibus solito consecrentur. Nondum autem constitui vel certo conclusi, an sit in sacro calice aqua miscenda vino? Quamquam hoc inclino, ut purum potius vinum distribuatur in S. Cænâ, quàm ut permisceatur aqua: Tamen contra libertatem Eccl. non introducâ legem superstitiosam;*
- Ad hæc argumenta prolata accedit status nostra patriæ hoc periculoso bello afflictâ; dum negatur liber transitus in Oceano & mari Baltico illis negotiatoribus, qui in navigijs hæc vinum adferrent. Si hoc tempore statuatur Lex, quod purum vinum sit in S. Cænâ administrandum, interdicitur hoc modo omnibus Ecclesijs patriæ usus hujus Sacramenti. Quoniam vero Augustinus affirmat Sacramenta (de Adiaphoris non Sacramentis loquitur Aug.) esse numero pauca, significatione præstantissima, factu & observatione facilissima; Igitur nulla difficultas erit administrare poculum S. Cænæ, si adhibeatur alius liquor in defectu vini. Sin vero præcipiatur administratio S. Poculi in puro vino, tunc non erunt Sacramenta, juxta Augustini Regulam, observatione facilissima; Testatur insuper Historia Eccl. non fuisse semper eandem hujus*

hujus elementî rationem in usu S. Cœna observatam. Nam Alexander I. Papa Rom. qui tempora Apostolorum ferè attigit, præcepit vinum esse hic aquâ permiscendum, teste Platina in vita ejus; quo modo voluit significare Christum Ecclesia conjunctum esse. Post annos quasi 120 à morte Alex. Papa, vixit Cyprianus, hic testatur multos in consecratione poculi Sacramentalis usos fuisse purâ aquâ, quod reprehendit Cyprianus, jubens duplum omnino vinum esse adhibendum in consecratione illius poculi, reliquum erit aqua, ut hæc sit in proportione mixtionis pars tertia. Post Cyprianum annos circiter 200, vixit Augustinus, qui etiam refert puram aquam in Eucharistia à multis administratam fuisse; causam prætendebant hi ipsi, quia in sobria sancta, hæc mensa, non deberent frui vino, quod solet ebrietati inservire. Hanc autem præsumptam sanctitatem correxit Augustinus dicens: In Eucharistia non debet pura aqua administrari, quia & vinum fuit in redemptionis nostræ mysterio. Hac omnium ipse considero in præsentî defectu vini, svadeo administrandam esse in Eucharistia potius aquam, quam omittendum esse hujus Sacramenti usum. Non solemus excludere à communione S. Cœna ipsos fideles, participationem corporis & sanguinis Christi in S. Cœna desiderantes; sed solos excommunicatos ac impenitentes. Nec favo fidei Miscelleneæ, seu hæresi Adiphoristarum, qui usum hujus Sacramenti inter Adiphora collocant: Sed ex Bonis terra à Deo concessis distribuendum esse poculum S. Cœna volo. Deum oro, ut lucem hanc accensam in Suetico Regno nostro, unâ cum Regia Clementis, Majestate, qua doctrinam sanam Nobis consultè, conservare dignetur. Amen. Arosia 25. Septemb. An. 64.

Conticuit autem hæc sententia Episcopi Arosi,



& allatum est in patriam vinum in usu Eucharistiæ sufficiens. Nec audivimus inventos fuisse ministros Eccl. qui in consecratione S. Cænæ administrant in nostris Ecclesijs poculum sang. vinit Dominici in purâ aquâ, aut alieno liquore.

## CAP. VI,

*Status Ecclesiæ Svec. principio Regis Joh. III.*

**R**Ege Svec. Erico XIV. degradato, & in carcerem Srebyensem, causâ furoris, introducto, assumptus est in sedem Regiam, communi consensu senatorum ac ordinum Regni Svec. Frater Regis Erici secundo genitus *Johannes Dux Finlandia*, ejus nominis III. Rex Svec. An. Chr. 1568. Hic cum esset bonis literis eruditus, etiam præferret ingenium liberale, ac suavem conversationem Magnatibus declararet, omnium benevolentiam sibi conciliavit, gerens initio studiosè Religionis ac ordinis Eccl. curam, juxta patris Testamentum. Principio Regni sui fecit ordinantiam Eccl. conscriptam per Archiepiscopum Laurentium P. Nericium, ejusq; fratrem M. Olavum P. Pastorem Holmensem, ab ordinibus Regni in comitijs Holm. An. Chr. 1572. approbari. Nam licet eandem conscripisset antea Archiepiscopus, & prioribus Regibus Svec. obtulisset, prout ipse fatetur supra l. 3. c. 3. tamen non erat ipsa ordinantia ante hoc tempus typis evulgata, ut ab omnibus posset legi. Causam prorogationis tacet Historia patriæ.

Neq; hoc erit omittendum, quod sub ipsa coronatione Regis, hi articuli sint ab ordinatore Archiepiscopo Laur. publicati Anno Chr. 1569.

I. Festum Transfigurationis Christi in posterum cele-

Articuli propo-  
siti in coro-  
natione Regis  
Joh.

celebrabitur annuatim, ut alia Duplicia Festa, idq; commodissimè Dominica Septima Trinitatis.

2. Nimis curtam, brevem & palliatam vestem; item militares & oblongos pileos non gerant Sacerdotes; sitq; omnis luxus ac levitas in vita & moribus omnibus Clericis interdicta. Decet enim ut mores docentis sint conformes doctrinæ, & vestitus ejus respondeat officio ac honori personæ.

3. Episcopi non ordinent (ut hætenus alicubi factum) nimis indoctos ac ineptos Scholasticos, quin potius eligant in Religione & artibus benè instructos, quos rectè examinatos & ordinatos præficient aptè Ecclesijs, ut ijs benè præesse possint.

4. Scortatores & ebrietati deditos Clericos, etiam illos qui suis Episcopis sunt inobedientes & contumaces, officio & beneficio privabunt.

5. S. R. M. noluit in S. ministerio tolerare Sacerdotes adulteros aut homicidas; sed constituit ut tales, pro ratione horreni sceleris perpetrati, juxta leges puniantur, ac prorsus à vita tollantur, ne ipsum Regnum propter impunita talia scelera subjaceat ultioni divinæ, & verbum Dei malè audiat.

6. Sacerdotes qui injustis medijs, & sine consensu sui Episcopi panem alterius petunt, omninò priventur officio Eccl. quia præceptum Domini: Non concupiscēs domum proximi, impiè violant, & propter tales ambitiosos audit pessimè verbum Dei multiq; auditores ejusmodi scandaloso Exemplo irritati, ad similia & pejora scelera perpetranda excitantur.

7. Serenis. R. M. jubet Episcopos habere rationem sui officij & specialis vocationis, ut confe-

rant ubiq; beneficia Eccl. seu parochias Sacerdotibus idoneis, ei loco aptissimis, ne Clerici aut auditores de hac vel alijs rebus levioribus ad ordinem Eccl. spectantibus, faciant negocium S. R. M.<sup>ti</sup>.

8. Qui Sacerdos petit Beneficium Eccl. Regale, eoq; dignus judicatur à suis superioribus, veniat ad S. R. M.<sup>rem</sup> cum commendatione ac testimonio sui Episcopi.

9. Sacerdotes qui sunt nimium addicti mercaturæ, & præter suæ œconomiaë necessitatem exercent frequentia mercimonia, quod hætenus multi fecerunt, abstineant ab hoc publicè scandaloso exercitio; Qui enim tales nundinationes faciunt crebrius, fieri non potest ut proprium officium in suis Ecclesijs diligenter faciant; imò hoc facto abalienantur planè à sacrarum literarum studio ac meditatione, ne animus illorum sacra ac auditoribus salutaria cogitet.

10. S. R. M.<sup>tas</sup> vult corrigendam esse negligentiam quorundam Episcoporum, qui rarò concionantur in Ecclesijs Cathedralibus; neq; ordinant aliquos, qui per vices habeant Conciones ibid. quotidianas. Quidam Episcopi rarò visitant Ecclesias in Diœcesi; Inde fiunt multi carnales Sacerdotes in officio tardiores, agentes pro lubitu quæ volunt: Sic non parum offenduntur auditores illorum malis Exemplis seducti.

11. Uxores Pastorum ruralium possunt juxta leges Civitatum consequi dimidietatem Bonorum, in divisione hæreditaria, post obitum Pastorum defunctorum.

12. Episcopi procurabunt in visitationibus, ut Eccle-

Ecclesiæ quibus deest necessarium vinum, habeant ex Decimis in Granarium Eccl. allatis, sumptus, acquirendo vino necessarios, etiam impensam tribuant illis Templorum ædificationi utilem.

13. De oneribus Sacerdotum ferendis, vult S. R. M.<sup>tas</sup> servandam esse à ditioribus Pastoribus proportionem Geometricam, ne aliquis Pastor gravetur in Taxa alijsve expensis ultra facultates, quod hactenus factum esse quidam conqueruntur.

Instituit etiam Rex Johannes collegium Holmiæ, quò convocavit Theologos primò Orthodoxos, illisq; ordinavit stipendia sat liberalia. Quæ omnia Regis Joh. facta demonstrant bonum fuisse statum Ecclesiæ nostræ principio Regiminis Johan. Dum enim voluit hic Rex initium justitiæ administrandæ fieri à cura veræ Religionis & promotione studiorum sacrorum ac liberalium, certè Ecclesiam Christi crescere, & cum illa bonam politiam florere rectè censuit. Sic etiam Plato l. 4. de Rep. Com-  
Plato, mendat bonum statum Reip. dicens: *Primum & præcipuum fundamentum benè constituta Reip. & vinculum humana societatis consistit in Religione; alterum in justitia administratione.*

Post aliquot annos deceptus est Rex Joh. à Prædicatoribus Pontificijs, qui clamitabant Religionem Romanam esse antiquissimam & Catholicam, eamq; verissimam & Apostolicam; Sed delusum, fuisse patrem ejus Regem Svec. Gustavum I. à Prædicatoribus Lutheranis. Hoc clamore Papistico ingeminato, visaq; Pontificiorum Doctorem hypocriticâ devotione, tandem ad Religionem Romano-Papisticam inclinavit Rex Joh. eandemq; fidem magno

magno zelo in patria publicandam esse voluit, ut infra dicetur.

## CAP. VII.

*Conclusio Episcoporum & Cleri Suec. in Concilio  
Ubsal. Anno 1572.*

Occasio hujus  
conventus  
Clericorum.

**O**ccasionem conventus Clericorum patria hoc Anno Ubsalia celebrati, invenit Archiepiscopus duplicem: Unam ex Jesuitarum in aula Regina ministrantium doctis enatam, quibus tentabant clanculum (quod Archiepiscopus observabat) in nostram Ecclesiam introducere peccentim Rituum Popisticos, unde vera Religio mutatio sequeretur. Alteram ex factio pralustris Dn. Erici Gustavi datam, qui raptam matertera filiam sibi conjugem junxisset, quod Archiepiscopo & plerisque in Regno videbatur facinus execrabile. Ad amovendum itaque scandalum, & confirmandam Religionis veritatem sollicitavit Regiam Maj. Archiepiscopus, ut conscriberetur hic conventus Clericorum, in quo congregati fecerunt has constitutiones.

**N**OS infra scripti, Laurentius Archiepiscopus, Martinus Lincopensis. Jacobus Scarenensis. Nicolaus Strengnensis & Johannes Arosiensis, Episcopi.

*Clerici Upland.* Ericus Nicolai Præpositus Cathedralis. Laurentius P. Gothus Rector Acad. Ubs. Olaus Jonæ, Petrus Benedicti Professores. Joachimus Olai Pastor. Olaus Andreae Rector Sch. Olaus Petri Pastor Holm. Abrahamus Andr. Rector & Ecclesiastes. Andreas Laur. Pastor & Præp. in Gestricia. Jacobus Matthæi Pastor & Præp. in Delsboo. Johannes P. Pastor & Præp. in Wendela. Jacobus Gissonis Pastor & Præp. in Wetol.

*Lincopenses.* Jesperus Marci Pastor Wasten. Petrus Benedicti in Saby. Nicolaus Arvidi in Cedh. Laurentius Laur. in Håredshammar.

*Scarenses.* Catillus Joh. Pastor in Dola. Johannes Laur. in Örlinge. Georgius Eschilli in Hestuna ga. Halvardus Petri in Wångo. Andreas Magni in Siölim.

*Strengnenses.* Reginoldus Ravaldi Pastor Strengnensis. Andreas Joh. in Båling. Nicolaus Erici in Edje. Elaus Pauli in Ordala. Laurentius Thomæ in Vira Sela. Johannes Nic. in Medelösa. Canutus Joh. in Östmo.

*Arosienses.* Erasmus Nicol. Præposit. Cathed. & Concionator R. M. tis. Salomon Bergeri Rector Sch. Laurentius Torchilli in Jreslada. Johannes Andreae in Komfertuna.

*Wexionenses.* Nicolaus Stephani Præpositus Cathedr. & Episcopi ibid. Legatus cum aliquibus Clericis &c. congregati jussu Regis Johannis III. D. N. Clem. ad nationale Concilium Ubsaliæ frequentatum, facimus notum & posteris testatum volumus, Nos sanam doctrinam in scriptis Prophetarum & Apostolorum comprehensam approbare, & sincera fide confirmare, quæ doctrina rectè, Dei gratia, in nostra patria aliquandiu sonuit. Hanc doctrinam, quam veram ac salutarem agnoscimus & confitemur, gratiaq; Dei ad vitæ finem defendemus, etiam nostris auditoribus, rejectâ omni superstitione humanâ, proponemus ac sedulò inculcabitur, dissuasurâ omnem omninò hæresin, quæ hanc orthodoxiâ impugnabit.

Deinde, promittimus nos fidelitèr curaturos, recteq; administraturos ea, quæ bonum ordi-

nem Eccl. & honestam vitam concernunt: Quæ verò scandalosa sunt & indecora, in omni opere maturè præcavebimus, præsertim in casibus matrimonij, non concedentes nostris auditoribus violare verbum Dei, aut honestatem pijs convenientem, quod videntur illi facere, qui volunt inire conjugium, licet sint cognati in 2. gradu lineæ æqualis. De tali conjugio disputarunt hæcenus aliqui nostrum; Sed nunc firmo consensu omnes volumus tale conjugium in nostris Ecclesijs esse planè prohibitum, licet in alijs Ecclesijs aliter dispensent alij. Quicquid enim prætenditur ad defensionem talis matrimonij, in eo non potest pia conscientia acquiescere, dum audit Deum prohibuisse, ne quis ingrediatur ad proximam sanguinis sui; suadetq; honestas horum hominum coitus esse repudiandos. Quare omnes cordati Christiani hæcenus ab hoc matrimonio abstinuerunt, quod tamen aliqui nostratum nunc tentare audent. Adhuc concludimus retinendas esse ceremonias Ecclesiæ jam receptas & in nostra ordinantia consignatas, neq; volumus concedendam aut mutationem harum, aut novarum introductionem, ne schismata fiant & dissensiones Diæcesen, quod fieri in alijs nationibus auditur.

Ultimò monemus, postquam intelleximus quosdam cursores disseminare in Regno dissidia, sæpeq; excitare Rebellionem contra legitimum Magistratum; Sunt igitur ab Episcopis suis diligenter monendi Pastores, ne sinant hos cursores liberè in Regno oberrare; sed tales in aliqua paracia inventos maturè referant ad servos Regis, qui hos Errones comprehendant, ne quid gravius inde surgat. Hanc  
con-

conclusionem prædictarum constitutionum confirmamus manuum nostrarum subscriptione. Actum Ubsalæ 22. Aug. Anno Domini 1572.

*At quomodo multè horum Clericorum, qui doctrinam Evangelicam subscriptionibus suis confirmabant, steterint promissis, dum sint factione Liturgica post paucos nati, infra probabitur.*

## CAP. IIX.

*Scriptum Archiepiscopi Laur. arguens gradum secundum esse prohibitum contrahentibus matrimonium.*

**A**Udivimus multos Christianos abuti Christianâ libertate, præsumentes sibi in N. T. ex Apost. doctrina 1. Cor. 7. Gal. 3. omnia licere. Qui abusus apparet gravior in contractu matrimonij, dum aliqui Exemplo exterarum Nationum volunt sibi quartum gradum sanguinis, etiam tertium concedi. quam sententiam quidam Theologi & Icti defendunt. Fatemur quidem omnia debere rectè fieri secundum verbum Dei, rejectis traditionibus hominum, quæ ut plurimum corrumpunt Christianam libertatem: Tamen concedimus quasdam traditiones humanas promoveri cursum verbi Dei, videlicet quæ constituuntur legitimè, ut possint ad praxin deduci juxta admonitionem Apostoli 1. Cor. 14. Hoc modo non improbat verbum Dei quicquid statuit ad conservationem ordinis Eccl. prius Magistratus consilio Seniorum ac Ministrorum Eccl. Alias scimus esse Traditiones hominum, quæ impediunt verbi Dei vigorem, ut Pharisaicæ, tempore Christi usitatæ, & Papisticæ, quæ sunt verè pijs intolerabiles. Dedit quidem Deus potestatem dirigentes Ec-



clesiam & politiam, ut statuerent ea, quæ pertinent ad retinendum ordinem tam in Ecclesia, quam politia; tamen nemini data est potestas quicquam statuendi, quod contrarium est verbo scripto. Cumq; legitimæ constitutiones humanæ, ad ordinandum ritè conjugium sancitæ, spectent honorem verbi Dei, & reverentiam conjugij, ideo ipsæ non erunt improbandæ. Sic prohibitio 3. & 4. gradus sanguinis ab Ecclesia pijsq; hominibus facta, utiq; probata, est utilissima, nec improbanda, sicut dicit Ph. Melanthon de arbore seu gradibus matrimon. *ut prohibitiones divina majori reverentiâ observarentur, Ecclesia aliquos gradus adjecit.* Hæc ratio constitutionis Ecclesiæ honesta & acceptabilis est.

Ph. Melanch.

Quod attinet gradum secundum sanguinis, volunt aliqui vetusti Doctores Ecclesiæ illum ab ipso Deo Levit. 18 esse prohibitum; quare minimè liceat pijs hominibus matrimonia contrahentibus, illum gradum violare: Imò reverentia conjugij & prohibitio Ecclesiæ monent pios, ne in proximis gradibus velint contractum inire matrimoniale. Quoniam vero decet ut vivamus legibus, non Exemplis, non ita imitabimur Exempla aliarum Nationum, quæ nullam nobis Regulam vel legem præscribant, sicut observabimus legem divinam & constitutiones patriæ, quas violare interdicto prohibemur, & prævaricator nostræ legis ac constitutionum Nationalium, jure plectendus erit Ecclesiasticâ & politicâ pænâ. Usu receptum est in nostra patria, punire peccatum illius qui consobrinam stupravit, more incesti, quæ consuetudo in legem abiit. Et quidem prohiberi Lev. 18. conjugium

gium harum personarum (Maris & Fæminæ) quæ ex fratribus vel sororibus nascuntur, licet alij urgeant hic non nominari personas in 2. gradu lineæ æqualis, ita probamus; præmissâ tamen excusatione, ne ulli præjudicium faciamus. *Prohibitio divina Levit 18. tangit gradus magis quàm personas; inde sequitur gradum secundum sanguinæ esse interdictum contrahentibus matrimonium, quia nominantur ibi persona in gradu 2. à stipite distantes, quarum turpitudine non erit à cognato revelanda.*

Aliqui instant: Consobrini sunt in linea æquali, sed personæ, quarum copula in Secundo gradu ibi prohibetur, sunt in linea inæquali. Ergo horum cognatorum conjugium non tangit hæc prohibitio. Responsio. Regula est, in linea inæquali quoto gradu remotior persona distat à stipite, tanto inter se personæ distant. Jam distant inter se consobrini solo gradu 2, qui datâ lege prohibetur. Ergo horum cognatorum conjugium ac copula erit per hanc legem illicita. Sic dicimus illas personas distare 5. gradu, si una persona à stipite in hoc gradu distat, altera vero persona saltem in gradu 2. inveniatur, quarum personarum (Maris & Fæminæ) conjugium propter distantiam in 5. gradu est concessum. Adhuc proxima sanguinis (quam ducere prohibemur) comprehendit generalitèr omnes propinquas, sic etiam Consobrinas; quia cum prohibetur genus, prohibentur simul, non tantum aliquæ species seu personæ, fortè (Exempli gratiâ) annotatæ; Sed planè omnes species ejusdem generis, etiãsi omnes non sint ascriptæ. Quare, si consobrina tua non sit interdicta tanquam species in

*textu expressa: Tamen subintelligitur tanquam vera species generis, omnibus prohibitis speciebus communis.* Instantia. Scriptura testatur personas in 2. gradu esse matrimonio junctas, ut Othoniel & Axa Jud. 1. descendentes ex Caleb & Cenoz fratribus. Etiam credunt aliqui Mariam & Joseph fuisse ex fratribus Jacob & Heli profeminatos. Resp. Incerta Exempla nihil probant. Cognatos fuisse Othonielem & Axam scimus, tamen incertum est utrum cognatio erat in linea aequali vel inaequali. Nec fuit forte prudentius hoc factum Calebi, quam Jephthe. De Josephi & Mariae cognatione multo incertius est. Aliqui fuisse hos cognatos in Zerobabele; Alij in ipso Davide, per diversas lineas Salomonis & Nathanis volunt. Nec valent hodie Judæorum Exempla, quia illis licita erant multa, (etiam Divortium) quæ nobis sunt interdita. Instantia. Si prohibita sunt conjugia cognatorum in 2. gradu sanguinis junctorum, cur Cæsares illa concesserint? Resp. Refert Augustinus paucos fuisse qui vellent uti hac libertate à Cæsaribus indulta, propter conscientiam repugnantem, territi prohibitione Dei Lev. 18. ne quis accipiat proximam sanguinis, ut ejus turpitudinem revelet. Itaq; Augustinus, Gregorius & multa concilia Nationalia hanc copulam prohibuerunt, præsertim. Conclium Agathense in Gallia, Can. 61. Episcopus Rom. Fabianus, qui vixit An. Chr. 244. & sub Decio martyr factus est, prohibuit matrimonia intra 5. gradum esse contrahenda. Post annos 100. prohibuit Julius Episcopus Rom. conjugium intra 7. gradum esse tentanda, quæ prohibitio stetit ad An. Chr. 1204. tunc revocavit Innocentius III. Edictum Julij, ap-  
 pro-

probando constitutionem Fabiani. Augustinus  
 concludit idem de C. D. l. 15. c. 16. *Cumq; videatur con-  
 jugium inter personas in 2. gradu junctas esse inhonestum,  
 sequitur idipsu[m] hac Dei lege Lev. 18. prohiberi: Deus  
 enim nullum admittit inhonestum; Sicut S. Gregorius  
 scribit ad Augustinum Angliæ Archiepiscopum.  
 Ph. Melancton ait: *Ol[m] fratrum filijs & filabus  
 acule inter se contrahere connubia, etiam Rom. legibus & ca-  
 id ideo non recito, ut nunc concedi vellem.* Instantia:  
 Si sit planè prohibitum tale conjugium, cur dispen-  
 santur talia Regibus? Cum sit regula, in his prohibi-  
 ta sunt jure divino, nulla est dispensatio. Resp. Ex-  
 empla aliquid suadent, non tamen hic uti Exemplis  
 tutum est. Papæ dispensationes improbamus. In-  
 stantia. Si pij Episcopi non dispensant in hoc ca-  
 su, dispensant utiq; ipsi Reges, ad quos referuntur hi  
 casus. Valentinianus Imp. Rom. accepit duas simul  
 uxores, testibus Historijs Trip. & Socrate. Hono-  
 rius Imp. duxit duas sorores, unam post alteram,  
 licet Episcopi pij repugnassent. Itaq; videtur hic  
 Regibus, quorum autoritate tales leges sanciantur,  
 plus concedendum, quàm alijs. Resp. Magnam  
 habent autoritatem Reges per officium efficiendi,  
 & quidem utiles leges loco Dei tam constituendi,  
 quàm dispensandi; nihil tamen contra scriptum Dei  
 verbum possunt. Hoc autem si facere præsumunt,  
 sonat Regula: *Dignitas Persona Peccantis aggravat de-  
 lictum.* Verum si concederetur non prohiberi hoc  
 Textu Lev. 18. Conjugium cognatorum solo gradu  
 2. invicem distantium; nonnè prohibet[ur] Ecclesia, quo  
 honestatem ac reverentiam sanguinis respicit, merito esset  
 observanda? Videmus sanctificationem diei solis,  
 licet*

licet ipsa non sit in verbo Dei expressa, tamen ex Decreto usuq; Ecclesiae rectè observari, contemptorem hujus diei gravitèr puniri, ubiq; gentium audimus. Quomodo autem peccato careat, qui transgreditur hanc constitutionem Eccl. ambiendo conjugium, cum propria consobrina contrahendum? Est equidem spectanda in conjugij pactis feriendis non sola libertas, sed honestas. Instantia. Si lex de proxima sanguinis intelligatur de pluribus in textu non nominatis, dubitatur quis habeat verum Textus sensum; possit dici prohiberi hac lege conjugia in 3. & 4. gradu contrahenda? Resp. De gradibus remotioribus non alligatur hic Textus, licet prohibitio Eccl. in his gradibus habeat honestas ac probabiles causas. Si enim relaxetur prohibitio contrahendi matrimonium in gradu 2, inquirunt leves homines occasionem & causas copulandi Fratrem, & sororem in conjugio, ut perficiantur peccata prioris mundi & Sodomitarum lascivia, quæ libido attrahit dignam pœnam. Adhuc qui amabit amorem consobrinæ suæ, dum caret expressâ concessione Dei, certum est illum dubitare de benedictione divina; Sic etiam *probatoreundem peccare dubitante conscientia.* Quare imitemur Regulam: *In dubijs erit certius eligendum.* Unde August. *Tene certum, dimitte incertum.* Sic Gregorius ad August. Archiepiscopum Angl. *Bona mentis est etiam ibi timere culpam, ubi nulla est.* Apostolus ait 2. Tim. 1. Tene fidem bonamq; conscientiam. Hinc sententia: *Quicquid fit contra rectam conscientiam edificat ad Gehennam.* Taceo *scandalum ex conjugio cognatorum in 2. gradu proveniens,* quod certè maximum est: Tamen

Augustinus  
Gregor.

Tamen prohibetur severè omne scandalum Matt. 18. Neq; sit hodiè necessum vulgò ducere proximam sanguinis sui, sicut erat olim necessarium conjugium inter filios & filias Adami contrahendum: Totus enim mundus scetet fæminis, ideò gravius peccat, qui proximam sanguinis ducit ad explendam voluptatem; graviusq; inde puniendus erit; sicut protoplastæ in paradiso, qui omni fructu licito vesci poterant, comederunt tamen illicitum, inde gravissimam cum tota posteritate subierunt pœnam. Insuper prohibetur in verbo Dei Gal. 5. 1. Pet. 2. *Abuti Libertate Christianâ, quod ipse facit qui cum proxima sanguinâ copulari studet.* Ideò rectè abstineamus à voluptate carnis, quâ delectantur alij, qui per abusum libertatis Christianæ ducunt in illicitis gradibus uxorem. Dum aberat antiquis temporibus veritas Evangelij, multò studiosius servarunt Christiani castam licitamq; societatem conjugalem; nunc deceret, ut nos Evangelici hoc fidentiùs faceremus: Sed patet nostram licentiam peccandi accersere pœnam finalem. Ultimò cogitandum est quale *relinquit malum conscientia evigilata ipsa copula conjugali, in gradibus illicitis contracta*, nimirum grave odium tandem subsequens, postquam desijt primus fervor illiciti amoris, ut persona conjugata non ferat conjugis præsentiam, nedum convictum, sicut Ammon filius David noluit ferre defloratæ sororis aspectum 2. Reg. 13.

Hæc sunt argumenta, quæ movent me scribere præsentem admonitionem, dissuadentem contractum matrimonialem inter cognatos gradu 2. junctos, quia tale matrimonium videtur legi Dei ac

naturali repugnare. Itaq; ad extremum hortor fideliter serioq; moneo omnes patriotas, ne his peccatis se immisceant, potius memores mandati divini ac honestatis conjugalis, quam observantes Exemplâ aliarum Nationum, ut retineant quietam bonamq; conscientiam, quæ non servatur. Papæ Rom. aut ullius hominis dispensatione, verbo Dei contraria, sed retinetur observatione mandatorum divinatorum.

Protestor me hoc scribere non personali cujusquam odio, aut contemptu alicujus aliter docentis: Sed singulari amore erga patriam, ne cumulum peccatorum coacervet. Reperiuntur sat multa peccata, quæ quotidie justissimam Dei penam provocant, necessum est ut Dei iram peccatorum contractione sedemus. Qui hanc admonitionem negligunt, sciant me officio non defuisse. Deus misereatur nostri. Amen.

*Legatur Explicatio Textus Levit. 18. tractata per Joachim à Beuff, de jur. com. par. 2. p. 95. Et Chemnitzus L. C. par. 3. p. 252.*

*Epistola cujusdam eruditi Patriotæ, de hoc scripto Archiepiscopi, amico transmissa.*

**S**criptum Archiepiscopi Laurentij adversus matrimonia consobrinarum, plus scandali, quam commodi, patriæ conferri mihi videtur. Dabit amicitia nostra veniam, si opinionem meam non refutandi studio, sed veritatis desiderio, secundum argumenta authoris præcipua, tuæ censuræ subjecero ac perstrinxero. Eadem argumenta in tres præci-

cipuas classes recidunt, depromptas vel ex Scriptu-  
 rarum testimonijs, vel ex more Ecclesiæ, atq; con-  
 scientiæ & honestatis dictamine. Script. locus Le-  
 vit. 18. solus est, qui adversus matrimonium conso-  
 brinarum miserè contorquetur, cum tamen gene-  
 raliter quamcunq; non graduum modo, sed perso-  
 narum omnium subsequentiū prohibitionem hic  
 summarè præmissam, Textus ipse indicet, & grada-  
 tim à generalibus ad specialia, à primis gradibus ad  
 proximos & remotiores procedat. Qui ordo inver-  
 teretur, si versu 6. dicti capitis consobrinæ intelligen-  
 rentur. Altius aliquid & proximius indicare volunt  
 hæc verba, *Nässa Blodysdntla*: quemadmodum se-  
 quentes 12. & 13. versus indicant sororem patris esse  
 propinquam &c. Versu 17. filias & neptes esse matris  
 aviæq; propinquas *Blodysfränlor*. Nullibi vero vel  
 in totis Scripturis unico jota probari potest, patrue-  
 les hoc loco intelligi, nedum ut ullibi aliàs prohi-  
 bitum eorum sit matrimonium. Cum aliàs tam  
 clemens sit Deus, ut legis præcepta omnia, non uno  
 solum, sed multis locis repetierit. Conjecturâ non  
 debet trahi prohibitio adversus consobrinos, præ-  
 fertim cum leges morales ipsâ claritate clarius & pla-  
 nius scriptæ sint adversus Pontificiorum & Calvini-  
 starum opinionem; Illis obscuritatem, his Tropos &  
 Figuras in essentialibus & moralibus statuentibus.  
 Quin consequentiâ malâ evinceretur, quoniam pro-  
 ximi primiq; gradus, ceu personæ prohibitæ sunt, &  
 vocantur *Nässa Blodysfränlor*/ ideo etiam 2<sup>m</sup> gradum  
 intelligendum necessariò. Proximum cum prohi-  
 buit Deus, concessit 2<sup>m</sup>, 3<sup>m</sup>, 4<sup>m</sup>, 5<sup>m</sup>. solum 2<sup>m</sup> gradum  
 si prohibuisse dicatur, quia gradus proximus est pri-



mo; eadem ratione tertium prohibet, quia is rursus proximus est secundo, & ita in infinitum. Unde in Papatu factum legimus, ut 5. & 7. gradus sint prohibiti, ineptè, tyrannicè & vanè. Frustra enim se colli statutis hominum Deus affirmat, imò etiam interpretationibus, conjecturis & consequentijs Sufficiat nobis interpretatio Scripturarum, quæ per Scripturas tutissimè & securissimè interpretantur, maximè eodem in loco, & circa rem eandem, ut hoc Capite patescit. Morem Ecclesiæ antiquæ quidam prætendunt, cum è Scriptura non satis se tueri queant, Exemplo Pontificiorum ad Ecclesiam & Antiquitatem recurrentium. Ipse Augustinus certo loco, non jure divino prohibita horum matrimonia dicit. Restat ut ipsius Dei jussu fratrum liberos contraxisse matrimonia probem. Quamvis enim Othonielis & Axæ conjugium non displicuisse Deo constet, in matrimonio tamen filiarum Zelaphahedi Num. ultimo, expressum præcessit mandatum divinum, ut matrimonium ex præscripto honestatis & legis divinæ contraherent. Quòd si incestuosum fuisset, contraq; divinam & naturalem legem, nunquam Deus aut imperasset illis matrimonium, vel contractum approbasset, benedictioneq; sua profecutus fuisset, ut in hoc factum sequentia docent: quin potius, ne simplices deciperentur autoritate mandati divini, aliquo paragaphò vitium hujus matrimonij perstrinxisset, quod contra se habet. Adhuc si exempla priorum Judæorum non sufficiant, mandato ipsius Dei approbata, majoris partis Ecclesiæ & Historiarum consensus de parentum salvatoris nostri inter se cognatione, merito movere debuisset Archiepiscopo-

scopum, ut non tam frigide illud exemplum citasset. Frustra hoc in loco nostra matrimonia supradictorum Judæorum Christi; parentum sanctiora fingit. utinam eorum virtutibus enixi, relinquamus à Pontificijs inventos sanctitatis, in gradibus cognationum prohibendis, gradus. Cum itaq; non in Scripturis prohibitum matrimonium consobrinarum probaverim ac antiquissimam antiquitatem hodierno usui & consuetudini præponendam, facile ex se ipso 3<sup>m</sup>. argumentum à natura, conscientia, honestate alijsq; speciosis argumentis petitum concidet. Natura bona certè nihil aliud est, quam vis ac scintilla imaginis divinæ relictæ in nobis ad ea facienda vel omit- tenda, quæ in suo verbo Deus fieri vel omitti præci- pit; ac quasi lex non scripta, scriptæ legi in omnibus conveniens. Velle autem longius extendere vel ar- ctius contrahere naturales quorundam affectus, & obligare extra verbum Dei conscientias veluti Nu- minis quodam afflatu: In superstitionem & corru- ptionem naturæ mox denegaretur. Si aliquam vero naturæ honestatem altiorem vel contrariam ei, quæ in verbo Dei nobis mandata sint, quis affectet. Huic respondere non vereor, inhonestum esse naturam humanam divinis legibus esse honestiorem. Papa- tus quibus alijs gradibus ascendit, quam ordinis, ho- nestatis, consuetudinis, alijsq; plausibilibus argu- mentis, extra legem & iussu divina fabrefactis? Hinc tot monachales ordines, & justitiæ tot opera opera- ta, tot matrimoniorum regulæ, prohibitiones & limi- tationes, ut ijs recensendis charta me deficeret. Quis dubitet nos quoq; si in moralibus & essentialibus (ut est prohibitio matrimonij) obligemus conscien-

tias sub opinione necessitatis extra verbum Dei, futuros è Lutheranis deliros, nostrosq; Sacerdotes è ministris Lutheranos Papas. Ordinem quidem, ab Ecclesiasticis præseribi posse in Adiaphoris concedo, cum pij Magistratus consensu: Sed in essentialibus & moralibus (è quorum numero matrimonia) conscientijs necessitatem aliquam novam imponere, quam quæ verbo clarissimo Dei sit imposita, id pernego licere. Si optima ea matrimonia sint, quæ à sanguine & cognatione nostra longissimè recedunt, latioribus spatijs angustioribusq; portis in Africam & Americam suum amorem effundent, quo in centesimo gradu suum sanguinem non inveniunt. Scatere orbem fæminis asserit. Non certè ubiq; inveniri probam conjugem Deus multis locis testatur. Si solus concubitus, quem natura brutis etiam indidit, spectetur, fateor scatere orbem fæminis, easq; ubiq; inveniri, sed si vera pietas, apta ætas, mores probi, amor castus & in maritum solum defixus considerentur, donum Dei singulare est talis fæmina. Si hæc certè in consobrinarum amore concurrant, accidente ad hoc publicâ quadam patriæ utilitate, nec ipsi matrimoniorum talium hostes ausi sunt se opponere, sed victi conscientia erroris, eadem concedere coacti sunt. Eiusdem farinae aliud obstaculum fingere solent, familiaritatem & consuetudinem frequentem consanguineorum multis incommodis præbituram occasionem, matrimonia sint libera. Hoc familiaritatis & consuetudinis quotidianæ argumentum omnibus in unâ domo vel urbe aut Diaccesi viventibus remoram quoq; matrimonij addere posset. Imò in Muschovitas tandem  
dene

denegaremus, qui ipsum aspectum Sponsi Sponsæq; ante nuptialem diem non admittunt. Cum jam nullum præsidium amplius in rationibus invenire queat, recurrit ad ultimum desperationis argumentum; tutius esse improbare vel abstinere à matrimonij consobrinarum, quam conscientiam fluctuante ea inire. Huic respondeo, conscientiam debere accommodari & recurrere ad verbum Dei, errantemq; conscientiam vel dubitantem non tollere rei ipsi perfectionem, quam interpretatio ipsa Biblica & praxis antiquissimæ Ecclesiæ secum adfert. Minus certè peccat, qui interpretationi divinæ & Exemplis piorum acquiescit, quàm qui matrimonium tale minus honestum, contra naturam, spurcum, factum, Deoq; ingratum & omninò prohibendum, credit. &c.

## CAP. IX.

*Quomodo sit deceptus Rex Svec. Johannes, ut fa-  
ret Sectæ Papistice.*

**D**uxit Princeps Finlandiæ Johannes, antequam factus esset Rex Svec, uxorem Catharinam Jagellonicam, filiam Regis Polon. Sigismundi Augusti. Erat hæc Princeps in Religione Papistica ab Ephebis educata, & eandem Religionem sectamq; Jesuiticam summo studio promovebat, sicut parentes ejus fecere, quod Fab. Quadrant. in suo speculo pict. par. 1 c. 5. sedulo commendat. Idq; fieri notissimum voluit Regina donatione testamentariâ, quâ legavit Scholæ Brunsbergensi summam X milium Thalerorum, pro quibus tot in Prussia fundos emerunt Professores ibid. ut inde DCCCC. florenos quo-

Fab. Quid.

Testamentum  
Reginæ Ca-  
thar. Jagolæ

quotannis perciperent; & his non paucos ex Svecia studiosos artium liberalium adolescentes auerunt.

Hanc Religionem Romano-papisticam Catharina Jagellon. jam facta Regina Svec. totâ suâ aetate excoluit, adhibito Sacrificio ac Sacerdote Papistico, nomine Joh. Herbesti, qui peregit ministerium Eccl. in aula Reginae, canendo Missas Romanas, audiendo confessiones, & indulgentiam peccatorum loco S. D. sui, Papæ Rom. concedendo. *Di-  
cta Catharina Jagellon, data erat conjunx Duci Svecie  
Johanni, eâ conditione* (ait Fab. Quadr. loco nominato) *ut si ipse fieret Rex Svec. Religionem Romanam non solum ipse amplecteretur, sed eandem in toto Regno publicandam curaret.* Hujus conditionis memoriam videtur non sola conjunx Ducis Joh. marito jam facto Regi Svec. sedulo inculcasse, sed plures alij ex Poloniâ adducti, eandem cantilenam ingeminârunt, quod scriptis Epistolis infra recitandis probabitur. Vicit tandem sive amor conjugalis, sive frequens conjugis sollicitatio, (siquidem *sunt asperiores tentationes*, ait Ambr. Epist. 33. *qua fiunt per mulieres*) ut Rex Johannes, missis argumentis Religionem Evangelicam confirmantibus, voluntati conjugis & doctorum Papisticorum acquiesceret, ac Religionem Romano-papisticam in tota patria promulgandam curaret; insuper voluntatem conjugis eo modo implevit, ut primogenitum suum filium, Ducem hereditarium Svec. Sigismundum, etiam contra Patris testamentariam obligationem, traderet Præceptoribus Papisticis informandum, primùm Doctori Theol. Nicolao Mylenio, postea Nicolao Raschio, & Arnaldo Messenij Socero. Sic fidem Romanam  
à pue-

à pueris imbutam Sigismundus totâ suâ ætate tenuisse dicitur. Ad hanc diligentem conjugis Regiæ persuasionem accessit Rituum Papisticorum in frequenti Missa Herbestianâ observatorum pompa & spectabilis decor, qui movebat Religiosum animum Regis Johannis, ut hanc superstitiosam Religionem, & externam devotionem veneraretur. Videntur enim Ritus Papistici ita comparati, ut intuentis pietatem excitent, & Religionis illius Majestatem inculcent; Sic promovetur Religiosus affectus spectatorum, qui præferunt externam pietatem vero ac interiori cultui divino, ut solam Papisticam, plausibilem Religionem acceptent. Nec defuit *J. Herbestus* Sacerdos Pontificius studio persuadendi, ac trahendi Regem Johannem in devotionē fidei Romanæ. Postea advenerunt de Poloniâ plures Sacerdotes, præsertim Nuncius dictus Apostolicus, *Antonius Possevinus*, & *Laurentius Norvegus*, dictus postea *Kloster-Loffi*, qui usi sunt operâ quorundam Nobilium Svec. in Italia, & Polonia educatorum ad seducendum Regem, & quosdam proceres patriæ pervertendos. Hoc postquam esset effectum, magnas in patria turbas dedit perversa Religionis Evangelicæ mutatio, quod nostra Historia declarabit. Verum de Religionis Papisticæ opinabili veritate & præsumptâ Catholicâ sanctitate diximus supra lib. 1. c. 11.

Hanc deceptionem, quæ Regem Johannem, pervertebat, auxit Cardinalis & Episcopus Warmiënsis in Borussia, *Stanislaus Hofius*, qui creberrimis Epistolis infra recitandis, sollicitavit Reginam Catharinam, ut persuaderet Regi marito suo recipiendam & in Svecia publicandam esse fidem.

Romanæ Ecclesiæ; eamq; sententiam scripsit ipsi Re-  
gi Joh. & alijs, quos putabat posse idipsum apud Re-  
gem obtinere, quod infra probabitur. Eodem tem-  
pore evenit casus toti patriæ ominosus, sc. mors *Ar-  
chiepiscopi Laurentij Nericii*, constantissimi confesso-  
ris veritatis: Hoc enim mortuo An. Chr. 73. factus  
est Archiepiscopus inconstantissimus *Laurentius P.  
Gorbis*, olim professor Ubsal. qui malum propositum  
decepti Regis, non solum confirmabat; sed Roma-  
no sveticam Liturgiam summo studio promovebat,  
& se ordinari Archiepiscopum Ritibus Papist. voluit;  
imò autoritate officij studuit compescere Ortho-  
doxos patriæ Doctores, & Regis Svec. Johannis  
animum eo facto incitavit, ut hos Evangelicos per-  
sequeretur & Regno excluderet. Atq; hæc fuit  
causa, ipseq; modus, quo seductus est Rex Svec. Jo-  
hannes III. ut à patris sui testamento, fideq; Evange-  
lica deficeret, & ad Religionem Romano papisti-  
cam inclinaret approbando Missam Romanam in  
Svetica Liturgia traditam. Hinc etiam factum vi-  
demus, quod Rex Johannes vocaverit in dubium ve-  
ritatem Religionis Evangelicæ, datâ instructione  
suis legatis in Poloniam missis An. Chr. 73. 19. Apri-  
lis, qui persuaderent ordinibus Regni Pol. ut Regem  
Johannem in suum vacantem Thronum Regium  
elevarent. Sic enim sonant verba instructionis.  
*Promittimus nos servaturos illorum statuta, Privilegia &  
Religionem Poloniæ usitatam, Vice versâ, Nobis reservâ-  
tatum volumus, excolere quamcunq; libuerit Christianam  
Religionem; quod etiam nostris heredibus integrum ma-  
nere statuimus, præsertim cum ignoremus QUAM IPSI  
RELIGIONEM consuerint eligendam, dum sui juris  
sunt*

*facti fuerint, &c.* Sequitur Epistola I. Stanislai Hofij scripta Reginae Svec.

## CAP. X.

*Catharina Jagell. Regina Svec. Stanislau Hofius.*

Hof. Tom. 2.  
Epist. 176.

*Gratulatur quod fidem Rom. (dicitur Catholicam) constantanter retineat, ac de Sereniss. Regis mariti sui conversione (ut loquitur) labores.*

**N**ON ignorat, procul dubio, Serenitas V. me sic volente Regia Majestate Domino & benefactore meo Clementissimo V. M. fratre, nunc in urbe degere, ubi audio multos viros Principes Pietatem & constantiam V. S. in fide Catholica, summa cum illius laude prædicantes, quod non solum ipsa sine ulla dubitatione, constantè fidei Christianæ puritatem retineat, nec in ulla re ab unitate Catholicæ Ecclesiæ, in qua illi maximi, summaq; pietate Reges V. S. majores, & nati, & mortui sunt, divelli se patiantur: verum etiam tanta cum sollicitudine in id studium incumbit, ut aliorum quoq; salutem operâ suâ repræsentare possit, ut omnes sub uno Pastore, relictis erroribus, quibus plenus est mundus, eodem ovili contineantur: Ante omnia verò factum hoc S. V. in cælum usq; laudibus effertur, quod Sereniss. Regis Svec. mariti sui salutem sempiternam tantæ curæ habeat, ut ab erroribus, in quos fraude ministrorum Sathanæ adduci se passus est, ad agnitionem veræ fidei & Ecclesiæ Christi communionem iterum, possit evocari. Quam etiam ob causam Jesuivitas aliquos viros pios & doctos ad se mitti desiderat, quorum opera errantibus errores eorum demonstrare, & ab illis ad verum iter salutis aternæ, unde per

Papista præsumit unum Papam retinere veram Ecclesiæ unionem



Sathanæ ministros deducti sunt, deducere possit. Plena est urbs sermonibus ipsis de Serenitate V. qui quantam animo meo voluptatem adferant, dici non potest, nec me potui continere, quin his meis idipsum Seren. V. significarem, & illi mentem hanc, quin & existimationem tam præclaram, quam de Seren. V. apud hanc sedem conceptam esse audio, gratularer. Quandoquidem etiam hoc renu-  
ciatur, quod Serenif. Rex Seren. V. maritus, non longè jam absit à Regno Dei, salubribus consilijs & precibus V. S. adductus.

a. Titulus  
Abrahami &  
Christi b. tri-  
buitur Papæ  
Rom.

Deus Omnipotens benedicat consilium hoc Seren. V. & in multos annos incolumem, cum hac tam pia & sanctis illis Seren. V. majoribus digna sollicitudine conservet, ut videat S. Regem maritum suum, quin & aliorum subditorum suorum animas, ad verum salutis iter à certissimo exitio, operâ orationibusq; suis esse revocatas. Hoc uno nullum gratius Deo Sacrificium offerre potest, quàm ut elaboret, quo lumen veritatis obcæcatorum hominum animis quamprimum adferri queat. Quam ob rem Seren. D. N. a. pater omnium fidelium, & b. Pastor universalis Ecclesiæ Catholicæ, Gregorius XIII. suam benedictionem libenter sanè elargietur: Nec ullos labores defugiet, ut ad ovile Christi, quod ille in hoc mundo visibili regit & gubernat, per piam V. S. sollicitudinem, Jesuitarum operâ, de quibus est tantoperè sollicita, errantes oviculæ, quæ sunt S. V. dominio subjectæ, possint in viam veritatis & unitatem Ecclesiæ Catholicæ revocari. Ego quoq; si quid ad eam rem præsidij adferre poterò, promptum & paratum me offero: Nec ulli

ulli labores mihi molesti sunt futuri, quoscunq; me S. V. in deducendis ad optatum exitum tam pijs cogitationibus perferre voluerit.

*Hæcenus Scanislaus Hofius.*

## CAP. XI.

*Quidam Ritus in Ecclesijs patria mutati, erant suspecti Evangelicis.*

**A**Nno Domini 1573. Mense Junio, vocati sunt Stokholmiam Episcopi & præcipui ex Clericis Svec. excepto Archiepiscopo Ubsal. Laurentio Petri Nericio, qui tunc ægrotabat ex eo morbo, quo paulo post extinctus est. In hoc conventu adfuerunt primò Clerici in Sacrario, ubi recitatum fuit *Scriptum Archiepiscopi*, sub nomine M. Erasmi Episcopi Arol. nuper compositum, *continens Refutationem scripti Herbestiani* M. Erasmo transmissi, de consecratione Eucharistiæ, & utraq; specie Sacramenti Altaris, non porrigenda Laicis. Item; de invocatione sanctorum &c.

Hoc scriptum Archiepiscopi, ut publicaretur, exoptabant præsentis Clerici; præsertim cum Johannes Herbestus in suo scripto ad M. Erasmus dato, totam Evangelicam doctrinam acerbè & maledicè fuisset infectatus, nec quisquam tentaret illud scriptum refutare, præter unicum Archiepiscopum; Verum ipso mortuo, est hoc scriptum cum plurimis ejus utilissimis operibus Doctrinæ Pontificiæ oppositis, sopitum ac perpetuæ oblivioni traditum, idq; dolo Jesuitico, quod postmodum omnibus innotuit. Nam Secretarius Regius *M. Petrus Fichten* colludebat privatim cum Jesuitis in aula Reginae ministris

Scripta Ar-  
chiep. Laur.  
Nericij sunt  
fopit<sup>2</sup>

Eccl. cum vero hic Secretarius esset doctus, magnæq; authoritatis vir, rogabant illum hæredes Archiepiscopi Laurentij Nericij, ut Bibliothecam ejus revideret, seligendo auctores Orthodoxos, & manuscripta collectanea Archiepiscopi colligendo. Hanc operam perfecit Secretarius fraude Jesuitica, quæ erat privatim infectus, *removendo omnia utilissima scripta: præsertim Pontificijs opposita.* Sic aperta est via latissima introducendi dogma Pontificium, dum removebantur necessaria media dolis Jesuiticis resistendi. In eodem conventu voluit Rex *disputationem publicam fieri inter M. Martinum Episcopum Lincopensem, & Joh. Herbestum sacerdotem Pontificium,* de authoritate S. Scripturæ, primatu Pontificis Roman. &c. Hac institutâ in præsentia Regis, favebat ipse strenuè (ut videbatur) doctrinæ Evangelicæ cum Lincopensi, contra Pontificiam heterodoxian, quam tamen, post tacitam informationem conjugis & Jesuitarum, tandem approbavit.

Capit. Defor-  
matio Eccl.  
sive Liturgia.

Anno Dom. 1574. defunctus est Archiepiscopus Laurentius P. Nericus, & vocavit Rex præcipuos cum Episcopis Clericos Holmiam, ut de Electione novi Archiepiscopi deliberarent. Cumq; multi illorum intelligerent ipsum Regem favere M. Laurentio P. Gotho Professori Ubsal. ut hunc vellet Electum esse Archiepiscopum, dederunt eidem sua plurimi Clerici suffragia, voluntati Regis satisfaciennes. In hoc conventu proposuit Clericis, jussu Regis, M. Petrus Secretarius tractatum de moribus Cleri & disciplina Eccl. quia dicebat voluntatem esse Regis, ut Sacerdotes in posterum majori reverentiâ tractent S. Canam & Missas celebrent, quàm visum

sunt hæcenus fecisse. Ordinabat Rex, ut Sacerdotes Missam celebraturi orarent apud sese coram altari pias aliquas preces: maximè eas, quæ devotionem provocant, & in scriptis patrum inveniuntur. Dum hoc faceret Sacerdos, iussit Rex ut Chorus caneret hymnos & laudes, quo modo pietas, seu Religiosa devotio præsentium Christianorum excitaretur. Tunc etiam proponebantur certæ quædam formæ præfationum, præcipuis Festis canendæ, ante verba institutionis. Item; voluit Rex ut Sacerdos elevaret Calicem in Missa ac hostiam, & sub elevatione continuè subjiceretur verbis institutionis *Apendix hæc: Et ideo cum Angelis & Archangelis &c.* Addidit Rex mandatum, ut Sacerdos consecraret calicem, seu repeteret de novo verba institutionis, quoties infunderet vinum calici. Constitutum est, ut Ecclesia caneret Symbolum ante concionem.

Hæc quidem innovationes videbantur multis suspectæ, ut indicarent futuram Religionis Evangelicæ mutationem: Tamen, quia tradebantur sub prætextu pietatis servandæ, ac pro tempore utilissimæ, approbarunt quidam Episcopi Svec. hanc Regis voluntatem. Postea paratum est Episcopis & Clericis præsentibus in arce Holm. Regium Epulum.

## CAP. XII.

*Catharina Fogell. R. Svec. Stanislaus Hofius.*

*Docet quid de usu S. Eucharistia sentire debeat, & ut de conversione (ait) Ser. R. marci sui laborare non desinat.*

Hof. Tomi 20.  
Epist. 177.

Quas ad me S. Vestra literas dederat pridie S. Stanislai, redditæ sunt mihi pridie Nonas Feb. de meo.

Rex Svec. Joh.  
persuasit Re-  
ginæ suæ com-  
munionem  
sub utraq;  
specie.

Papista vocat  
gravem erro-  
rem obedire  
institutioni  
Christi,

meo summo erga se studio & observantia, deq;  
prompta & alacri voluntate in omnibus S. V. digni-  
tati & commodis inserviendi, rectè sibi polliceri po-  
test omnia, non solum expectationem illius, quin  
eam superare potius conabor, quoties aliqua facul-  
tas & occasio data fuerit. Illud autem dolenter ad-  
modum accepi, quod multum urgente atq; instan-  
te Ser. Rege conjuge suo charissimo tandem adduci  
se passa est, ut contra quam Deo per os Ecclesiæ suæ  
statuere visum est S. Sanctam Eucharistiam sub  
utraq; specie sumeret. Cum illud in memoria Cel-  
sils. V. semper fixum esse debuerit, quod oportet  
Deo magis obedire quàm hominibus, & quod ab  
ipso Christo dictum est: Qui diligit patrem aut ma-  
trem, aut conjugem plus quàm me, non est me di-  
gnus. Amandus est conjunx, obtemperandum est  
illi, facienda sunt omnia mutuus ut amor & chari-  
tas conjugalis conservetur. Sed ubi causa Religio-  
nis agitur, magis amandus est Christus, magis ob-  
temperandum est illius divinæ Majest. cum qua, quæ-  
cunq; tandem humana Majest. comparata, vel nihil  
est, vel certè pulvis & cinis est. Quod autem accepisse  
scribit sui Sacerdotis assensum, qui dixerit: A recta via  
non ita multum aberrare, si quis utramq; speciem,  
sumeret, quandoquidem ita Sacramentum hoc ipse  
Christus distribuit. Gravis fuit hic illius Sacerdo-  
tis error. Nam etsi Christum ita legimus Aposto-  
lis distribuisse, tamen quod Laicis ad eundem mo-  
dum distribuerit, vel distribui jussit, nusquam in  
Evangelicis vel Apostolicis literis reperitur: Quin  
illud potius reperitur, quod euntibus in Emaus di-  
scipulis, qui nondum erant Sacerdotes tantum-  
sub

*NB.* sub una specie dederit. &c. *NB.* Non probatur  
 Rectè facit S. V. quod remissio- *Christum hic distri-*  
 nem peccati sui à sede Apostoli- *buisse S. Canam: nec*  
 ca concedi supplex petit. Quam *probatur hos disci*  
 ego cum petitionem illius S. D. *pulos fuisse ab ordi-*  
 Nostro exposuissem; literas etiã *ne Clericorũ exclusos.*  
 quas ad me dederat, in Latinã linguam conversas le-  
 gissem, ingentem ex ea lætitiã cepit, quod ovem  
 qua perierat, inventam ad Ecclesiã caulas rediisse  
 videret, summaq; cum alacritate, qua petebat indul-  
 gentiam & absolutiõnem Seren. V. concessit. Quem  
 admodum id ex literis illius uberius cognoscet. Cum  
 autem ea particula literarum S. Vestrã lecta fuisset,  
 quã supplicat, ut deinceps quoq; bibendi sibi pote-  
 statem permittat, non mediocriter fuit hac illius pe-  
 titione Serenitas illius perturbata, cum causã vide-  
 ret nullam, quamobrẽ hoc illi rectè concedi possit.  
 Hortor itaq; & moneo S. V. oro etiam & obsecro, ut  
 de concessa sibi peccati venia Christo & ejus Vicario  
 gratias agat, nec petitionẽ calicis urgeat, sed omni-  
 bus modis, ne deinceps ad eundẽ lapidẽ offendant, sibi  
 caveat &c. Sed hic dicet S. V. vis igitur ut perpetuã sint  
 inter me & S. Regẽ meũ & conjugẽ rixã? Qui me sub  
 una specie communicare non permittit. Possem ego  
 illa Christi verba producere. Non veni pacẽ mittere,  
 sed gladiũ. Sed nolo aliquod durius consiliũ V. S. dare.  
 Quamobrẽm facilẽ patiar, ut nihil ei præcisẽ neget,  
 quin spem etiã aliquã ostendat futurũ, ut aliquando  
 faciat quod ille tantoperẽ urget. Verũ interim his ver-  
 bis illũ alloquatur: Mi Rex, mi Domine, mi conjunx  
 mortalium omnium charissime, caro tua sum, os ex  
 ossibus tuis sum, in carnẽ meam à Deo potestãtẽ tibi

Blanditiã Pa-  
pisticã

traditam habes, de illo quod voles ut statuas licebit, &  
 certè tanti te facio, ut si non aliter quàm interitu car-  
 nis meæ, salutem animæ tuæ comparare possem, &  
 conservare, vilis esset ejus jactura mihi futura. Spe-  
 ro me tibi non futuram Evam, cujus persuasione de-  
 ceptus Adam, innumerabilium calamitatum nobis  
 auctor fuit. Utinam tu quoq; ne mihi serpens ille  
 velis esse, per quem Eva decepta, maritum etiam,  
 decepit, &c. Quamobrem audi me quæso patien-  
 tèr. Negas peccare quenquam in eo, si bibat de ca-  
 lice, assentior tibi non invita, nam & hoc ab Eccle-  
 sia Dei decretum fuisse audio, sive sub una, sive sub  
 duplici quis specie communicet, quod proficit di-  
 gnè communicantibus ad salutem. Verum adje-  
 ctum est ibidem, ut id faciat secundum ordinem &  
 observantiam Ecclesiæ. Facile tibi cessero, ut de  
 calice bibam, dummodo non ab obedientia Eccle-  
 siæ discedam. Sed si bona cum Ecclesiæ venia li-  
 cuerit, faciam lubens, modo tu quoq; meæ cuidam  
 petitiunculæ locum des. Vides quod populi ditio-  
 ni tuæ subjecti, longè diversam ab ea Religionem,  
 colunt, in qua ego sum educata, & cum alia pleraq;  
 omnia ad cultum Dei pertinentia, tum & Sacerdo-  
 tium & Sacrificium prorsus omne ejecerunt. Hoc  
 restituas quæso, & paulatim eò redeas, unde majores  
 tui quinquaginta his annis discesserunt, ad sedem  
 Apostolicam Romanam confugas, ab illa tuæ di-  
 scessionis veniam, & ut postliminio te revertentem  
 recipiat, supplex petas. Quod cum impetraveris,  
 qua quidem de re non dubito: Nihil enim est Eccle-  
 sia benignius atq; indulgentius, si tibi calix iste tan-  
 toperè cordi est, & illud ores licebit, ut bona cum  
 illius

Ordinantia  
 Ecclesie Rom.  
 præfertur in-  
 stitutionsi  
 Christi,

illius venia nobis eo potiri liceat. Quod non diffi-  
 culter impetraturos nos confido, si tantum anima-  
 rum lucrum ex ista calicis concessione consequutu-  
 ros certò constiterit. Nam ut audio, non calix est  
 quem negat Ecclesia, sed schisma, quod permittere  
 nulla ratione potest. Efficiamur igitur prius unum  
 & integrum corpus Christi omnes, quod cum fuerit  
 factum, futurum spero, ut de usu Sacramenti hujus  
 non difficulter inter nos conveniat. Ad hunc mo-  
 dum vellem C. V. cum Ser. Rege & conjuge suo age-  
 ret, neq; dubito, quin animum illius permoveret,  
 illud etiam spondere propemodum auderem, quod  
 non ita magno negotio calicis usus concederetur,  
 si Regnum universum Christo prius esset lucrifa-  
 ctum &c. Quoniam vero calix hic de quo nunc  
 agitur, discessionis ab Ecclesia Symbolum quoddam  
 esse videtur, ab eo Seren. V. tanto magis abhorrebit.  
 Quod si Seren. Rex vehementius institerit, spatium  
 deliberandi sibi dari petat, in terra vero si non ha-  
 buerit qui det alteram speciem, ab omni potius Eu-  
 charistiæ communione abstineat, quam ut in eam  
 suspicionem venire velit, quasi non multum à schi-  
 smate sit aliena, voluntatem Deus pro eo accipit, ac  
 si ad rem esset collata: Quando facultas non datur.  
 Mitto autem C. V. libros quosdam à me conscriptos  
 Latinâ quidem linguâ, sed in Polonam & Germani-  
 cam postea conversos, quos & ipsa legere successivis  
 horis, & eis qui sunt illi familiares, legendos impar-  
 tiri poterit. Cuperem autem & ab ipso Ser. Rege  
 legi, si minus omnes, saltem breves duos aut tres,  
 De expresso verbo Dei, Censuram & Palinodias.  
 Quod si vero C. V. dignaretur eò se demittere, quod  
 ego

Ecclesia Rom.  
 no' vit ullam  
 nota in Schi-  
 smatis,



„ ego literis ab ea petere non audeo, suis ut ipsa mani-  
 „ bus S. Regi legendos offerret, & ut id faceret, oraret,  
 „ cum aliqua mei commendatione, magno me C. V.  
 „ beneficio obstrictum esse profiterer. Bona spe sum,  
 „ quod misericordiam suam Deus impartiat &c. Fu-  
 „ turum autem est fortassis, ut aliqua S. D. N. ope C. V.  
 „ opus habeat, quam ille cum tanto majore alacritate  
 „ præstabit non sine fructu, quanto plus eam operæ  
 „ posuisse cognoverit in Ser. Rege & conjuge suo ad  
 „ Christianam fidem revocando. Quam ad rem ego  
 „ quoq; illi meam operam defero, si quid mandare mi-  
 „ hi dignata fuerit, quod ad suam dignitatem & utili-  
 „ tatem pertinere putavero, omnia facturum, ut illius  
 „ de me opinionem non fallam, atq; diem illum cum  
 „ primis hilarem sumpturus, quo C. V. aliquo officij,  
 „ obsequij, servitutisq; genere demerendi mihi facul-  
 „ tas concessa fuerit. Quod etiam Ser. Rex quando-  
 „ quidem una caro cum C. V. est, certò sibi de me per-  
 „ suadere potest. Quod superest &c. Romæ VII. Mar-  
 „ tij M. D. LXXIII.

*Hactenus Hofius,*

**CAP. XIII.**

*Praxis Consilij Jesuitici, quomodo rediret Svecia  
ad Papæ Romæ subjectionem.*

**P**Rædicatores Pontificij, qui in aulâ Regis Sveci-  
 è Sacris Reginæ fuerunt, ne viderentur sualisse  
 Regi Joh. frustra publicandam esse in patria Religio-  
 nem Papisticam, sed ut obtinerent propositum, se-  
 cuti sunt consilium Cardinalis St. Hofij, quippe hu-  
 jus causæ præcipui Directoris, quod Epistola ejus su-  
 periori capite recitata facile indicat. Dictum con-  
 silium

filium Cardinalis ostendit modum quo utuntur factionis Papisticae socij ad persuadendum hominibus, praesertim Regibus, praesumptam veritatem Religionis Romanae, & quem illi adhiberent modum, ut pertrahant subditos in eandem sententiam. Ipsum consilium Hofij legitur in multis ejus Epistolis datum pluribus: Sed videntur suppressae ejus Epistolae his Praedicatoribus scriptae, unde posset probari datam etiam his fuisse ejusdem consilij communicationem. Verum cum executio hujus consilij Hofiani alijs scripti, in patria processerit, & tractatio causae cum Elbingensibus, Brunsbergensibus &c. ubi Hofius ipse hoc consilium ad praxin deduxit, fuerit eadem, liquet evidenter Regem Svec. Johannem usum fuisse consilio Hofiano in reducenda patria ad fidem ac Religionem Romanam. Consilium Hofianum de hac re scriptum Secretario Stanislao Rescio sic sonat:

*Mitto tibi turpissimi illius jurandi formulam, quae usi sunt Oratores, cum Rex eligeretur, urgentes h. creatam Religionis esse haereticam concedendam; Quae formula mihi vehementer displicuit, & maximum dolorem attulit, Dabo omnem operam, & omnibus modis contendes elaborabim, omnem quod ajunt lapidem movere non cessabim, ne S. Rex approbet jurandum hoc, nisi Majestas ejus jam approbasset, non teneri tamen Majestatem ejus ut praestet, etiamsi jurejurando confirmasset [NB. quomodo Papistae velint servandam esse fidem haereticis, quos ita vocant] Addit Hof. plura ibid. Rex sciat hoc cura sibi futurum, ut quicumque se divulserunt a Christi corpore Ecclesia, & varijs atq; doctrinis peregrinis ab ea fide se passi sunt abducti, quam sancti majores nostri per longam Sacerdotum*

Hof. Tom. 2.  
Epist. 190.

Papistae dissuadent servandam esse haereticis fidem.

& Episcoporum successionem, quasi per manus traditam nobis reliquerunt, eos instruendos curabit in spiritu lenitatis, & revocandos ab his, quorum id proprium est munus, cum Episcopis & Sacerdotibus poterit etiam polliceri, quod cogitet omni lenitate Clementiaque, uti, modò ne velint abuti. Nullam savitiam pra se ferat, sed neque lenitudinem, illius dicti meminerit, servit in Bonos, qui parcat malis. Qui possunt autem existimari magis mali quam haeretici? Quibus qui permittenda censent omnia, favendum in bonos Catholicos esse censent. Nullos haereticis honores, nullas praefecturas, nulla publica munera deferat, quin si fieri possit citra tumultum, quamvis non statim inuito, tamen dicat aliquando, qui nolunt in eodem secum esse Templo, ne sint in eodem senatus habendi loco, illum quoque Majestas Regia ornandum suscipiat, & omnibus hoc planum faciat, quod amet Catholicos, non amet haereticos. Quod si cognitum hoc fuerit, intra unius aut alterius Anni spatium erunt omnes Catholicis. Et haec ratione etiam nulla vi, nullaque armis adhibitis, spes est omnes haereses ex illo Regno facile propulsari posse.

Hunc modum Secretario suo praescriptum videtur Hofius docuisse Regem Svec. Johannem, quia ab eo tempore, quo scripta est haec Epistola Romae, videlicet 3. Cal. Jul. Anno 73. servavit in patria hujusmodi praxin ipse Rex Sv. Johannes, quod infra patebit.

Nam primò violavit juramentum Regium subditis datum, ne retinerent libertatem Religionis Evangelicæ, datam illis in coronatione Regis. Deinde honoravit Rex Episcopos & Sacerdotes, qui Romano-Sveticam Liturgiam approbarunt, etiam aliquos illorum nobilitavit, quos agnovit hanc causam studiosius promoveri. Econtra degradavit

constantes Prædicatores Evangelicos, eosq; ad summum tandem persecutus est. Hoc etiam fuisse Hosij consilium, constat ex Epistola 209, ubi sic scribit: *Sumere de hereticis supplicium, tam de Lutheristis, quam de Calvinistis, apud Catholicos nunquam fuit in dubium vocatum.* Item; *Gladium fringas contra maleficos, contra eos præferam, qui novas Sectas introducunt.* Adhuc quos Sacerdotes Evangelicos nominatus Rex Svec. manifestâ persecutione non sit persecutus, illos ad instituendas Theologicas Disputationes convocavit, & in mutua odia irritavit. Quod itidem fuisse consilium Hosij patet ex ejus Epistola 73. ubi ait: *Decet hereticos in mutua arma incitare: Nam bellum hereticorum pax est Ecclesie.* Quomodo totum hoc consilium Cardinalitium sit à Rege Johanne in actum productum, explicabitur in progressu nostræ Historiæ; unde fraus Pontificia decipiendi simplices homines Evangelicos, ad oculum monstrabitur, à qua fraude hodiernâ verè Christiani sibi summè cavere discant.

Papista suadent tollendos esse è medio contradicentes,

## CAP. XIV.

*Regina Svec. Chatharina Jagell Stanislaus Hosius.*

*Rogat ut de reducendo ad Ecclesie gremium Ser. Regis marito suo labores, & quod sibi Hæretici (quos vocat) falsè arrogant nomen Evangelicum (ejus opinione) etiam sanctorum ejusdem Regni Svec. patrocinium ad banc Religionis causam adjuvandam implorat.*

Hof Tom. 2.  
Epist. 186.

SI literæ meæ V. Majestati doloris, quem ex morte Ser. fratris sui acceperat, levationem aliquam attulerunt, non parvam & ipse ex ea re consolationem

„ nem capio. Quamobrè quod erat officij mei non  
 „ esse permittendum putavi: Quodq; suis literis me  
 „ monet M. V. fit à me sedulò, nec enim unquam sup-  
 „ plex precari Deum intermitto, ut quod est operatus,  
 „ in illa confirmet, & majus indes illi robur det in re-  
 „ bus secundis & adversis fortiter & aequaliter feren-  
 „ dis. Præcipuè verò gratiam ut illi suam impartiat,  
 „ ut possit Ser. Regina & Dominum suum ejusdem,  
 „ cujus est ipsa Christi corporis, hoc est, Ecclesiæ Ca-  
 „ tholicæ membrum factum videre. Quod ego tan-  
 „ to citius eventurum in Domino confido, quando-  
 „ quidem quæ pietas est & Religio V. M. <sup>dis</sup> nihil se eu-  
 „ ræ, diligentia, laboris in eare prætermisuram esse  
 „ pollicetur. Tanto majorem autem in spem ejus rei  
 „ venio, quod non malè sentire Majestatem illius de  
 „ sede Apostolica scribit, cui si persuaderi poterit, ut  
 „ illius auctoritatem agnoscat, & ejus dictis audien-  
 „ tem filium se præstet, jam omnis scrupulus erit sub-  
 „ latus. Est enim illud longè verissimum, quod ab il-  
 „ lo S. Episcopo & Martyre scriptum legimus, non  
 „ aliunde schismata & hæreses obortas esse, quàm  
 „ quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in  
 „ Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus judex vi-  
 „ ce Christi cogitatur, cui si secundum divina magi-  
 „ steria fraternitas obtemperaret universa, nemo dis-  
 „ sidio unitatis Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens  
 „ & tumens, novam hæresin conderet. Et certè non  
 „ leve documentum jam dedisse videtur Majestas ejus,  
 „ suæ erga sanctam sedem hanc observantiæ, quando-  
 „ quidem veniam hanc V. Majestati concessit, ut ab il-  
 „ la sibi potestatem permitti peteret sub utraq; specie  
 „ communicandi. Erit igitur hoc officium V. Majestat.  
 „ ut

Rex Svec. Joh.  
 bend sensit de  
 sede Papæ  
 Rom,

ut quod feliciter capit, felicius absolvere conetur, & Ser. Regem & conjugem suum indies magis atq; magis amore, studio & observantia erga S. sedem hanc inflammet. Quod si perfectum illius opera fuerit, jam expeditiora deinceps futura sunt omnia, nec erit quod impedire queat, quò minus Sveciæ Regnum in idem illud Christi corpus, in quo fuit ante 50 annos coalescat &c. Quod autem ad calicem attinget, proximâ quadragesima scripsi M. V. copiosè. Quamobrem responsum ab ea expecto, modo S. sedis hujus auctoritas agnoscat, expeditiora futura sunt omnia, simul & hoc significavi, quod S. D. N. liberaliter concessit alia singula quæ petivit. De cujus in se paterna benevolentia nihil est, quod sibi rectè polliceri non possit, quam tanto sibi majorem cumulaverit, quanto majus impenderit studium in Sereniss. conjugis suo lucrificando. Primus fuisse videtur NB. Gregorius VII. cujus opera factum est, ut Sveciæ, Daniaq; Regna Christi receperunt Evangelium, illud Evangelium per quod congregabantur dispersi, non autem hoc, per quod qui fuerunt in Christo congregati, disperguntur. Septimus est hic ab illo Gregorio, & est Spiritui Sancto numerus hic familiaris, cujus etiam dona septem numerantur. Non minus is, quàm fuit ille, de reducenda ad ovile Christi Svecia futurus est sollicitus. Da Christe

*NB. Hic obruditur  
simplici Regina cum  
multis mendaciorum,  
Nam Regnum Sveciæ  
Goth, erat ab Eihni  
cismo ad fidem Christi  
An. Chr. 816, vide  
supra lib. 1. c. 4. Et  
quonquam multa im-  
pedierint progressum  
predicationis verbi  
Dei in patria primò  
incepta: Tamen re-  
novatus est Christi-*

„ fructum ut aliquem videamus:  
 „ Da ut Serenissimum Sveciæ Re-  
 „ gem, cujus multæ præclaræ do-  
 „ tes in cælum laudibus feruntur,  
 „ corpori tuo, sanctæ Ecclesiæ tuæ  
 „ restitutum audiamus. Vos ve-  
 „ rò sancti Martyres & Episcopi,  
 „ qui primi verbo Dei plantastis  
 „ Ecclesiam in isto Regno, qui ri-  
 „ gastis eam sanguine vestro, tu  
 „ beate <sup>a</sup>. Asquari, tu beate Adel-  
 „ berte, tu Stephane, supplices  
 „ Christum deprecemini, cujus in  
 „ vestris membris est sanguis pro-  
 „ fusus, ut precium hoc sui sangui-  
 „ nis ne perire velit: Sed fructum  
 „ ejus ad Ser. Regem & inclytum  
 „ ejus Regnum redundare faciat,  
 „ ut quam vos fidem plantastis,  
 „ quam vestro sanguine (NB. S.  
 „ Ansgarius non periit in Svecia mar-  
 „ tyr, testibus omnibus Historicis: Sed  
 „ Sveciâ discedens reliquit hic succes-  
 „ sorem Simonem, ait Crantz. in Me-  
 „ tro. l. i. c. 32.) rigastis & obigna-  
 „ stis, & fuit per annos ferè 600  
 „ magna cura, diligentiaq; custo-  
 „ dita, superioribus autem proximi-  
 „ mis his annis ejus possessio fuit  
 „ interrupta, eam in integrum re-  
 „ stitutam cernamus. Adsis tu  
 „ quoq; sancta Brigida cum virgi-

nisimus, totaq; patria  
 plenè conversa inte-  
 gro seculo ante tem-  
 pus Gregorij VII. qui  
 vixit An. Chr. 1074.  
 vide supra l. 2. c. 6. &  
 10. Magnum etiam  
 mendacium est Pa-  
 pã Rom Gregorium  
 VII. fuisse studio-  
 sum Ecclesiæ Dei: di-  
 citur enim ab Histo-  
 ricis monstrum ho-  
 minum & vicarius Sa-  
 thanae, Os. Cent. 11.  
 l. 3. c. 11. neq; fuit is  
 septimus ab hoc po-  
 steriori, est quidem  
 nomine Sextus, licet  
 duo intermedij vix  
 numerari debeant,  
 quia Greg. VIII. pau-  
 cas diebus præfuit of-  
 ficio, & Greg. XII.  
 depositus fuit à con-  
 cilio Alex. An. Chr.  
 1409. Ergò nullum  
 mysterium est in no-  
 mine; nedum in offi-  
 cio Papali, dum mul-  
 ti Antipapa hie 500  
 annis fuissent, Vide  
 ne

ne & vidua Catharina digna tali  
matre filia, quæ Regnum illud  
admirabili quadam vitæ sancti-  
monia multis arcanis Dei myste-  
rijs singulari dono vobis patefa-  
ctis, miraculis plurimis æditis,  
præ cæteris clarum reddidistis &  
illustre. Vos pro Ser. Rege &  
Regno isto intercedite, ut per  
quod Evangelium superstitionibus  
vobis gentes fuerant in unitate  
fidei congregatæ, nunc idem illud, & non aliud, ne-  
mine prorsus interpellante, prædicari queat, idem  
Christus annuncietur, qui tunc fuit annunciatus,  
nec eorum voces audiantur, qui quamvis longè di-  
versa doceant, ad ravim tamen usq; vociferari non  
intermittunt: Ecce, hic est Christus, hic est purum  
Evangelium, hic est expressum Dei verbum, Chri-  
stum dividentes, & ex Evangelio contra Evange-  
lium pugnantes. Ridebunt, qui segregaverunt sei-  
psos, hanc nostram, quam ipsi vocant, mortuorum,  
invocationem. Sed nos tibi Christe credimus, qui  
dixisti, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, non  
est Deus mortuorum, sed Deus vivorum. Valeant  
illi, qui cum corporibus animas interijssè quodamo-  
do persuasum habent. Nos eos tecum vivere in Cæ-  
lesti patria credimus, multoq; nunc felicius vivere  
exutos corpore mortis hujus, quàm quoad illud ani-  
mas eorum in hac lachrymarum valle degentes ag-  
gravabat. Ostende tu Domine Deus, eos vivere nunc  
multo beatius. Ostende quantum pondus habent pre-  
ces eorum apud te, quibus placatus, converte gen-  
tem

Theatrum Histor. "

Helvici. "

a. Hunc sanctum "

nescit patria; etiam "

Adalbertum: Sed "

Ansgarium &amp; Adel- "

vardum fuisse hic "

primos Predicatores "

severunt majores "

nostri, Vide l. 1, c. 4. "

&amp; 6. "

Papista invo-  
cat sanctos  
demortuos  
pro defensio-  
ne Ecclesie,



„ tem hanc Svecorum ad te, & innova dies nostros fi-  
 „ cut fuerunt quo tempore superstes erat sancta mater  
 „ Brigida, & S. filia sua Catharina, restituatur illa fides,  
 „ illa Religio, illa pietas, illa vitæ sanctimonia, quam  
 „ tum floruisse legimus in Svecia, cujus etiam nunc re-  
 „ liquia nonnulla, quamvis in paucis extare feruntur.  
 „ Sic ego Deum sedulo precari non desinam, magna  
 „ cum spe futurum, ut supplicis preces exaudiat. Vilius  
 „ est autem, ut meas quoq; literas ad Ser. Regem ad-  
 „ jungerem, quarum Exemplum V. M. mitto, prius ut  
 „ id legi transferriq; sibi faciat, si sperat fructum ali-  
 „ quem allaturas, ut illi reddendas curet. Sin minus,  
 „ & exacerbatum iri animum illius putaverit, ne red-  
 „ di faciat: Nihilominus quem Ecclesiæ typum illi  
 „ mitto, simul & M. V. alterum dari velim. Hoc etiam  
 „ illi significandum duxi, si velit aliquot literarum  
 „ studiosos adolescentulos mittere, quod S. D. N. Gre-  
 „ gorius exemplo sui antecessoris Gregorij VII. eos  
 „ sub alis S. S. Apostolorum Petri & Pauli in bonis li-  
 „ teris, & in his, quæ ad pietatem pertinent, diligen-  
 „ ter instituendos curabit. Omnem enim occasio-  
 „ nem dari sibi cupit de Ser. Rege, deq; Regno illius  
 „ benè merendi.

Cardinalis  
 vult adole-  
 scentes Svec.  
 informandos  
 literis mitti  
 Romam.

CAP. XV.

*Johanni Regi Svec. Stanislaus Hofius.*

Hof. Tom. 2.  
Epist. 112.

*Rogat & hortatur ut ad unitatem Ecclesiæ Catholico-Ro-  
 mana redeat, & de usu Sacramenti sub  
 utraq; specie instruit.*

„ **R**edditas esse M. V. meas literas gaudeo, quæ de  
 „ singulari meo studio in se & observantia, & in  
 „ omnibus inserviendi prompta & alacri voluntate, ni-  
 „ hil est quod sibi rectè polliceri non queat, non solum in

ijs quæ pertinent ad fortunarum atq; dignitatis illius  
 augmentum, verumetiam (quod mei muneris ma-  
 gis esse proprium videtur) in his, quæ spectant ad il-  
 lius animæ salutem sempiternam libenter illi semper  
 meam operam sum navaturus. Quò magis miror,  
 quod qua de re potissimum ad M. V. à me scriptæ li-  
 teræ fuerunt de Religionis causa, nullam in his qui-  
 bus meis respondet literis mentionem faciendam,  
 esse putaverit: Cum tamen ego nihil magis in votis  
 habuerim, quam ut si quis adhuc in V.M. animo scrup-  
 ulus resideret, eum Deo mihi suppeditante gratiam,  
 eximere possem. Jam inde ab ipsis Apostolorum  
 temporibus, quoties de causa Religionis exortæ fue-  
 runt controversiæ, non aliò quam ad NB. hanc S. se-  
 dem Apostolicam de illis refere- NB. *Hoc refutat*  
 batur. Illius iudicium requireba- *Historia Eccl. Euseb.*  
 tur quod illa docuisset in eos sem- *l. 4. c. 11. Iren. l. 3. c. 4.*  
 per acquiescebatur &c. Quod *Trip. l. 4. c. 10. &c.*  
 si M. V. certis aliquibus, quibuscundq; tandè ex causis,  
 non putavit suis literis appellandū eū, qui sedet in Pe-  
 tri cathedra, quā, qui se præciderunt à Christi corpo-  
 re Ecclesia, plusquā vatiniāno odio prosequuntur; sal-  
 tem ad me scribens, quid esset in literis meis, quod illi  
 non satisfecerit, brevib<sup>9</sup> perstringere potuit. Sed ego,  
 quod nunc neglectum est, alio tempore sarcitū iri spe-  
 ro. Interea quod scribit M. V. se pacta conventa ma-  
 trimonij cum S. pientissimaq; conjugē initi rata sem-  
 per habuisse, nec unquā contra eam venisse, magnā  
 ea res voluptatem animo meo attulit, cum ex eo non  
 obscure colligere liceat, quanta sit illius in servandis  
 promissis fides & constantia, quam ut deinceps tuea-  
 tur, nec ab ea cuiusquā persuasione<sup>9</sup> deduci patiatur.

Cardinalis  
vult imperan-  
dam esse Reli-  
gionem Papi-  
sticam aucto-  
ritate Regis.

„ Majestati V. supplico. Ego mihi de Majestate V.  
 „ certò persuadeo, quod sibi sceptrum suum à subditis  
 „ contraria suadentibus eripi non patietur. Pacto-  
 „ rumq; & conventorum quæ priusquam matrimo-  
 „ nium esset contractum, inita sunt, memor, non per-  
 „ mittet ut quisquam Ser. conjugem V. M.<sup>is</sup> impe-  
 „ diat, quo minus avita Religione, ritibus etiam avi-  
 „ tis, quibus omnes jam inde à 600 annis & in Svecia,  
 „ & in Polonia semper usi sunt, utatur & ipsa. &c.  
 „ Præclari isti milites nostri seculi, qui malunt Evan-  
 „ gelici quam Christiani vocari, truculentes illos mi-  
 „ lites qui Christi corpus in crucem egerunt, immani-  
 „ tate sua longè superarunt. Quot enim ex mystico  
 „ Christi corpore, quæ est Ecclesia, particulas ne fe-  
 „ cerunt? Quod ut ipsa M. V. cernat oculis, nolo jam  
 „ proferre Catholicorum ea de re testimonium, qui-  
 „ bus per istos fides derogari potest, qui satis esse pu-  
 „ tant, si Papiſtam Probri loco vocent aliquem, ad sa-  
 „ nam ejus doctrinam refutandam. Sed mitto Maj.  
 „ Vestræ librum, quem hoc ipso anno Schola Vittem-  
 „ bergensis edidit <sup>ad</sup> adversus eos, <sup>Intelligit scri-  
 „ ptū Cryptocalvinia-  
 „ norum, Crucigeri,  
 „ Mollerii, Pez. s.ij, Vi-  
 „ debranni &c. quos  
 „ Appſtatas cõggit Ele-  
 „ ſtor Sax. retraxit a-  
 „ re. Vide Schluff.  
 „ Hiſt. Calv. l. 3. p. 9.</sup>  
 „ qui sunt acerrimi Conf. August.  
 „ propugnatores, ut videat quàm  
 „ horrendæ Sectæ, posteaquam ab  
 „ una sancta Catholica, Apostoli-  
 „ ca Romana Ecclesia disceſſu est,  
 „ ex orco revocari, & pro Dei ver-  
 „ bo populo venditari cæperunt.  
 „ Eò jam perductam esse rem per  
 „ discipulos suos Magistri Wittembergenses querun-  
 „ tur, ut vix unus in cælis Deus (en fructum doctrinæ  
 „ Cryptocalvinianorum) esse credatur. Monent omnes,  
 „ ut

ut oculos tandem aperiant, quibus tam fædos & ex-  
 ecrandos eorum errores contemplari possint. &c.  
 Cum itaq; sic se res habeat, cum quod nunc vocatur  
 Evangelium ab illis ipsis, qui volunt præ cæteris  
 Evangelici dici, mutuis ipsorum telis tam graviter  
 oppugnatur, faceret M. V. rem Christiano Rege di-  
 gnam, si seriam ea de re cogitationem susciperet,  
 non ut de calice liberetur (in qua re salus nostra non  
 consistit, sed ut ad pristinam illam charitatem & Ec-  
 clesiæ unitatem rediretur. Quod si perficeret in Re-  
 gno suo, si perductam eò rem opera M. V. videre li-  
 ceret, ut quale fuit ante 50. plus minus annos Re-  
 gnum Sveciæ, terram unius labij & sermonum eo-  
 rundem, multitudinis credentium cor unum & ani-  
 mam unam in eo cerneremus, ut etiam esset juxta  
 Christi promissum unus Pastor (*annon Christus erit  
 idem Pastor?*) & unum ovile, nomen suum immorta-  
 litati consecraret, & longè gratissimum Deo sacrifi-  
 cium offerret; nec minorem ex restituta Religione  
 laudem & gloriam reportaret, nec minus ampla præ-  
 mia consequetur, quàm quæ consecuti sunt illi Re-  
 ges, qui primi in Regnis nostris M. V. subjectis Ec-  
 clesiam sanguine suo rigaverunt. Quo magis autem  
 adduci possit, ut hanc præclaram cogitationem su-  
 scipiat, quàm nullam vel Christiano Rege digniorem,  
 vel Deo gratiorem suscipere possit, mitto M. V. per-  
 elegantem librum quendam, & ad rem præsentem,  
 vehementer accommodatum, cujus auctor est con-  
 siliarius quidam Cæsareæ M. cis vir insigni pietate,  
 neq; vulgari doctrinâ præditus, & inscribitur Evan-  
 gelica inquisitio de vera & falsa Religione adversus  
 communem illam multorum hoc nostro seculo vo-  
 cife.

„ ciferationem; quod jam vix quisquam scire queat;  
 „ quid aut quomodo credere debeat: Quem si perlege-  
 „ re dignata fuerit, nil dubito, quin sit ad veritatis co-  
 „ gnitionem facillè perventura, neq; magno negotio  
 „ perfectura, ut sicut unus Deus & unum Baptisma, sic  
 „ etiam sit in Regno M. V. una fides, ut unanimes uno  
 „ ore glorificemus omnes Deum & Patrem Domini  
 „ N. Jesu Christi. Magnum ea res imprimis ad gra-  
 „ tiam Dei conciliandam, deinde verò quæ curari M. V.  
 „ vult per me in Regno Neapolitano feliciter peragen-  
 „ da, adjumentum adferret. Quam ad utramq; rem, &  
 „ precibus meis, quamlibet indignis, apud Deum, &  
 „ jugi interpellatione apud ejus Vicarium: & apud  
 „ eos, quorum nobis ad eam rem favor est necessarius,  
 „ meam operam promptam & alacrem defero. Da-  
 „ tum XXIII Januarij M. D. LXXIII.

## CAP. XVI.

Hof. Tom. 2.  
 Epist. 213.

*Catharina Regina Sveciæ Stanislaus Hofius.*

*De usu utriusq; speciei permittendo respondet, & ad con-  
 stantiam in fide (ut vocat) Catholica  
 adhortatur.*

„ **Q**uod pervenerint ad M. V. binæ meæ literæ, val-  
 „ dè mihi gratum fuit, & jucundum ex his qui-  
 „ bus illa respondet cognoscere. Debet autem hoc  
 „ sibi M. V. certò de me polliceri, quod nil curæ, labo-  
 „ ris, diligentiaq; prætermittam, ut illi possim utiliter  
 „ inservire, cum in ijs, quæ ad fortunarum accessio-  
 „ nem, cum in his quæ pertinent ad illius animæ sem-  
 „ piternam salutem: Idq; tanto majore cum alacrita-  
 „ te faciam, quantò mihi fidem suam pluribus ob-  
 „ strui-

fringit, pondus aliquod literas cohortationesque  
 meas apud M. V. habituras, nec se quibuscunq; tan-  
 dem persuasionibus adductam iri, Christi corporis  
 unitatem ut deserat, & ab illa se disjungat. Utinam,  
 autem aliquod ejus rei documentum dare M. V. vo-  
 luisset, in ejus Sacramenti usu, per quod unum Chri-  
 sti corpus efficiamur omnes; quod sicut verum & vi-  
 vum Christi corpus, ita mystici quoq; corporis Chri-  
 sti Ecclesiae symbolum quoddam est, incredibilem  
 quandam ex ea re voluptatem accepissem, jam in ejus  
 rei spem adductus fueram his literis, quas ad me de-  
 derat M. V. Capellanus Johann. Herbestus, & omni-  
 nò futurum existimabam, ut ad intermissum alte-  
 rius tantum S. sanctae Eucharistiae speciei usum redi-  
 ret: quod quia non fecit, multò difficiliorem cau-  
 sam suam reddidit. Nunc si maximè vellet S. D. no-  
 ster illi gratificari, nulla ratione potest. Nam quod  
 antea me scripisse M. V. puto, non in usu Sacramen-  
 ti hujus, verum in præcisione vitium est. Præcisio-  
 nem autem ut approbet Christi Vicarius, & legiti-  
 mus Petri successor, nunquam faciet. Sive quis uta-  
 tur una, sive utraq; specie, modò ne deserat obedien-  
 tiam Ecclesiae, proficit dignè sumentibus ad salutem.  
 Quamobrem in usu Sacramenti vitium non est: Sed  
 existimare, quod necessariò calicem sumere oport-  
 eat, & quod aliter salutem consequi nemo possit, *hac*  
*jam est præcisio*, jam hæc est à Christi corpore Ecclesia  
 quædam separatio. Cum in Sacro concilio Tridenti-  
 no legatum egissem, de calicis usu multa disquata  
 fuisse recorder, decretum tandem hoc fuit: *Si*

Canon Conci-  
 lij Trid. oppo-  
 situs institu-  
 tioni Christi,

„ *Eucharistia Sacramenti sumere debere, anathema sit:*  
 „ Ac rem quidem totam de eo, quibus ex causis & qui-  
 „ bus conditionibus, quibusdam petentibus rectè con-  
 „ cedi posset, ad arbitrium S. D. Nostri relatam, inter  
 „ alias autem conditiones & hanc adjectam esse, *Ne*  
 „ *cul calicis usus permitteretur, nisi prius ad intermissum*  
 „ *usum alterius tantum speciei revertisset, ne tanquam*  
 „ necessarius ad salutem exigi videretur. Quamob-  
 „ rem hoc sibi certò persuadeat M. V. quamdiu majo-  
 „ rum suorum exemplo ad alterius tantum speciei  
 „ usum non redierit, frustra se de calice laboraturam.  
 „ Nec enim committet unquam S. D. N. ut quod esse  
 „ decrevit Anathema, sacrosanctum concilium id ap-  
 „ probet: Hoc est, opinionem illam, quod nisi quis  
 „ ex calice biberit, salvus esse non possit, quodq; nostri  
 „ majores, quos tum in Svecia, cum in Polonia nun-  
 „ quam ante 50 plus minus annos ex calice bibisse con-  
 „ stat, omnes in æternum fuerint condemnati. Qua-  
 „ re ipsa M. V. quò minus illud precibus loci quicquam  
 „ daret, S. D. Noster magnum impedimentum attu-  
 „ lisse videtur. Scripseram autem superioribus Men-  
 „ sibus M. V. daret operam, *ut aliquod in isto Regno si-*  
 „ *gnum ostenderetur ad Ecclesiam Dei reditus, ut Missæ*  
 „ *sacrificium cum suis ceremonijs restitueretur, ac tum de-*  
 „ *num de calice deliberatio susciperetur.* Nunc isti,  
 „ de quibus M. V. scribit, hoc unum contendunt, mo-  
 „ dis omnibus & elaborant, ut M. V. in ejus Sacramen-  
 „ ti usu, quo maximè designatur unitas, & per quod  
 „ unum Christi corpus efficimur, signum aliquod ab  
 „ Ecclesiæ unitate discessionis det: Cum ipsi nullum  
 „ accessionis vel reditus ad illam iudicium exhibere  
 „ velint. Quale est autem hoc, quod subditi præscri-  
 „ bunt

Svasu Cardi-  
 nalis instituit  
 Rex Svec. Sa-  
 crificium Mis-  
 sæ per Litur-  
 giam.

bunt Principi, qualem in Religione se gerere debeat? <sup>66</sup>  
 Eorum, qui cum summa potestate versantur Eccle- <sup>66</sup>  
 siastica, proprium hoc est officium. Quod ad ipsam <sup>66</sup>  
 attinet M. Regiam, ea suis in literis ad me disertis <sup>66</sup>  
 verbis testatur, se pactis & conventis matrimonij <sup>66</sup>  
 steterisse, stareq; velle semper. Ac fatetur hoc ipsa <sup>66</sup>  
 M. V. quod eam nunquam ad utriusq; speciei com- <sup>66</sup>  
 munionem compulerit. Quod itaq; Rex ipse sibi <sup>66</sup>  
 non arrogat, quo jure sibi sumunt subditi? Videtur <sup>66</sup>  
 aliquam spem ostendere M. V. Ser. Regis & conjugis <sup>66</sup>  
 sui reditus ad unam sanctam Catholicam, Apostoli- <sup>66</sup>  
 cam Ecclesiam. Conferatur ea spes ad rem, ac tum <sup>66</sup>  
 demum de calice tractetur. Quod autem <sup>66</sup> Svedos <sup>66</sup>  
 minas etiam interponere dicit, <sup>66</sup> *Videntur pa-* <sup>66</sup>  
 quasi passuri non sint, ut apud se <sup>66</sup> *triosa sic dici per* <sup>66</sup>  
 M. V. Catholicos Sacerdotes ha- <sup>66</sup> *ignominiam. Est* <sup>66</sup>  
 beat, nisi fecerit eorum impe- <sup>66</sup> *quidem hac vox con-* <sup>66</sup>  
 rata: Mihi quidem stupendares <sup>66</sup> *facta. Videl. l. i. c. i.* <sup>66</sup>  
 hæc videtur. Quod sibi subditi tantum in Reginam <sup>66</sup>  
 ac Dominam suam imperium arrogant, nec pati se <sup>66</sup>  
 velle denunciant, quod ipsum Regem pati vident. <sup>66</sup>  
 Itanè sibi sublimiorem potestatem: non se sublimio- <sup>66</sup>  
 ri potestati subjectos volunt? Sed non possum addu- <sup>66</sup>  
 ci ut credam Ser. Regem sceptrum suum ab illis eri- <sup>66</sup>  
 pi sibi passurum: Regere proculdubio subjectos sibi <sup>66</sup>  
 populos, nec ab illis regi volet, nec unquam contra <sup>66</sup>  
 illa pacta & conventa matrimonij veniet, quibus M. <sup>66</sup>  
 V. priusquam eum in conjugem acciperet, fidem, <sup>66</sup>  
 suam obstrinxit. Quamobrem bono sit animo, <sup>66</sup>  
 nunquam faciet Ser. Rex, ut eam fidem fallat, qua <sup>66</sup>  
 semel illi fuit obstrictus. Nunquam eò loci reda- <sup>66</sup>  
 ctam iri M. V. certè mihi persuadeo, ut Sacerdotibus <sup>66</sup>  
 quos



„ quos habet, privetur. Sed si tale quid contingeret  
 „ (quod pro sua misericordia Deus prohibere velit)  
 „ consilium hoc illi dare non dubitaverim, ut ab omni  
 „ potius Eucharistiæ communionē prorsus abstineat,  
 „ quam signum aliquod ab Ecclesia Dei discessionis da-  
 „ re velit. &c. Quare diligentèr sibi caveat M. V. *ne*  
 „ *det ullum discessionis ab Ecclesia Dei signum, & in eam cu-*  
 „ *ram toto pectore* (quod ajunt) *incumbat*, ut Ser. Regem  
 „ & conjugem suum, & si quos possit alios ad Ecclesiæ  
 „ gremium adducat, neq; sibi præter solum Deum me-  
 „ tuendum esse quenquam existimet, providebit is M.  
 „ V. providebit & Sereniss. liberis ejus, modò certam  
 „ in illius misericordia spem defixam habeat: nun-  
 „ quam ille deseret sperantem in se. Nos quoq; quain-  
 „ libet indigni, precibus his nostris ad sancta Aposto-  
 „ lorum limina M. V. adjuvare conabimur, ut ei spiri-  
 „ tum consilij & fortitudinis largiatur, ut eam spiritu  
 „ principali confirmet, quo possit in illius charitate  
 „ radicata, minas omnes ac terrores quorumcunq; tan-  
 „ dem hominum contemnere. Prius omnia se & fa-  
 „ cere & pati paratam ostendat, quam ut vel mini-  
 „ mum signum det, quæ Christi corpus est, ab Eccle-  
 „ sia Dei discessionis. Sed ego longior esse nolo. Habe-  
 „ bit isthic brevi M. V. *P. Varsovitiu* Sacerdotem pium  
 „ & benè doctum, ut isthic degens, & ipsam M. V. de  
 „ rebus religionis instruat & informet, & illius consi-  
 „ lio atq; auxilio interveniente simul cum *D. Herbesto*,  
 „ det operam, ut in optimam spem veniam, non futu-  
 „ ram infructuosam profectionem hanc illius: Sed ut  
 „ in illo Regno quamplurimos Christo lucrifacere  
 „ possit. Verlatuſ est in Germania aliquandiu, & habet  
 „ eorum mores probè perspectos, qui se ab Ecclesiæ

unitate segregarunt. Quo diligentius ego virum hunc M. V. commendo, ut eum patrocínio suo tueatur, & quo possit quam plurimos in viam veritatis reducere, pro virili adjuvare conetur. Quod ad *Hospitale Suedorum* attinet, egi cum S. D. Nostro, qui mihi respondit, *ut in alium locum transferantur, que sunt hinc loco destinata, minime licere*. Verum sex adolescentulos ex subditis V. M. huc mitti sanctitas illius cupit, quos liberaliter alendos & ad Christianam pietatem instituendos Exemplo Gregorij VII. Pontif. curabit. Quod si perfectum fuerit operá M. V. rem pietate sua digná fecerit. Præstaret autem, ut ex nobilibus aliqui mitterentur: hoc autem erit in arbitrio M. V. positum. Datum XXIII. Januarij M. D. LXXIII.

Papa Rom. tenet per auctoritatem quod ipsi datur loco elemosynæ.

## CAP. XVII.

*Articuli ab Episcopis & Clericis in conventu Holm. an. 74. presentibus conclusi de celebranda Missa in Eccl. Svec.*

1. **M**issa celebretur juxta formá in publicata ordinantia præscriptá, ne aliqui ritus approbatí omittantur, aut superstitioni admisceantur, ut popul<sup>o</sup> patriæ convenientem religionis devotioné declaret.

2. Reperiuntur Sacerdotes, qui per negligentiam vix cogitant de instituendá ad populum concione, antequá veniant ad Altare Missám celebraturi, tunc primum inspiciunt explicationem Evangelij à Postillatore datam; vel aliud fortè legunt, ei loco minime conveniens. Ad corrigendum hunc officij Eccl. abusum, constituimus ut Sacerdotes ad altare venientes legant pias preces, & orationes à S. patribus in hunc usum compositas, devotè recitent. Idq; faciant, non solum dum chorus vel Ecclesia canit, introitum, sed etiam dum Graduale & Tractus.

sonant in Ecclesia: Est equidem necessum, ut Sacerdos rectè attendat suo officio, & pro conservacione Ecclesiæ Deum adoret.

3. Quodiam perpauca reperuntur in plebe, qui verum usum Cænæ Dominicæ noverint, aut se ad mensam dignè præparare sciant, ideo videtur consultum ut Pastores informant suos auditores, præmissâ ad eos præfatione, qui coram altari se sistunt, futuri de mensa Domini participes; His etiam prælegantur aliquot preces, quibus implorent gratiam Dei, ut Sacramentum Eucharistiæ dignè utantur. Sic informati rudis populus in vero sensu hujus Sacramenti, tandem hoc Sacro epulo rectè frui discat.

4. Censemus utilissimum esse, ut Concionatores instituant frequentes ad populum adhortationes, ad considerandam efficaciam Sacramenti Altaris dispositas, & quis sit verus illius usus, quomodo Christiani dignè & cum fructu de Sacramento corporis & sanguinis Christi participant. Si etenim necessaria sit unquam devotio, veraq; sanctitas pio homini, certè in hac Sacra Communionem erit declaranda, ubi fructus omnis pietatis percipiatur. Vera invocatio Dei requirit religiosissimos ubiq; affectus, nec minores pietatis motus declarabit hujus S. epuli conviva.

5. Quanquam vera præparatio hominis Christiani, qui S. Cæna dignè utantur, sit interna, constans fiduciâ remissionis peccatorum, propter meritum, institutionis Christi percipiendæ, adeoq; sit ille dignus vereq; paratus conviva, qui credit his Christi verbis: *Pro vobis traditur corpus & effunditur sanguis in remissionem peccatorum;* Tamen externa præparatio non

non contemnetur, quæ fit jejunio, omnisq; voluptatis carnalis, præsertim Venereæ (licet in conjugio) abstinentiâ. Talem quidem sanctitatem requirit Apostolus ab omnibus Christianis, omni loco observandam, decet tamen ut digni convivæ S. Cænæ hanc sanctitatem majori intentione declarent, quò fructum institutum & à Christo in hoc Sacramento determinatum participant, videlicet salutaris fidei confirmationem sub institutorum elementorum, perceptione habeant. Hanc sanctitatem indicabunt imprimis Sacerdotes, qui Sacramenta tractabunt & distribuent. *Ergò quicumq; Sacerdos indulget erapula, vitæq; scandalosa, pridè quàm ministerium in Ecclesia faciat, privabitur honore officij, donec resipiscat.*

6. Scimus ex verbo Dei Ecclesiam habere potestatem ordinandi utilia ad decorum & reverentiam, prædicato Dei verbo ac Sacramentis declarandam. Quare constituimus ut in Missa cantet Sacerdos laudes, quas vetus Ecclesia instituit & usurpavit, præsertim ut præfationi addatur Epiphonema, *per quem majestatem tuam laudant Angeli & Archangeli &c.* hæc laudes subjunguntur immediatè verbis institutionis Christi.

7. Hoc Sacramentum Altaris esse religiosè tractandum, ipsa fides Christianorum monet, Igitur sunt culpandi illi Sacerdotes, qui illotis manibus & ocreis, sordido vestitu, aut impuro calice celebrant Missam. Solent etiam multi dehonestare Altare ornatu lacero, quandoq; etiam imponere Dei Altari contritos pileos vel sordidas manichas; quo modo Ecclesia ad tractandū irreverenter hoc Sacramentum, prolectatur; quod deinceps facere singuli prohibentur.

8. Audi-

8. Audimus multos Sacerdotes hoc Sacramento ita abuti, ut elementa instituta, panem & vinum in hoc S. epulo distribuenda non semper consecrant, contenti unicâ recitatione verborum institutionis, per quam volunt etiam illa elementa consecrari, quæ ex Sacrario post primam verborum recitationem debent propter numerum communicantium denuò adferri. Hic abusus consecrationis facit S. Cænam vulgò contempni, dum elementa consecrata, non distinguuntur à vulgaribus. Volumus igitur ut Sacerdotes Missam celebrantes diligenter numerum illorum, qui de S. Cæna tunc participare volunt, inquirent, ut sciant tantum præparare elementorum, quantum sufficiat præsentibus convivis. Quod si contingat aliquot panes esse de novo præparandos, aut aliquid vini esse denuò infundendum Calici, quod primæ consecrationis benedictionem non acceperat, *repetenda erunt verba institutionis Christi*, ut Ecclesia sciat Elementa usui sacro destinata esse consecrata. Nominat etenim Apostolus calicem benedictionis, quem ad distribuendum præparavit. Caveant tamen singuli, ne insimulent nos Papisticæ consecrationis, quasi doceamus hoc Sacramentum, confici vi recitatorum à ministro Eccl. verborum; scimus *ipsam Christi institutionem facere hoc Sacramentum*; Sed auditores qui institutionem prælectam, non audiverunt, nesciunt eadem elementa esse usui sacro destinata.

Muffitatio  
verborum  
Christi est pla-  
nè Papistica.

a. Tota præ-  
sens Ecclesia  
audivit verba  
institutionis  
publicè præle-  
ctæ.

9. Adhuc videmus hoc pertinere ad hujus Sacramenti reverentiam, ne elementa consecrata remaneant post factam distributionem. Jussit enim Christus ut panem comedamus & vinum bibamus, dum

dum hæc elementa ad sacrum usum præparata sunt: nec poterit portio elementorum consecrata, absq; gravi scandalo cum reliquo non consecrato permisceri. Itaq; consultum est, ut ipse Sacerdos absumat quicquid consecratum fuerit, si numerus communicantium totum illud non absumpserit.

10. Quandoquidem plura sunt ad convenientem ministerij Eccl. administrationem necessaria, quàm quæ hæctenus sunt proposita, quæ in specie docent modum administrandæ Missæ; ideo necessum videtur aliquam fieri illorum mentionem. Volumus iccirco esse seriò prohibitum, *ne ulli Clerici utantur scurrilibus sermonibus, sive inter seipos, sive in conversatione aliorum.* Qui hanc prohibitionem contemnit, utendo sermone inhonesto, aut lascivis cationibus alios offendendo, plectetur censurâ Episcopi & Capituli cui subest, pro delicti ratione, ut discat suum officium honorare. Item; Conqueruntur quandoq; pij Sacerdotes, sibi nullum dari otium studijs invigilandi, sobrietatem exercendi, partesq; officij ritè peragendi, propter concursum hospicium, prædia Pastorum frequenter visitantium. Solent enim, Politici, conscripturi & revisuri milites, vel judicia facturi populo, querere in prædijs Pastorum hospitia, aliq; plures in patria suorum negotiorum, causâ peregrinantes, volunt invisere domos Pastorum, ut honestè tractentur. *Hoc modo pij Pastores à cura officij sapissimè avocantur,* quod ne ulterius faciant, omnibus interdicitum esse volumus, querere hospitia in prædijs Pastorum, nisi illic suis de causis invitentur; *Neque cogant alij Clerici*

Gravitas dei  
et Clericor.

Clericos in conversatione presentes, ut ebrietati indulgent cum multorum offendiculo, proprijque officij dispendio.

Hos articulos Holmia conscriptos confirmarunt Clerici ex Diacesibus patrie infra annotatum presentes, & manuum suarum subscriptione approbarunt die 11. Junij, Anno supra notato.

Ex Upsal. Diacesi cum Electo Archiepiscopo Laurentio Gotho subscripserunt primarij Pastores numero 42, quorum manus in Archivo R. servantur.

Ex Scarenfi Diacesi addiderunt suo nomina Pastores 13.

Ex Strengnensi Diacesi saltem 7, Pastores scripti videntur.

Ex Arosensi Diacesi Pastorum nomina 16, annotata sunt.

Ex Wexlonensi Diac. leguntur Pastores 12. suorum addidisse subscriptionem, & totidem seniores Pastores ex Diacesi Aboënsi subscripserunt. Quamvis videantur hi articuli ad reverentiam ministerij Eccl. & ad celebrandam honorifice Canam Domin. compositi; tamen ex collatione prioris Disquisitionis, inter Clerum Holm; & Secretarium Regium facta, de qua supra l. 3. c. 11. & observatione subsequens tumultus Liturgici, patet hic fuisse causam Papisiticam tunc peractam. Nam externa mundities hominum, & visibilis sanctitas actionum sacrarum, sine fide in Christum auget justitiam operum, ex qua doctrinam multitudinem Rituum Papisiticorum dependet.

CAP. XIIX.

Qua conditione Electus est novus Archiepiscopus  
Succ. Laurentius Gothus?

Anno

**A**nno Domini 1574 mense Decembri vocatus est à Rege Johanne Electus Archiep. Ubsal. M. Laurentius P. Gothus, ut Holmiæ confirmationem sui officij, auctoritate Regiâ obtineret. Propositi sunt illi quidam articuli à Secretario Regio conscripti, quos voluit Rex, ut ante confirmationem sui officij Electus approbaret. 1. De servanda jurisdictione Eccl. usu Catholicæ Ecclesiæ receptâ. 2. De officijs & gradibus Ecclesiasticis longo usu servatis, adhuc retinendis. 3. De ritu & ordinatione Episcoporum more antiquorum observandâ. 4. De Ceremonijs in Ecclesia olim usitatis, in posterum conservandis, ne eadem sub nomine libertatis Christianæ contemnantur. 5. De diebus Festis ritè celebrandis. 6. De sanctis honorandis, licet non adorandis aut invocandis. 7. De pijs sequentijs, Hymnis, Responsorijs, Collectis in Missa usurpandis. 8. De Evangelijs quadragesimalibus prisco more proponendis. 9. De Sacramentis & Sacrificijs in Ecclesiâ utilitatem continuo ususervandis. 10. De forma præcationis, ante præfationem in administratione Cænæ Dom. proponendâ Ecclesiæ. 11. De oratione pro mortuis in sepultura illorum publicè recitanda. 12. De vera præsentia, non coexistentia corporis & sanguinis Christi in S. Cænâ. 13. De confirmatione puerorum baptizatorum, per Episcopum in visitationibus non negligendam. 14. De confessione privata recipienda, licet propter abusum aliquando silerit. 15. De vero usu calibatus, ne contemnatur propter aliquorum abusum. 16. De restaurandis monasterijs aliquandiu desertis. 17. De extrema unctione morituris administranda.



*Hos articulos approbare & subscriptione sua confirmare coactus est Electus Archiepiscopus Upsal. antequam Rex Suec. Johannes eundem in officio vellet confirmare.*

## CAP. XIX.

*Dissertatio Clericorum Holmensium de Regiâ Electione novi Archiepiscopi Laur. Gothi.*

Quoniam Rex Sveciæ Johannes III. suasu suorum deceptorum Jesuuitarum, curaret causam Liturgicam summo studio nunc promovendam, voluit M. Laurentium P. Gothum, postquam illius ingenium explorasset, & applausum illius in promovenda Regis sententiâ cognovisset, fieri Archiepiscopum, ut per auctoritatem illius officij, deliberata Religionis innovatio in effectum deduceretur: sicut factum est. Hoc audientes Prædicatores Holmenses Evangelicæ Religionis addictissimi, ægrè ferebant hominis in tanta dignitate Eccl. constituti inconstantiam; cumq; invenissent hi ipsi in Bibliotheca p. m. Archiepiscopi, senioris Laur. Nericii, scriptum quoddam, de ordinatione ministrorum Eccl. contra Pontificios compositum, in quo etiam ratio legitima vocationis ministrorum Eccl. continetur, exceperunt Holmenses idem scriptum Archiepiscopo transmittendum, ut evigilaret dormientis conscientia, quæ cogitaret Electionem hominis, ad nominati officij dignitatem, fuisse factam magis juxta decepti Regis voluntatem, quàm juxta legitimam Ecclesiæ vocationem, & ut deliberaret Electus, num is rectè succederet piè demortuo antecessori, quia fraudes Papisticas & Religionis Evangelicæ mutationem hic sum-

summè detestatus fuerat, quod totum malum Electus Decepto Regi gratificaturus, Patriotis inferre cogitabat.

*Nominatum scriptum L. Neritij sic sonat:*

Scriptum Archiep. L. Neritij de ordinatione Clericorū,

**I**nter nos & Papistas est controversia de legitima ordinatione, videlicet, quinam illi sint Sacerdotes legitimi, qui consecrent Sacramentum Eucharistiæ? Certum est quod Papistæ id honoris, suis Rasæ & unctis solis, magno verborum supercilio adscribant, freti ingenti cumulo sententiarum humanarum. Nos contra adserimus, id honoris pertinere non ad solos rasos & unctos; imò, quatenus tales sunt, omninò non ad eos; sed ad omnes fideles Christi, dicimusq; hos omnes veros legitimos Novi Testamenti esse Sacerdotes, quibus verbum Dei & omnia Sacerdotalia officia commenda sunt, idq; divinitus. Quod sic probamus: Quoscunq; Deus Pater & Filius & Spiritus Sanctus, hoc est, tota Trinitas per Baptismum adoptat in Dei filios, Christi fratres & cohæredes, omniumq; bonorum per ipsum acquisite, reddit participes, eosdem simul per unctionem incorruptibilem, nempe Spiritum Sanctum facit Sacerdotes legitimos & spiritualitèr ordinatos, ut (sicut dicit B. Petrus) virtutes annuncient illius, qui è tenebris vocavit ipsos in admirabile lumen suum. Nec potest magis legitima & rata ordinatio haberi, quàm ea, quæ fit per Deum ipsum, suo Spiritu Sancto Sacerdotes suos regentem. Si enim Majestas & auctoritas quæritur ordinatoris, major est hujus auctoritas auctoritate, non dico omnium Papisticorum Episcoporum, imò & Papæ ipsius, aut quicquid sit, aut esse possit Papæ Creaturarum; sed etiam Angelorum.

Concedimus hoc quidem sine auctoritate vel doctorum vel conciliorum; consecrationem Sacramenti fieri non posse, nisi per legitimum Sacerdotem. Quod autem Papistæ Rasi & uncti, vel soli, vel ratione rasuræ, sint Sacerdotes illi legitimi, quibus data est à Deo consecrandi potestas, tantum abest, ut sit concedendum, ut sine dubitatione dicere possimus, id esse mendacium mendaciorum, hominum, fronte carentium, etiamsi totum Pharisaicum Papæ Regnum in testimonium produxerint. *Multitudo enim errantium non facit errori patrocinium.* Imò unius rectè sentientis testimonium præponderat mille errantium.

Cum autem eligendi potestas pertineat ad Ecclesiam, semper legitimum & ratum est quicquid ipsa, ministros eligendo fecerit, à quocunq; tandem Presbytero vel Episcopo, ipsi Electi manus impositionem postea acceperint, modò sit fidelis & Christianus.

*Non enim quem ordinat Episcopus, invita tenetur admittere Ecclesia: Sed quem eligit Ecclesia, ordinare tenetur Episcopus.*

Quod si etiam Ecclesia potestatem eligendi ministros permittat Episcopo, aut ejus officialibus, ut nunc plerunq; fit: Tamen, si idem Episcopus accepta ab Ecclesia potestate abusus, lupum h. e. Pseudodoctorem, Usurarium, Simoniacum, Scortatorum &c. (quales nunc Papistici Episcopi ut plurimum ordinant) pro idoneo ac salutari ministro ordinaverit; tum *Ecclesia, recepta suâ legitimâ potestate, talem nebulonem tanquam labem ac pestem deicere potest; imò debet ab officio, & alium quem ipsa idoneum* deprehenderit electum, in locum dejecti substituere.

Ait

Ait enim Christus: Attendite à falsis Prophetis, & Paulus: Cavete canes, cavete malos operarios. Si desinat Rom. Ecclesia esse Babylon, & Episcopus ejus esse Antichristus, amplectendo purum verbum Evangelij, facilè aliæ Ecclesiæ, per idem verbum, Evangelicæ veritatis illuminatæ, dabunt ei dextram societatis, nunquam autem colla subjectionis; empti estis pretio, inquit Paulus, nolite fieri servi hominum. Sed quando videbimus illam mutationem in Ecclesia Rom? Credo quando Æthiops mutaverit pellem. Ergò non est hoc certum signum vera ac rectè sentientis Ecclesia, si se subjiciat Ecclesiæ Rom. Sed si se subjiciat puro verbo Dei, ipsum studiosè audiat, discat, in eo se oblectet, fidem suam juxta Regulam & analogiam verbi formet, deniq; vitam & mores secundum illud componat, ut est Psal. 118. Concupivi salutare tuum, Domine. *Hactenus Archiepiscopus Laur, Neritius,*

## CAP. XX.

*Dissertatio Episcoporum & Cleri Holm, cum Secretario Regio de Ritu ordinandi.*

**C**olloeutores, *Electus Archiep. Episcopi M. Marti-  
nus Lineopensis. M. Erasmus Arosensis: Item Scaren-  
sensis, Strengnensis, Calmariensis, & Holmenses, M. Olaus  
Medelpodius, Pastor, M. Abrahamus A. Rector Scho-  
la, Sacellani, Dn. Petrus & Dn. Ericus, Secretarius  
M. Petrus,*

*M. Mart.* In ordinatione Episcoporum non agant Christiani Bacchanalia Ethnicorum, varijs ritibus & gesticulationibus sanctum officium deformantes, *Strengn.* Non habemus vestitum preciosiorem pallio cho-

chorali & mitrâ. *M. Martinus.* Cur induitis mitram? Fortè adpellendum frigus! Sed ferio consultandum erit. Hæ res sunt in consultatione, mitra, baculus, unctio. *Ubsaliensis.* *Mitra & Baculus videntur ejusdem esse significationis: Sed unctio est alius Ritus. Liceat uti mitrâ sicut alto indumento, citra scandalum. Oportet tenere discrimen inter verum usum libertatemq; verum, & abusum ac scandalo earum. Aurum à luto distinguendum erit.* *M. Olaus Medelp.* Si ordinamur Leviticis Ritibus, erimus Levitæ: Si Evangelicis, Evangelici: Si Pontificijs, Pontificij. Retineamus itaq; nos Ritus Evangelicos. *M. Mart.* Hujusmodi *Ritus externi* sunt adhibendi, qui *habent certam significationem*, non pompam. Significatio ex verbo Dei sumatur, sitq; ea interpretatio Rituum præferenda, quam verbum Dei habet, omnibus cerebri humani inventis. Mitram cum cornu duplici, significare duplex imperium vulgò exponitur; siquidem cornu solet notare Regimen. Alij dicunt mitram bicornem significare scientiam utriusq; Testamenti. Verum cum nec offeratur Episcopis orthodoxis in ordinatione duplex Regimen, nec omnes ordinati habeant exactam ac necessariam, scientiam utriusq; Testamenti in Biblicis comprehensi, falsò servatur hic Ritus Papisticus. *M. Olaus Medelp.* Quos habemus Ritus superstitiosos, ex Papa Rom. accepimus, quos nos Evangelici servare non tenemur. *M. Martin.* Ritus Papistici habent speciem mali. Præterea offendunt ijdem alias Ecclesias Evangelicas, quasi liceat in causâ Religionis ludere. Nostrum autem ministerium erit ab omni suspitione mali liberum, Si recipiamus illas Cere-

mq-

monias, quas pij antecessores nostri voluerunt abrogatas, erimus fabula omnium hominum. *M. Olau Med.* Hoc ipsum est, quod nos meritò moveat: Nisi enim collusio cum Papistis esset periculosa & scandalosa, non resisteremus uti his adiaphoris. *Scarens.* Impositio manus magis convenit sacro ministerio, quam aliqui Ritus umbratiles antiquitus usitati. Illam retineamus Exemplo Apostolorum: Nam Lex & Prophetæ usq; ad Johannem. *Excepti Ubsalensis, quantum ad justificationem.* *M. Olau Medelpadius:* Quod traditum est per Scripturam, hoc observemus: Sed Ritus Pontificij traditi sunt per homines. Ergò. *M. Martinus.* Non suademus recipiendos esse Ritus Pontificios. *Strengnensis:* Aliàs exponimus nostram Religionem risui. *M. Erasmus.* Reuerendi patres dicunt bonas esse Ceremonias, quas primitiva Ecclesia usurpavit: Sed Augustinus nominat insignia Episcopatus; quanam sunt ista, nisi Baculus & Mitra? Adbuc qua Ceremonia non pugnant cum verbo Dei, facile recipiantur; Uti Mitrà & Pallio Choralì non pugnat cum verbo Dei, Ergò. *Strengn.* Excludimus per usum talium Ceremoniarum Ritus Apostolicos. *M. Martinus.* Retineamus simplicissimos Ritus tempore Apostolorum usurpatos. *Catmariensis.* Existimo ordinationem ministerij conservari non per Ritus; Sed per observationem verbi Dei. Distinguendi sunt Ritus liciti à Ritibus prorsus supervacaneis, qualis est Baculus. Hos Ritus rectè damnarunt antecessores nostri. *M. Petrus.* Aut fiat Ritus necessarii, aut impij, aut res indifferentes. *M. Martinus.* Multi Ritus sunt indifferentes, habemus verbum, ne convertamur ad egena elementa mundi.

Unctio non est Ritus indifferens, sed impius, quia fiebat Chrismate i. e. consecrato oleo, quasi consecrationi inesset vis absq; mandato ac verbo Dei! *M. Petrus.* Loquimini de non consecrato. *M. Olaus Medelp.* Creatura est bona, sed abusus reddit eam suspectam. *Colmar.* Quod caret fundamento ac termino, non debet tanquam sanctum observari. In verbo Dei debet res sacra fundari. Terminus est hic ministerium Eccl. utroq; carent Ritus pontificij. *M. Abrahamus.* Disputatur an hi ritus Pontificij sint referendi inter necessaria Ecclesiae? Simpliciter dico hos esse referendos inter adiphora, quia pertinent ad usum & abusum. Ecclesia vetus recepit hos Ritus, quia non sensit incommodum: Sed cognito abusu, rejecit. Est enim Ecclesiae rejicere quod receperat. *M. Petr.* Videntur posse reduci citra offensionem & scandalum. *M. Abrah.* Receptio horum Rituum reducit nos ad eum catum, qui hos Ritus usurpat, & persuadet alijs, posse Christianos liberè vivere in quacunq; Religione volunt. *Scarenf.* Quod res indifferentes possint per se recipi vel abjici, non est dubium: Sed cavendum est scandalum quod inde promanat. *D. Petrus Sac.* Quod rejectum est bonà causà, non recipiatur absq; causà. *D. Br. Sac.* Vivimus in verbo, nobis Dei gratià notissimo, etiam habemus Ceremonias sat sufficientes, rogemus Deum ut his usitatis piè utamur.

## CAP. XXI.

*Ordinatio Electi Archiepiscopi cum quibusdam alijs  
Episcopis, facta Upsalia Ritibus Papisticis*

**A**Nno Domini 1575. à principio Januarij usq; ad Martium mensem manserunt Episcopi Stokholmiae,

miæ, & Præsidente M. Petro Secret. differuerunt de articulis Electo Arch. antea propositis & Cap. 18, descriptis. Tandem conscripserunt novam ordinantiam Eccl. spectantem imprimis Celebrationem, Missæ; ad quam confirmandam sunt etiam vocati Professores Theol. in Acad. Ubsal. Verum cum hi nolent subscribere conceptæ ordinantiæ, propter receptos & in ordinantia approbatos quosdam Ritus Papisticos, appellabant hi ipsi ad proximum Episcoporum & Cleri conventum.

Proximo mense Junio, redierunt Stokholmiam Episcopi & præcipui ex Clero, qui pleriq; omnes subscripserunt Declarationi articulorum à novitijs Episcopis traditæ, in qua approbati erant multi Ritus Papistici in Rom. Ecclesia usitati; quo præludio usi sunt Deceptores Regis Johannis, ut Religionem, Papisticam ac sacrificium Missæ, in nova forma, dicta Liturgica, patriotis obruderent. Hoc itaq; factò, jussit Rex omnes Clericos ire Ubsaliam, ubi novi Electi Episcopi publicis Ritibus ordinarentur. Illuc adferri *Sceptra deaurata, Mitras, & reliquam Panoplitam ab Episcopis Papalibus usurpatam* voluit Rex, quem ornatum dum induerent ordinandi jussu Regis, *adhibendum etiam esse Oleum*, seu unctionem Papalem in ordinatione illorum voluisse Regem audiverunt. Hoc quamvis Episcopi ægerrimè consenserint, tamen mandato Regio resistere non audent. Sic facta est ordinatio horum Episcoporum tanto ornatu splendentium, tantamq; pompam representantium, qualem quantamq; viventes Sveci nunquam antea vidissent. Episcopi Aboënsis & Wexionensis nunc etiam ordinati, tanto marore cor-



dis afflicti sunt, postquam intelligerent ex assumptis Papalibus Ceremonijs, etiam Religionis Evangelicæ mutationem futuram, ut domum jam reversi, sint tristitiâ cordis extincti.

Mirabilia,

Mutationem Religionis Evangelicæ in patria per factiosos Jesuvitas tentatam, ipsasq; turbas mox exortas Liturgicas indicabant visa in cælo, sapius circa hæc tempora, prodigia. Nam Anno Chr. 1570. viderunt Holmenjes in nubibus canem venaticum, quasi ad prædam capiendam dispositum. Post quadriennium apparuit Draco, qui Solem traxisse visus est, quo paradoxa moniti Sveci Gothi, meriti sibi caverent, ne infernalis Draco Solem Justitiæ Christum non modo ipsis obscuraret, sed patriâ detractum, per Antichristum auferret. Postquam creverit factio Liturgica in patria, & præcipui Clerici nostri, tentatione superati, locum dedissent Religioni Pontificiæ, visus est Anno Chr. 1580. mense Augusto, nocte inter bellas Ursus ignitus, qui terruit custodes Arcis Holmensis; tantum enim ardere conspectus est, ut domos conflagraret. Quare convocabant hi custodes alios servos Regis, qui & prodigium viderent & comminationem Divinam alijs narrarent. Hæc signa, & motus inde surgentes Liturgicos annotavit Pastor Ecclesiæ in Steen Ostrogothiæ, nomine Jonas Klint / qui affirmavit se his rebus plurimum interfuisse, ex cujus Bibliotheca hæc sunt descripta.

CAP. XXII.

*Quid continebat Liber Liturgicus.*

**N**omen *Liturgia*, ratione significationis est bonum & Religiosum: Nam videtur significare  
id

actionem precandi à λίτη i. e. supplicatio, vel λιπμα id est, supplex oro, & ἔργον i. e. opus. Juxta hanc derivationem significat λειτουργία sanctam actionem precandi. Solenne enim est Græcis vocare publicas preces λίτας: Inde videntur Latini desumpsisse usum vocis, ut usurparent Litare pro sacrificare, seu votum impetrare per mactatam victimam, interprete Nonio. Sed vulgò dicitur λειτουργέω *publicum munus obeo*, quasi λῆεσ i. e. læve & planum, ἔργον i. e. opus: Unde definiatur *Liturgia publicè operis plana & conveniens administratio*. Hoc modo de omni publico officio usurpatur. vox à scriptoribus Græcis: Sed S. Scriptura utitur voce de sacris actionibus, ut Actor. 13:2. λειτουργῆσαν δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ. Hac sacra voce usi sunt Jesuivita ac seductores Regis Johannis, conscribentes Manuale, seu Missale Pontificium in Ecclesia Svec. usurpandum, cui inscripserunt Titulum Liturgiæ. In hoc libro preces Suetico sermone compositæ admiscebantur orationibus Latinis, Idolomaniam Papisticam occultantibus, quas vulgus hominum non intellexit, ut seductores hoc modo *palliant falsam barefin sacrâ voce Liturgia*. Nam continebat ea Liturgia Sacrificium Missæ Papisticum, affirmando Christum in consecrata hostia Sacræ Cænæ, OFFERRI Deo Patri ad conferendam illis remissionem peccatorum, pro quibus Missæ Sacrificium offerebatur. Sic sublato vero usu Sacræ Cænæ, quo participantes manducarent cum pane consecrato ipsum corpus Christi, juxta ejus institutionem, jam assuescerent Sveci per Liturgiam Sacrificio Papistico, idquè discerent tandem pro mortuis, ut vivis, esse offerendum.

His datis initijs, facilius esset aditus, totum Pontificium dogma in patriam introducendi.

Indicem libri Liturgici cursim annotabimus, ut pius L. cognoscat tam fraudem Jesuiviticam, propagandis Erroribus Pontificijs accommodatam, quam ipsa dogmata erronea rectè proposita, quibus doctiores ac constantiores Evangelici prædicatores in patria contradicere necessum habuerunt. Continebat is liber ordinantiam, juxta quam Missa Liturgica publicè in Ecclesia fieret.

Index Libri  
Liturgici,

Initium ordinantiæ fuit tale. *Præmittebatur longa preparatio Sacerdotis, Missam celebraturi: Nam recitaret tacitè longas orationes ex his Psalmis 66. 84. 85. 86. 116. 130. quibus prepararet animum suum ad peragendam sacram Missæ actionem, ut hoc modo dispositus, videretur dignus & huic officio ritè conveniens. Postea legeret apud se Antiphonas, Kyrle Eleison, & devotè oraret Pater noster &c. In præfatione Missæ recitaret etiam longas orationes ad Deum, pro acquirenda puritate cordis, directas; deinde tangeret indumenta officij, quæ ordinantia vocabat Paramenta, fortè à singulorum indumentorum ordinata præparatione. Hæc enim indumenta indueret, Amictum, Albam, Cingulum, Stolam brachiatam, stolam absolutam, Tunicam, Dalmaticam, Planetam seu Casulam, & Mitram. Hæc 9. vestimenta non attingeret Sacerdos nisi prius totis manibus in Ecclesiæ conspectu. Dum verò singula indueret, consecraret eadem recitatâ oratione, ut jam sacro usui ritè inservirent. Itaq; hoc modo præparatus Sacerdos, & ornatu officij indutus accederet Altare signo crucis se muniens, & flexis genibus impetraret gratiam Dei, ut officio Missæ dignè præset. Postquam*

Sa-

Sacrificulus jam *reposuisset corporale* (quod hostiam, consecrandam contineret) *in medio Altaris, & super expansum linteum imposuisset calicem, eumq; Linteo cooperuisset, caneret Sacerdos cum Choro, aliquot Psalmos alternatim, antequam recitaret confessionem primò privatam, deinde generalem, toti Ecclesie prælectam.* Tum demum fieret *introitus Missæ cantu Psalmorum & Kyrie Eleison;* Post Collectam & Epistolam caneret Sacerdos cum Ecclesia *Graduale vel psalmi Sequentiam, & post Evangelium caneret Symbolum.* Hæc fuit prima pars Missæ ante concionem ordinata.

Alterâ pars Missæ fieret summâ devotione post absolutam concionem. Tunc *caneret Sacerdos Psalmum cum offertorio, & iuberet ministrum Ecclesia apponere Elementa panis & vini ad sacrum usum destinata. Et in cornu Altaris, ubi Epistola canitur, deberet Sacerdos lavare manus suas; ministro aquam fundente, lavatas autem elevaret in calum, recitatis quibusdam versibus ex Psal. 25, quibus succiceret preces pro communi Ecclesie utilitate: Ecclesiam nominaret Catholicam, in qua oratione adderet Sacerdos hæc verba: Unâ cum omni Magistratu Ecclesiastico & Politico, cujuscunq; dignitatis præcminentia & nominis sint.* (NB. Hic fierent preces pro Papa ejusq; officialibus, qui volunt dici magistratus Eccl.) Præfatio Missæ dabatur varia juxta varietatem Festorum. Finitâ præfatione elevaret *Sacrificulus solennitè conservatam hostiam, addendo subjectas laudes: Et ideo cum Angelis & Archangelis, cum Thronis & Dominationibus, cumq; omni militia caelestis exercitus, Hymnum gloria tua canentis, sine sine dicentes Trisagion.* Sic Chorus caneret Sanctus &c. Notandum est has laudes cum Trisagio  
ita

ita finiri post prefationem in Festis B. Mariæ virginis. *Quapropter per eundem filium tuum Jesum Christum, Dominum nostrum, Majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt potestates cælorumque virtutes, ac Beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant, cum quibus & nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplicii confessione dicentes Trisagion &c.* Continuatur Liturgia sic. Dum Chorus caneret Hymnum (Sanctus) oraret Sacrificulus sequentem orationem.

*Rogamus ô Deus, ut tribuas Elementis oblati, panis & vino hanc potestatem, ut in vero usu sint corpus & sanguis Christi &c.* Postea pergeret addendo solenni recitatione hanc orationem. *Memores igitur & nos Domini, Salutaris hujus mandati, & tam beate Passionis ac mortis, nec non ex mortuis resurrectionis, sed & in cælos ascensionis ejusdem filij tui D. N. I. C. quem immensâ tuâ misericordiâ nobis donasti ac dedisti, ut victima pro peccatis nostris fieres, & unâ sui oblatione in cruce solveret tibi pro nobis pretium redemptionis nostræ, & Justitia tua satisfaceret, impleret Sacrificium profuturum Electis ad finem usque mundi, EUNDEM FILIUM TUUM, ejusdem mortem & oblationem, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, propitiationem, scutum & umbraculum nostrum, contra iram tuam, contra terrorem peccati & mortis, nobis propositum, fide amplectimur, tuâ præclara Majestati, humilibus nostris precibus OFFERIMUS &c.* Ne cuius innotesceret hic agi Sacrificium Papisticum, ita transtulerunt Liturgistæ hanc sententiam in Syeticum sermonem. *SAMWA EN SON/ somma OFFER fatts och annamme wij medh Tronne/ Och medh wåra*

Oblatio Sacrificij Papistice in Liturgia,

värda ödmufla Böner **FXADVARE** för tite ähres  
fulla Majestet.

Preces, Cantiones & benedictiones sub partici-  
patione consecrati panis & vini, & post sumptionem  
eorundem usurpatas, antequam ultima sit addita.  
Benedictio Ecclesie, & Missa Absoluta, hic omitto.

## CAP. XXIII.

*Edictum Regis Svec. Johannis, de decimis Sacerdotum;*

**R**EX Johannes, ut benevolentiam Clericorum sibi  
conciliaret majorem, & citius persuaderet eis  
amplecti Liturgiam in celebrandis Missis, fecit Edi-  
ctum de Decimis, præsertim parte illarum Sacerdo-  
tibus debitâ: quod Edictum sic sonat:

**N**OS Johannes III. D. G. Svec. Goth. Vand. &c. Rex,  
significamus nos intellexisse ex Tabb. Scribarû in  
nostram Cameram redditis, Decimas frumentorû ex  
jure & more in Granaria Eccl. anniversariè inferen-  
das, quotannis ip Regno imminui, præsertim ausu  
militû & quorundam officiariorû Polit. qui sibi lice-  
re autumant, non solum frui privilegio Nobilium, re-  
tinendo duas partes decimarum Coronæ reddendas:  
Sed & tertiâ illarum partem Sacerdotibus debitam  
audacter auferunt; prætendentes sibi datas esse à No-  
bis omnes Decimas, dum obtinent singulari nostrâ  
gratiâ immunitatē tributorum Coronæ numerando-  
rum à prædijs, in quibus habitant. Sub hac immunita-  
te præsumunt iidem retinere, præter meritum & no-  
strâ voluntatē, etiam ipsas Decimas frumentorû. Man-  
damus igitur Nostris provinciarum Gubernatoribus,  
Prætoribus, singulisq; officarijs in Regno, ut nec ipsi  
faciant suis Pastoribus injuriâ, auferendo Decimas il-  
lis ex more & lege numerandas, nec sinant quenquâ

nostrorum subditorum, hujus injuriæ Pastoribus illata reum peragi, ut illis debitum subtraxisse deprehendatur, ne iram Dei, ministerij Eccl. auctoris ac defensoris, provocemus, qui propter hujusmodi raptores, Nos cum toto Regno pænæ promeritæ subiciat, vindicando injuriam servis suis illatam.

Quam ob rem sciant omnes ac singuli, qui hoc Edictum transgredi ausint, neq; Decimas in granarium Eccl. adferendum anniversariè curent, aut quascunq; decimas Pastoribus debitas auferant, quod illi ipsi pœnam capitis sine ulla remissione persolvant. Qui vero annis superioribus nondum reddiderint debitas decimas, resarciant adhuc damnum, dando cuiq; suum, præsertim reddendo Pastoribus restantes decimas. Hoc universi ac singuli Nobiles obedientiâ obligati fidelitèr exequantur. Datum Holmiæ in arce 9. Octob. Anno 1575.

Post annos 8. repetitum est hoc Edictum summâ severitate publicatum 12. Decemb.

#### CAP. XXIV.

*Qui scripserunt & prius approbarunt Liturgiam?*

**A**Nno Domini 1576. Festo Nativ. Christi vocati sunt Holmiam Regijs literis novus Archiepiscopus & M. Erasmus Episcopus Arosi. Illis exhibita est nova Missæ ordinantia, dicta Liturgia, quam superiori Anno conscripserunt hi præcipui Deceptores Regis *M. Petrus Fechten Secretarius Regis, Johannes Herbestus concionator Regina, Laurentius Norvegus, Professor Collegij Holm.* dictus patriotis *Klosters Lasse*: Hi informatione Cardinalis supra nominati, *Stanislai Hoffj*, & seniorum Jesuitarum edocti, Sa-

cxi.

crificium Missaticum & dogma Papisticum in nominata Liturgia rectè promulgabant, ut patet proximo Cap. 22. De hoc scripto ut duo nominati Episcopi ferrent iudicium, iussit seriò mandatum Regis. Cum itaq; perlegissent hoc scriptum, responderunt se non prorsus illud improbare: Tamen non posse illud approbare absq; consensu aliorum in patria Clericorum. Quare rogabant submissè Regem, ut differret hujus scripti approbationem, in proximum conventum Clericorum. Instabant autem aulici, & vehementèr urgebant, ut hi duo Episcopi suum iudicium apponerent, & quod in illo libro culpandum non invenirent, id subscriptione nominum suorum confirmarent. His urgentibus tandem præbuerunt assensum Episcopi, subscribentes nomina sua, additâ tamen clausulâ, *salvo iudicio aliorum*. Hac factâ approbatione, inceperunt aulici Librum Liturgicum typis publicis mandare, *non requisito plurium consensu.*

Inspectio operis publicandi commissa erat Jesu-  
vitis duobus, profitentibus Theologiam in Collegio  
Holm. qui ante paucos annos venerant huc ex Scho-  
la Lovaniensi, unus erat ille *Laurentius Norvegus*,  
nomine Kloster Lasse patriotis notissimus, alter erat  
quidam *Brabantius nomine Florentius*, quibus data  
erat à Rege potestas aperiendi publicam Scholam,  
in veteri Canobio & insula Holm. dicta *Grämunkas  
holm* nunc *Riddarholm* appellata. Hi Jesuvitæ Li-  
turgiam publicabant. Eodem anno circa Mensẽ  
Septembrem, revocatus est Holmiam Archiepiscopus  
Uhsal. cui persuaserunt aulici defendendam esse of-  
ficij auctoritatem, ne admitteret Archiepiscopus



Arch. Laur.  
Gothus addi-  
dit præfatio-  
nem Liturgiæ.

ullum in patria Clericum improbare addictam à seipso Liturgiæ subscriptionem; quin potius *acquiescerent omnes Episcopi & Clerici unius Archiepiscopi, sub spirituali patris voluntate*, in causa Religionis declarata, quam debitam obedientiam confirmaret subscriptione Liturgiæ ipse Episcopus Arosiensis (*Neophytus ceretè*) M. Erasmus, olim Concionator in aula Regis. Sic contemptam illam clausulam, *SALVO JUDICIO ALIORUM*, suscepit Archiepiscopus Liturgiæ defensionem.

Hoc anno non fuit convocatus Clerus patriæ, sed festinarunt Jesuvitæ impressionem Liturgiæ ad finem deducere; excudendo Exemplaria sat multa in 4.<sup>to</sup> impressa; insuper procurando in gratiam & usum seniorum Pastorum, lippitudine laborantium, ut multa Exempla majusculis literis in folio exirent.

Præcipuus Liturgiæ artifex *M. Petrus Secretorius* à Rege emissus in exteras terras, dum usus navi venisset prope *Borckholm* Slandiæ, nave scopulis illis miserè perijt. Excusum opus Liturgicum ornavit *Archiepiscopus Laur. Gothus* suam præfatione, in illa pronuncians *se totius hujus operis auctorem fuisse*.

Prodiit etiã hoc tempore *Holmiæ* excusus libellus *Vincentij Livinensis*, de Catholice fidei antiquitate.

CAP. XXV.

*Judicium Jacobi Rangij Superintendentis Pomer. & plarum Theologorum in Germania, de publicata Liturgia datum, in Archivo Regni hodiè servatum.*

POSTQUÀ cordati Patriotæ, Evangelicæ Religionis studiosè addicti, imprimis *Illust. Princeps Carolus, Dux Suderman.* &c. cognoscerent fucum Papisticum in publicata Liturgia occultatum, communicato consilio cum exteris orthodoxis Theologis, judicium illorum de

de hoc publicato scripto requirebant. Venerunt itaq; ex varijs locis scripta Orthodoxorū Theologorū, Liturgiā uno ore improbantium. Epistola D. D. Jacobi Rungij de hac re An. Chr. 77. 8. Aug. scripta sic sonat.

Quisquis auctor hujus libri extitit, & quo consilio Ecclesiæ obtruditur, certum est ingeniosè & vafre fabricatum esse, ad hunc finem, ut aut Missa Pontificia, quæ Columna est Regni Antichristi, revocetur, aut stabilatur: aut ut Laici, qui tales Missas Papisticas viderunt, arbitrentur Missas Pontificias celebrari. Quæstio est, an ejusmodi spectacula vafre excogitata & comparata fieri queant sine abusu nominis divini & verbi Dei? Resp. Etsi artifex non attingit invocationem sanctorum mortuorum, aut Papæ primatum & Hierarchiam, nec palam probat operum justitiam; attamen propria merita paulatim rursus obtrudit Ecclesiæ, & confirmat opinionem propriæ pietatis ex opere operato sic celebratæ & sumptæ Eucharistiæ. Nec tamen conscientias & mentes docet de gratuita justitia fidei, æternâq; salute per Christum revelata in Evangelio: Sed de propria pietate, inhaerentèq; novitate docet. De discrimine legis & Evangelij prorsus silet. Deniq; hic liber sic est conformatus ut Papistas putè eū non improbaturos esse.

*Adhuc inveniuntur in Archivo R. scripta Theologorum Helmsted. Witteberg. Lipsensium & Francosuri. ad Oderâ. de Missa Liturgica collegialiter data, quæ vel hoc nomine dissuadent usum Liturgia, quia per hanc introduuntur in Ecclesias Evangelicas Ritus Papistici, antea abrogati. quod sine impietate graviq; scandalo fieri non potest. Præmonent etiâ auctores Liturgia querere ex hæc inujs. & receptâ Liturgiâ, occasionem peragendi plura dogmata Papistica & justitiam operum &c.*

*Johanni Regi Succ. Stanislavus Hofius.*

Hof. Tom. 2. *Hortatur ut primo quodq; tempore subjectionem suam Papa Rom. deferat, & aliquos subditos suos Romam ad studia mittat.*

Rationes huc indices rumores adferuntur, de  
 præclaris V. M. institutis, quod paulatim eò re-  
 ditum parat, unde fuit ab annis 40. & amplius in Re-  
 gno M. V. discessum, ad eam, quæ Dei Regnum est,  
 unam, Sanctam, Catholicam, Apostolicam Eccle-  
 siam, quam qui duces & magistras sequitur, erra-  
 re nunquam potest. Quamobrem & præscam Reli-  
 gionis doctrinam restaurandam, & veteres Ritus  
 atq; Ceremonias, quæ fuerunt ante 600 annos, po-  
 stequam Evangelium captum est, in Regno M. V. re-  
 ceptæ, proximis autem superioribus annis inter-  
 missæ, restaurandas curat. Credibile non est quan-  
 tam ex ea lætitiâ Sanctiss. D. N. cum hæc illi re-  
 nunciarentur acceperit, tum & alij omnes, ad quo-  
 rum aures hæc fama pervenit, majore gaudio perfu-  
 si sunt, quam ut id ullis verbis explicari queat. Et  
 oculis & manibus in cælum sublatis Deo gratias egi-  
 mus, quod cum T. M. misericordiam hanc fecerit,  
 ut eam de tenebris, in quibus complures annos ver-  
 sabatur, ad lucem, de morte ad vitam revocare cæ-  
 perit. Nam *quicumq; rectam Scripturarum intelligem-  
 tiam assequi vult, redigat in captivitatem oportet intelle-  
 ctum suum, in obsequium Christi*, Christum cum dico,  
 non caput magis, quam corpus hujus capituli Eccle-  
 siam intelligo: Non suum vel privatum alicujus, ve-  
 rum *Ecclesia Spiritum sequatur*, ne si quid ab eo secus  
 fa-

a. Nota falsam  
 expositionem  
 pro Christo  
 intelligit Ec-  
 clesiam Romæ

factum fuerit, illud audiat, quod à Propheta scri-  
 ptum legimus. Væ prophetis insipientibus, qui se-  
 quuntur Spiritum suum, & nihil vident &c. Quo  
 majore studio M. V. per viscera misericordiae Dei  
 quaeso atq; obtestor, ne sibi sumat hoc, melius ut in-  
 telligere se posse putet, quæ sit scripturæ alicujus in-  
 telligentia, quàm tot Patres ex orbe universo in  
 unum aliquem locum, ad Germanum Scripturarum  
 sensum explicandum congregatos. Quid autem  
 impedit, quominus propius ad rem accedam? Du-  
 bitare M. T. dicitur, de Calicis usu, num sit ad salu-  
 tem necessarius propter illa Scripturæ verba: Bibi-  
 te ex hoc omnes, atq; pridem jam inde à 150 annis  
 tot œcumenicorum conciliorum, quæ Catholicam  
 Ecclesiam repræsentant, auctoritate fuit hæc dubi-  
 tatio sublata. Quorsum igitur attinet illud in du-  
 bium vocare, quod orbis Christiani tanto consen-  
 su (NB, Non requiritur consensus vel mandatum Chri-  
 sti) tot etiam seculorum usu fuit approbatum? Age  
 igitur Sereniss. Rex, impera animo tuo, hanc ut vo-  
 cem ædas aliquando ad Ecclesiæ matris gremium,  
 primo quoq; tempore te confer. A qua, quod hæctenus  
 avulsus fuisti, non aliqua tua magnâ culpâ, sed eo-  
 rum scelere factum est, quibus cum nihil esset pror-  
 sus cum Evangelio Christi commune, ex Evangelio  
 contra Evangelium pugnantibus, tamen suam im-  
 posturam, quod etiam Apostolorum temporibus  
 factum esse scimus, Evangelium vocare, & sub spe-  
 cioso Evangelij Titulo te suam in Nassam pertrahe-  
 re veriti non sunt &c. Non excidat unquam ex ani-  
 mo tuo illa divinitus à S. Patre quædam probata  
 sententia. In Cathedra unita. *h. S. Scripturanon*  
 tis

tis cathedrā te confer, in ea verā Sancti Evangelij luce illustraberis: Extra eam lux nulla, sed plusquam Cymmeriæ tenebræ sunt. Itaq; illud imprimis curandum erit, ut ad unitatis Cathedralam primo quoq; tempore te conferas, in qua posuit Deus doctrinam veritatis. Magna cum animi mei voluptate te libentè in Sanctorum Patrum lectione versari cognovi, & hesternos illos Theologos, qui populo persuaserunt, ut eorum doctrinam cum Evangelio pugnantem, Evangelij loco acciperent, minoris indies facerent. Quæro te, ne graveris legere, quæ scripsit quidam ex antiquis illis patribus, vir insigni doctrina & admirabili quadam vitæ sanctitate præditus, Hieronymus ad Pontificem Damasum. NB. à Sacerdote, inquit, Victimam salutis, à Pastore præsidium ovis flagito, nec alium primum, nisi Christum sequens, tuæ beatitudini, hoc est, cathedræ Petri, confocior. Super hanc Petram ædificatam Ecclesiam esse scio, quicumq; extradomum hanc agnum comederit, prophanus est: Si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. Quibus ille verbis usus est ad sui temporis

*alligat veritatem ad unam aut alterā cathedram: Sed S. Petrus de verbo Evangelij loquens, sic ait 1. Pet. 1. Animas vestras castas reddite in obedientia VERITATIS. Item; 2. Pet. 3. Vos dilecti custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis à PROPRIA firmitate.*

*NB. Card. corruptit verba Hier. quæ sunt Tom. 3. fol. 59.*

*1. Præterit verba quæ taxant Rom. culmenū ambitionem. 2. Expungit communionem cathedræ Petri, quam Ecclesiam Hier. vocat ILLAM petram, & cathedram nominat hic Pop.*

Pontificem Damasum, si uteris  
 ijsdem ad Gregorium XIII. quē  
 Damasi legitimum successo-  
 rem, & suum in terris vicarium  
 (proba) Christus constituit, non  
 dubitanter affirmaverim, quod  
 jam absoluta forent omnia; quæ-  
 cunq; ad gratiam Dei reconci-  
 liandam, & salutem æternam  
 consequendam tibi forent necessaria. Hunc S. D.  
 N. si tu nolueris unum Pastorem agnoscere, ut Ex-  
 emplo Christianorum Regum & Principum omniū,  
 quod etiam antecessores tuos, totis 500. & amplius  
 annis fecisse constat, aliquem huc ex aula tua mit-  
 tas, qui publicè tuam erga sanctam sedem Apostoli-  
 cam observantiam profiteatur, atq; semper obe-  
 dientem illi fore te filium promittat ac spondeat,  
 quam de te nobis magnam expectationem conci-  
 tasti, prorsus ei satisfeceris: Simul & hoc effe-  
 ris, ut non amplius fidiculis ludatur in Regno tuo,  
 sed una fides Romana, Apostolico ore laudata reti-  
 neatur. Ita q; si voles aliquos adolescentes huc  
 mittere, qui bonis literis & moribus expoliantur,  
 & ad veram pietatem informentur, eis etiam sumptu  
 suo libros providebit, quo possint instructiores in  
 antiqua Christiana fide, post absolutum studiorum,  
 suorum cursum, in patriam suam redire. Quam illius  
 tam promptam & alacrem de te, deq; Regnis & popu-  
 lis tibi subjectis benè merendi voluntatem, ut obvijs,  
 quod ajunt, ulnis excipias, tantò diligentius M. T. hor-  
 tor & moneo, quanto magis ea de re te sollicitū esse  
 scio, ut idoneos verbi Dei & officiorum divinatorum

habere ministros queas. Quamobrem rumpe mo-  
 ras, & semotâ quavis cunctatione, mitte Ser. Rex,  
 qui tam amantis tui Pontificis ac Paternam quan-  
 dam in te populosq; tibi subjectos benevolentiam,  
 ostendentis, obedientem te fore filium promittat:  
 ut inter Catholicos Reges & Principes, quos idem  
 facere, & in Svecia quoq; olim fecisse non ignoras,  
 numerari possis, quod etiam testatum Orbi facias  
 universo. Nunc ego supplex divinam imploro mi-  
 sericordiam, ut hanc M. T. mentem inspiret, & ut  
 ille dies, quo factum id videamus, citius nobis illu-  
 cescat, qui non magis nobis, quam ipsis etiam Ange-  
 lis in cœlo majorem esset lætitiâ allaturus, quàm  
 quæ verbis ullis explicari queat. Et ad temporalia  
 tua commoda augenda, & amplificanda, & ad salu-  
 tem sempiternam adipiscendam, nihil tibi fore pos-  
 set accommodatius. Ego quoq; tanto majore  
 cum alacritate M. T. servire, majore eum fructu  
 possem. Quam ad rem promptam M. T. volunta-  
 tatem defero, nihil eorum in me requiri passurus,  
 quæ ad fidelissimum atq; addictissimum, servitorem  
 pertinere videbuntur. Quod superest, opto M. T.  
 diu, benè, feliciterq; valere, cui me, servitutemq;  
 meam iterum atq; iterum commendo. Valete.  
 Datum Romæ VII. Januarij M. D. LXXVI.

## CAP. XXVII.

*Petro Brashe Comit de Wisingburg / Regis Svec.  
 Consiliario Stanislaus Hofsus.*

Hof. Tom. 1.  
 Epist. 239.

*Gratulatur quod non procul absit à Regno Dei, & hortan-  
 tur, ut impleat gaudium ex hac ejus inclina-  
 tione conceptum.*

Ma-

**M**agnam ex ea re voluptatem accepi, quod à Re-  
 gno Dei non procul jam abesse diceris. Nam  
 cum Dei Regnum Ecclesia sit, nec enim alibi regnat  
 Christus, quam in cordibus fidelium, ex quibus unum  
 Christi corpus, quæ est Ecclesia, conficitur, indies ad  
 eam accedere propius renunciaris: Quin & Ser. Re-  
 gi tuo, ut idem faciat author esse velis, qui magno  
 cum applausu piorum omnium, *Patrum doctrinam,*  
*ut sequantur, subjectis sibi populis mandare dicitur, &*  
 ut doctrinas istas varias & peregrinas, quibus factum  
 est, ut fidiculis jam ludatur, nec una fides in Ecclesia  
 Dei retineatur, prorsus abjiciat. Hoc si te factum  
 est authore, magnam in orbe Christiano universo  
 laudem consequeris, & ea præmia feres, olim qua  
 nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor ho-  
 minis ascenderunt: Nullum enim Deo Sacrificium  
 offerri potest gratius, quam cum errantes in viam,  
 veritatis reducantur. Quod ut facere pergas, nec  
 nisi confectâ re conquiescas, te diligenter hortor &  
 moneo, oro etiam & obsecro, quanti salutem ani-  
 mæ tuæ facis. Quorsum enim progressa jam sit ho-  
 minum impietas vides: Nullum enim est Christia-  
 næ doctrinæ caput, quod nunc in disceptationem,  
 non vocetur. Quemadmodum ex <sup>2.</sup> libello, quem  
 ante biennium Ser. Regi misi, <sup>2.</sup> *Vide supra lib. 3.*  
 à Schola Wittemberg. contra. *Cap. 15.*  
 Discipulos, malorum Corvorum ova pessima, con-  
 scriptum & editum, cognoscere potuisti. Verissi-  
 mè dixit ille, quod *fides non est nisi una, extra quam*  
*unam fidem quicquid est, non fides sed perfidia est.*  
 Quamobrem quod hanc unam fidem amplecti ma-  
 lis, & à ludo fidicularum abhorreere caperis, non.

Unica est fides  
 verè salvifica,  
 Eph. 4



2. Papa Romae non gerit vicem Christi.

57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100

possum nisi vehementer laudare, confirmet hoc  
 Deus, quod operatus est in te, tibiq; gratiam suam  
 impartiat, ut ad hanc unam fidem amplectendam,  
 Regem tuum oratione tua magis indies atq; ma-  
 gis inflammes: Sed non video quemadmodum id  
 effici queat, aut quomodo possimus unum ovile vi-  
 dere in quo fides una colatur, nisi Pastor prius, qui  
 Christi vicem in terris gerit, unus agnoscatur, ut  
 fiat illud quod prædixit unus ille Pastor bonus, fiet  
 unum ovile & unus Pastor: Quotquot ab hoc uno  
 Pastore segregati sunt, in quot Sectas dissecti sunt,  
 vides. Quamobrem ut hoc fiat, ut unus Pastor  
 in terris agnoscatur primo quoq; tempore toto pe-  
 ctore, quod ajunt contende & elabora. Quod si  
 perfectum tuâ operâ fuerit, nomen tuum immor-  
 talitati consecrabis, & citra dubitationem ullam  
 sempiternam illam gloriam, qua gaudent spiritus  
 Beatorum in cœlis, consequeris. Hæc ut ad te  
 scriberem fecit meum studium in te, quo tanto sim  
 accensus erga te, simul ut hæc audivi commemo-  
 rari de te, ut me tenere non potuerim, quin hor-  
 tarer te, ut impleres gaudium hoc nostrum. Va-  
 le, Datum Romæ VIII. Januar. M. D. LXXVI.

## CAP. XXIX.

Hof. Tom. 2.  
 Epist. 141.

Stanislaus Hosius Joanni Herbeso Regina Svec.  
 Concionatori.

Laudat studium ejus in Con(per)vertendo Rege Svec. &  
 ut inculcet, quod ubi non sunt veri legitimi Christi Sacer-  
 dotes, ibi non potest consecrari corpus Christi: & ut Catho-  
 licis Ecclesia saltem unam assignandam curet, in  
 qua verbum Dei (Traditiones Pope  
 Rom.) prædicetur.

**S**tadium hoc tuum in Scen. Rege vestro paulatim ad  
 Christianam fidem, & Ceremonias quibus eam profi-  
 teatur, adducendo; Non potest non vehementer probari,  
 & magnam hic apud omnes, praesertim apud S. D. N. ex  
 hac tua tanta cura & sollicitudine laudem es consecutus:  
 Verum quorsum hac? *Quamdiu non agnoscitur unus Pa-*  
*stor & unum ovile, si fierent hac in charitate, esset Regi*  
*merces apud Deum posita. Caterum in divisione, qua*  
*potest esse charitas? qua vinculum esse videtur unitatis,*  
*extra quam esse Ceremonia possunt, sed extra illam salus*  
*esse non potest. Deinde quod ipse Rex agit Pontificem,*  
*& arbitratus suo moderatur Ec-* <sup>a</sup> Calumniatur.  
*clesias. quis est qui probare queat?* Regem: Sed infra  
*Nam & Episcopi vestri non pro* patebit, quid egit  
*bant, qui tantundem in ejusmodi* seductus Rex in  
*rebus constituendis habent juris,* gratiam Romanae  
*quantum Rex. Vellem quod ad* Religionis.  
*Ambrosio dictum est, ea Regi per occasionem inculcaren-*  
*tur.* <sup>b</sup> Noli te gravare Imperator, <sup>b</sup> Ambr. l. 5. Epi-  
*ut putes in ea qua divina sunt, im-* stol. 33. scribit so-  
*periale te jus habere, noli te extolle-* rori Marcellinae  
*re, esto Deo subditus: Scriptum est,* 1. Fuisse volunta-  
*qua Dei, Deo: qua Caesaris, Caesari:* tem Imperatoris  
*Ad Imperatorem Palatia pertinent,* ab Arrianis sedu-  
*ad Sacerdotem Ecclesia. Nisi quod* ti, auferre Am-  
*in Rege tolerabilis est, quam in* brofio Basilicam,  
*Episcopis istis, quos in ejusmodi re-* & quid censuit  
*bus constituendis minus etiam juris* huic Imperatori  
*habere constat. Hoc esset ante* esse responden-  
*omnia Regi persuadendum, ut esse* dum.  
*conaresur filius Ecclesia, non supra* 2. Nullus habet  
*Ecclesiam, quam illi debes obedi-* imperiale jus in

claw, tanquam parenti suæ præstaret. Verum eò calamitatibus jam redacti sunt etiam Reges, ut quamvis oculis suis ipsi videant, auribus audiant, quin & manibus etiam ipsis contrectent, quæ vera, quæ pia, quæ sancta sunt: Christum tamen apertè profiteri non audeant: Cujus eorum conditionum me vehementer miseret. Metuerunt, ne populus insurgat, ne sceptrum ad alium transferat: Ita fit, ut etiam in conscientiam Regis, populus imperium sibi sumat. Itaq; non reperio, aliam viam, quàm salutem animæ illius consultare queat, quam si paulatim eò reducat omnia, unde discessum est. Nihil odiosius est apud nos Papa nomine, malunt eum sequi, quàm dividit inter fratres, quàm eum, cujus operâ fit, ut unitas in Ecclesia conservetur. Sed ego divinitus id factum esse puto, quod venit ad vos Norvegius ille (Rostker Lassé) quem esse virum prudentem & bene doctum, & non vulgari judicio præditum audio, magna præterea pietate (Vide infra proximum Caput 36.) Censerem hunc modum omnibus amplectendum, ut Ecclesiam habere possent, in qua Dei verbum prædicaret. Scis quod ferebat hoc Rex in Polonia, fert Caesar in Germania, fert Francorum Rex in Gallia, ut habeant Lutherani suas Ecclesias, cur non ferat quoq; ipse in Suecia, ut habeant quoq; suas Christiani? Expedi autem ut is qui mittitur ad vos, omnem occasionem fugiat, quàm possint animi omnium offendi. Poterit fidem in cælum usq; tollere, operibus extra fidem factis nihil tribuere, Christum

Ecclesiam, præter solum Deum.

3. Imperatori seducto negat Ambrosius potestatem in Ecclesiam: non inde sequitur Regem verè fidelem privandum esse Ecclesie nutritione, sibi à Deo impositam.

4. Neq; competit Sacerdoti jus, sed ministerium Ecclesie.

En tationē  
Papificam  
tractandi sui  
dogmata!

ftum unicū esse mediatozem afferere. Unicū illud esse Sacrificiū crucis, per quod salvati sumus docere. *Qua cum in genere docuiffes, tum demum eorum quæ docuit sanum intellectum afferre, & plerumque omnibus facere, quod nihil aliud quàm hoc fuit hæc enus in Papatu prædicatum, movebitur procul dubio populus, eā, quæ dicitur esse in homine vita sanctimonia, cum videat longè ab ea discrepare suos Episcopos & Ministros. Cum autem is auditorum animos præparasset, tum verò facilius hac tibi venia concedi possit, ut Romam te conferres, & magno cum gaudio excipereris ab omnibus: Nisi quod sumptu in alendos verbi Dei præcones opus esset. Mibi verò cura futurum est, ut is non desit, dum modo ne quem ex his, qui sunt isthic, dimittatis: verum eorum potius numerum augeatis. Illud autem Ser. Regiam hortaberis, ut ne tantoperè sollicita sit de utroq; specie, atq; ab ea urgenda, Regem deterreat. Quorsum enim utraq; species, si merum panem & merum vinum accipiunt: Si à quibus datur eum ore suo conficiendi Christi corpus, potestatem habeant nullam, prius ad Ecclesia gremium se recipiant, prius & legitimos Dei ministros sacerdotes habere queant, omni studio contendant: Prius ut sit unus Pastor & unum ovile sint solliciti: De reliquis per eum cui Claves Regni Cælorum commissa sunt, suo loco & tempore statui rectè poteris. Qui quamdiu non agnoscitur, frustra de speciebus laboratur. Vale. Datum Romæ VIII. Julij, M. D. LXXVI.*

## CAP. XXIX.

*Justicium Prædicatorum Holm. de publicata Liturgia.*

**P**ostquam Liturgicus liber esset typis excusus, iussi sunt Prædicatores Holm. mandato Regio, hac

haec uti formâ Missæ in publico Ministerio Eccles.  
Quod cum recusarent facere, jussi sunt rationes suæ  
tergiversationis, scripto comprehendere, idq; hoc  
modo fecerunt.

” PRIMò gratias agimus Deo, qui nobis Evangelium  
” revelavit, quod jam didicimus, quod in nostris Ec-  
” clesijs prædicamus, cujus exercitium debitis Cere-  
” monijs, simul cum S. Cænæ administratione in pa-  
” tria piè viget. Quoniam vero nullus Christianus  
” possit jure improbare Ceremonias in nostra refor-  
” mata Ecclesia receptas, & in distributione S. Cænæ  
” usitatas, non erit causa, cur illis abrogatis, has no-  
” vas Liturgicas acceptemus, præsertim cum verbum  
” Dei seriò prohibeat offendendum esse proximum,  
” scandaloso facto, quod certè fieret, si talem fieri  
” mutationem in nostris Ecclesijs admitteremus. Ad-  
” huc approbata est veritas Evangelicæ Religionis,  
” cum receptis ritibus constanter servanda in Eccle-  
” sijs nostris, dum agitabatur quæstio de Germanico  
” Interim in conventibus Ubfaliæ celebratis Anno  
” 44. & 49. Tunc concluderunt unanimi consensu  
” majores; præ se suisq; posteris in patria futuris, nul-  
” lo tempore violandum esse cultum Religionis Evan-  
” gelicæ, sive in doctrina, sive in Ceremonijs Eccl.  
” Hanc definitam sententiam ut retineamus, pietas  
” & reverentia majoribus debita, nos sedulò monent.  
” Si quis inferat, de solis Ceremonijs rem agi, & in  
” nova ordinantia Liturgiæ, nihil præter religiosas  
” quasdam Ceremonias, ad nostras usitatas esse ad-  
” ditum: Consideraret pius L. formam S. Cænæ esse muta-  
” tam, ut ex instituta à Christo Cænâ Christianis porrigen-  
” da, fiat Sacrificium Deo Patri offerendum, Itaq; receptâ

Liturgia mu-  
tabat i. for-  
mam S. Cænæ

haec

hac Liturgiâ erit recipienda integra doctrina Pontificiorum, quos scimus multa docere Evangelio Christoq; contraria: Quare seriò prohibitum legimus, ne ducamus jugum cum infidelibus: Nec dicamus Ave Pseudoprophetis, tantum abest ut fiat cum istis collusio Religionis. Continet etiam Liturgia dogmata falsa, quæ salvâ conscientiam nunquam approbare possumus. Nam in Liturgia est ipse Canon Missæ Papistica, qui transformat Cænam Dominicam in Sacrificium Missaticum, ut commemoratio mortis Christi, ejusq; meriti, non fiat juxta institutionem Christi, per oralem participationem Corporis & Sangvinis ejus cum institutis Elementis Pane & Vino, ad sacrum hunc usum destinatis; Sed per iteratam oblationem ipsius Christi, nullibi præceptam.

Inducitur etiam falsò personatus sacrificulus, tanquam Pontifex Vet. Test. qui peculiari habitu indutus, typum Christi, seipsum in ara crucis offerentis, gerat, & propitiatorium sacrificium, quasi semel à Christo insufficienter factum, jam sapius contra voluntatem ipsius, & formam N. T. quod habet Corpus non umbram repetat. Continet equidem Liturgia verba Papistica, quæ ipsorû Pseudodoctorum perversam fidem inculcant. Hanc doctrinam cum tota Idolomania Romana, damnavit nostra Ecclesia sub primâ reformatione, dum Evangelij doctrina fuerat à patriotis approbata & observata; neq; decet ut ullam hujus Idolomanie notam servemus, nedum servatam revocemus; Siquidem verba beatorum, ait Hieronymus, sunt cunctis, quibus veritas subvertitur. Hoc intellexit Ecclesia Orientis,

26  
Officium ministri Eccl.

30  
Doctrinam Evangelicam in patria approbatam.

Hieron;

3) dum Episcopi & doctiores vellent uti phrasibus Ar-  
 4) rianis, ad illam hæresin, tota illa Ecclesia mox de via  
 5) veritatis declinavit. Unde exclamat Hier. cont. Lu-  
 6) cif. *Ingemuit Oriens & se factum esse Arrianum intra-*  
 Basilius, *sus est.* De Dionysio Alex. conqueritur Basilius,  
 7) quod *is dederit in libris suis, per novam Phrasologiam,*  
 8) *Sevinnaria impletatū.* Videmus adhuc Liturgiam tri-  
 9) buere pietati ac precibus Sacrificuli vim conficien-  
 4) di S. Eucharistiam. Sic enim sonat precatio con-  
 Derogando *efficaciam in-*  
 10) *stitutioni*  
 Christi, *secræ. Rogamus ô Deus, ut tribuas*  
 11) *Elementis oblati, Pani & Vino hanc potestatem, ut in-*  
 12) *vero usu sint Corpus & Sanguis Christi.* Idem scribunt  
 13) Colonienfes in suo Antitagmate, quod institutio so-  
 14) la Christi non faciat panem & vinum in S. Cæna,  
 15) Corpus & Sanguinem Christi: Sed *hoc agunt verba*  
 5) *Canonis in Missa recitata.* Jubet Liturgia ut mini-  
 Rogando pro *ster sacrificans oret pro omni Magistratu, Ecclesiasti-*  
 16) *co & Politico,* sicut Canon Missæ precatur pro Papa,  
 17) Rom. & Prælati ejus Ecclesiæ. Quandoquidem Ti-  
 18) tulus Magistratus Eccl. notat fieri deprecationes in  
 19) Liturgia pro Papa Rom. qui hunc Titulum sibi ar-  
 20) rogat, quem scimus esse Antichristum, est hæc pre-  
 6) *catio in nostra Ecclesia planè damnabilis. Nec fe-*  
 Tradendo ve- *rendus est is Error, quo traditur in habitu Sacerdotali*  
 21) *sanctitatem habere,* ut hæc ocularis & visibilis san-  
 22) ctitas placeat Deo per sese, & Sacerdos in hoc habi-  
 23) tu pugnet cum omnibus spiritualibus hostibus,  
 24) ejusq; ostensivæ sanctitatis beneficio, superet omnes  
 25) tentationes. Insuper introducit Liturgia horas Ca-  
 26) nonicas, imponit jejunia &c. & quidem præscribit  
 27) omnes has traditiones humanas, tanquam manda-  
 28) to Dei ab omnibus salvandis esse servandas; cum

tamen *in tota S. Scriptura N. T.*, ait August. Epist. 86. *Nullum inveniatu-  
 ad Casul. mandatum, de servandis  
 certis jejunijs & diebus precationum.* Hæc aliâq; plu-  
 ra ex Liturgia promanantia falsa dogmata, nun-  
 quam approbare cogitamus. Si quis inferat, nos  
 resistere mandato legitimi Magistratus; Protesta-  
 mur *nos rectè venerari Regem nostrum sua præcipien-  
 tem*, videlicet, quæ pertinent ad pacem veræ Eccle-  
 siæ, bonâq; politiæ conservationem. Quoniam,  
 verò Liturgia perturbat & dissipat veram Ecclesiam,  
 Deiq; iram provocat approbatione falsorum dogma-  
 tum: rogamus Deum, ut Regis nostri animum im-  
 mutet, ne hoc Missale velit in toto Regno promul-  
 gandum. Speramus S. R. M. velle huic nostræ Apo-  
 logiæ, verisq; argumentis clementer acquiescere.  
 Subscripsimus

Augustin;

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Olaus Medelpad. Abrahamus A. Petrus } Sacellani  
 Pastor Holm. Rector Sch. Holm, Ericus } Holmenfes.

## CAP. XXX.

*Obligaciones illorum, qui tempore Liturg. ad functio-  
 nem Eccl. essent promovendi.*

**N**Ovo artificio sunt usi Jesuvitæ cum aulicis Re-  
 gis Svec. Johannis III. ad promovendam cau-  
 sam Liturgicam opportuno. Suaferunt Regi con-  
 cedendam esse nemini Clerico functionem Eccl.  
 qui non daret specialem obligationem, ut vellet  
 hanc servare Missam Liturgicam. Imò neq; consti-  
 tuendum Rectorem Scholæ particularis voluerunt,  
 nisi promitteret scriptâ obligatione se fontes Theo-  
 logiæ juxta sensum & interpretationem Antiquita-



Præsumitur  
specialem ob-  
ligationem  
corrigere ve-  
rum usum of-  
ficij.

tis ab Ecclesia Catholica (Romana) receptæ explicaturum, simulq; auditores suos ad sobrietatem, jejunia, eleemosynas, & amorem castitatis ac precum Canonicarum adducturum: Item promitteret se illa Festa servaturum, quæ ab Ecclesiæ antistitibus, cum S. R. M. consensu sunt recepta aut recipienda. Hæc & plura in eundem sensum continent obligationes duæ in Archivo servatæ; Una est *Christiani Michoëli Agricolæ*, dum factus erat Rector Scholæ Aboënsis in Finlandia An. Chr. 78. die 9. Aug. Altera est *Lauventij Lællij constituti Rectoris & inspectoris Scholæ Holmæ*, An. Chr. 91. 29. Novemb. Adhuc sunt in Archivo quædam obligationes præcipuorum Clericorum, qui Liturgiæ publicatæ primò contradixerunt, postea persuasi sunt scribere obligationem, ut agnoscerent Archiepiscopum (Liturgistam) suum superiorem, neq; alijs volentibus Liturgiam recipere, id dissuaderent: Sed contenti suo loco, propria munia officij facerent. Talis obligatio legitur scripta à *M. Abrahamo A. A.* quando constitutus erat Pastor in *Dregrund* Anno Chr. 76. 17. Decemb. Talem scripsit obligationem *M. Olaus Petri* Pastor Holm. dum promovebatur ad Archiepiscopaturam Ubsal. An. Chr. 76. 18. Decemb. Item; *M. Joachimus Olai* ad eandem formam composuit suam obligationem, factus Pastor Ubsal. Anno Chr. 77. 13. Jan. Etiam *M. Petrus Jona* Helsingus, postquam liberatus à carcere, ad suam administrandam Ubsaliæ professionem dimissus erat, consimili obligationi subscripsit An. Chr. 77. 28. Mart. Hic modò promovendi Liturgiam, extorquendo obligationes Clericorum, qui alicui functioni Eccl. præficerentur, hoc tempore servatus est.

## CAP. XXXI.

*Programma Archiepiscopi Ubsal. L. Gothi, jubens studiosos Acad. Ubsal. attendere prælectioni ex antiquis Patribus desumpta.*

**L** *Auventius P. Gothus divina providentiâ Archiepiscopus Ubsal. Presbyteris & Diaconis Ubsalensibus, & Tb. Studiosis, in Christo Domino nostro salutem.*

**T**ertullianus, inter Ecclesiæ scriptores, quorum monumenta ad nos pervenerunt, ferè primus, veterem de Trinitate sententiam acceptam ab Apostolis recitans, & adversus Praxeam, Patris & Filij personam confundentem, eruditissimè defendens, hanc præscriptionem & Regulam, adversus omnes hæreses tenendam gravissimè monet, *id esse verum quodcumq; primum est: Adulterinum verò quodcumq; posterius.* Primum autem & antiquissimum vocat, quod Apostoli ab initio Evangelij certò tradiderunt, sicut ipse sese interpretatur: Novum verò seu posterius, quod ab eo dissentit. Apostolorum enim doctrina, & singulari benignitate Dei literis mandata, & per sanctos Ecclesiæ Patres posteritati conservata, nobisq; ut pretiosissimum depositum commendata, aliorum omnium scriptorum norma indubitanter statuitur sacrosancta & inviolabilis habenda. Ad eam omnia exigenda sunt dogmata. Nobis nihil ex nostro arbitrio indulgere licet. Apostolos Domini, habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: Sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignaverunt. Itaq; etiamsi Angelus de cœlis, aliter Evangelizaret, anathema diceretur à nobis. Hæc & gravitèr & piè admodum Tertullianus.

Tertullianus

Ddd 3

Quia

Quia vero in lectione scriptorum Apostolico-  
rum, ut & totius Scripturæ sacræ, non omnia sem-  
per omnibus sunt obvia, de multis enim sæpè ambi-  
gitur, interdum & cum hæreticis res est, qui diver-  
sum Scripturæ dictis sensum afferunt; consulenda  
itaq; imprimis est pia Antiquitas, testis veræ senten-  
tiæ: evolvendæ lucubrationes Sanctorum patrum,  
quærendus totius Ecclesiæ sensus & consensus: Ideo  
& Paulus jubet non contemni Prophetias, sed pro-  
bari Spiritus. Et Petrus inquit Prophetiam Scri-  
pturam non esse privatæ interpretationis. Non  
enim voluntate hominis allatam esse olim Prophe-  
tiam, sed à Spiritu S. impulsos locutos esse Sanctos  
Dei homines. Privata autem interpretatio est, quan-  
do quisq; suum sequitur Spiritum in Scripturarum,  
& doctrinarum explicatione, non sensum Ecclesiæ.

Hieróni

*Non putemus, inquit Hieronymus, in verbâ Scriptura-  
rum esse Evangelium, sed in sensu: Non in superficie,  
sed in medulla; Non in sermonum folijs, sed in radi-  
ce rationis. Non satis est igitur citare Scripturas,  
sed Scripturæ intellectus ab orthodoxis quærendus  
est. Id quod & ipsos Sanctos Patres omnibus tempo-  
ribus fecisse legimus. Allegat auctoritatem supe-  
riorum. Irenæus contra Florinum. Idem facit  
& Origenes, cum testatur Ecclesias accepisse Tradi-  
tiones ab Apostolis, ut baptizentur infantes. Idem  
consilium & Augustinus adversus Julianum sequi-  
tur, ab Ecclesia, inquires, docti credimus quod ex  
Adam trahimus originale peccatum, quod per la-  
vacrum regenerationis, non solum in majoribus,  
verum etiam in parvulis solvitur. Quam doctrinam  
et si Scripturæ testimonijs, confirmatam sat sciret*

Augu-

Augustinus, cum tamen Julianus ea secus interpretaretur, nec dubitaret sententiam eam sequentibus Manichæorum errorem impingere, necesse erat Augustino perpetuam Ecclesiæ sententiam afferre. Ostendit igitur quid ea de re ante eos senserint Irenæus, Cyprianus, Rheticius, Olympius, Hilarius, Ambrosius, Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, Basilius, Chrysostomus &c. Athanasius quoq; laudatissimus Dei Episcopus, ubi vidit nos primitivæ Ecclesiæ testimonijs juvari, præfractis hæreticis ita respondendum esse censuit. *Ista vestra non sunt Catholica Ecclesia, nec Patres ita senserunt.* Rectè hi omnes & alij complures allegant id quod primum est, cum auctoritate Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Christi, ac ostendunt *primas partes de ferendas Sacra Scriptura*: patribus autem tantum tribuendum, quantum Scripturis & firmis rationibus probare possint. Invenimus enim & magnorum virorum sententias interdum rejectas & repudiatas Ecclesiæ iudicio, quales pleræq; sunt Origenis, qualis & illa de Monogamia Tertulliani, qualis & de rebaptizandis hæreticis Cypriani, qualis & de communicandis infantibus, est Augustini. Quamvis non defuerint sanctis illis viris Scripturæ dicta, quibus tutò niti posse, ipsis quidem videbatur. Utrunq; igitur considerandum est, & quibus S. Scripturæ dictis, & quomodo ijs scriptores utantur, ut id teneamus quod ubiq;, quod semper, quod ab omnibus piis & orthodoxis creditum est in Ecclesia. Sunt qui mutilata dicta Scripturæ suis opinionibus audacter satis ac impudenter accommodant. Sunt etiam qui sententias integras & locos malè in aliena lingua

gva intellectos decerpunt, suoq; proposito impro-  
 priè astruunt. Sunt præterea, qui aliorum citata,  
 intactis fontibus, velut scaturigines inconsideratè  
 sequuntur. Nec desunt qui sui seculi scriptores,  
 suosq; præceptores tantummodo admirantur & su-  
 spiciunt, omisâ antiquitate, ac ceu infecti temporis  
 correpti contagio, concepta mordicus retinent.  
 Hæ sunt profectò causæ tot opinionum subinde hoc  
 nostro infelici seculo emergentium, ex quibus di-  
 versæ oriuntur Sectæ, puritati doctrinæ ac Religio-  
 nis veræ plurimum nocituræ. Quapropter ad vi-  
 tandas corruptelas quascunq;, inter tanta Theolo-  
 gorum apud externos dissidia, imprimis *assidua Sacra-  
 rum literarum lectio ac fidelis, juxta genuinam eorundem  
 interpretationem, explicatio* discipulis necessaria est.  
 Deinde, ut purior antiquitas in testimonium addu-  
 catur, scripta Patrum vetustissima ac selectissima fi-  
 militer evolvenda sunt, ne alienas & sapienti anti-  
 quitati ignotas affingere sacris literis videamus in-  
 terpretationes.

Statuimus igitur, de propensa etiam volunta-  
 te Ser. Regis, D. N. Clementis. qui hanc nostram  
 Scholam propter S. Th. studium peculiariter nutrit  
 ac fovet, ut singulis diebus una hora scriptorum an-  
 tiquorum lectioni in Lectorio publico tribuatur,  
 in qua patrum scripta legendi ratio junioribus mon-  
 stretur, ut eorum sententias, selectiora dicta, & uni-  
 versam doctrinam hac occasione maturè cogno-  
 scant, & in ipso studiorum suorum cursu adolescen-  
 tes bonarum artium, lingvarum & S. Th. Studiosi,  
 ad scriptorum vetustissimorum & Ecclesiasticarum  
 Historiarum lectionem assueant. Huic autem  
 exer-

exercitio vel ipsemet dum vacat, prætereo, vel officialem seu suffraganeum præficiam. Vos itaq; quicundq; sacris initiati ordinibus, ut S. S. in Ecclesia Dei ministerio addicti estis, adhortor & pro auctoritate Episcopali jubeo, ut id ipsum, veræ Religionis amore affectantes hoc Theologicum exercitium ad conservandam & propagandam Religionem (*NB: quam intendit*) institutum, ametis atq; colatis: Et oblatam occasionem amplectentes, cognoscendæ antiquitati studeatis, Apostolici præcepti memores, Prophetias nolite spernere, omnia autem probate, quod bonum est tenete. Datum Ubsalia 1. Februar. Anno Chr. 1576.

## CAP. XXXII.

*Acta Ecclesiastica Holmiæ tractata An. 1577.*

**P**ostquam Archiepiscopus L. Gothus celebrasset Ubsaliæ Missam matutinam formâ Liturgicâ die Nat. Christi, An. 76. habuit Concionem piam & eruditam Feria 2. Nativitatis Professor Th. M. Petrus Jonæ, de persecutione piorum Doctorum. Feria 4. concionatus est M. Olaus Medelp. de crudelitate Tyrannorum, Ecclesiam Christi dissipantium. His concionibus licet pijslimis, irritatus Archiepiscopus, stimulos conscientiaë sensit: Quare eodem die post preces vespertinas vocavit prædictos Magistros in Sacrarium, quibus propter has conciones Ecclesiastico munere interdixit. Feria 6. quæ erat Dominica habuit Archiepiscopus concionem satis vehementem, quâ præsumebat se purgare à suspitione hæreseos, & graviter invehebatur in illos Magistros, quos antea officio privaverat. Die Epiphaniæ vocati sunt Holmiâ Regijs literis *M. Petrus Jonæ S. M. Olaus Luth*  
Ecc
Pro.

Professores Ubsal. ille propter habitam concionem; hic quod visus esset innovationem Archiepiscopi improbare. Venerunt itaq; Holmiam die 10. Jan. An. 1577. die sequenti disputabant cum illis monachi, Laurentius Norvegius & collega ejus Florentius de authoritate S. Scripturæ, ejusq; interpretatione. Cumq; absolvi non posset disputatio unicâ sessione, convenerunt altero die, de authoritate patrum, & Liturgia disputaturi. Die 14. Jan. convocavit Professores jussu Regis, Nobilis Andreas *Keth* Scotorum Equitum Magister, in ædes Illustris. Comitis Petri, ibi adfuerunt dicti Monachi cum Secretarijs Regis, multisq; Presbyteris ac doctis viris. Monachi pro Missâ ad summum laborantes, in ea Sacrificium offerri Deo Patri, ex institutione & consensu totius Ecclesiæ obtinere voluerunt; & quia probationem suæ opinionis ex S. Scriptura adferant nullam, idcirco ad auctoritatem doctorum Eccl. recurrebant: Sed allatis multis testimonijs Antiquorum, Patrum, plus obtinere non potuerunt, quam S. Cænam vocari Sacrificium laudis.

Disputatio  
Papistarum  
cum Evange-  
licis Svec.

Hac Disputatione motus *M. Solomon Birgeri*, Pastor Holm. nuper factus, qui cum alijs Clericis auditor aderat, relicta Liturgiâ, quam sub inauguratione Pastoratus, sua subscriptione comprobaverat, ad partes Theologorum Ubsaliensium transivit, & amisso Pastoratu, ivit jussu Regis in carcerem. Postea tractabant aulici causam Liturgicam cum Clericis præsentibus, præsertim hi unâ cum Secretarijs emissarij Andreas Sigfridi, Laurentius Jesperi, & Monetarium Scriba Henricus Matthiæ, urgentes Liturgiam esse subscriptione Clericorum confirmandam,

ne

ne frustra videretur publicata, eamq; subscriptionem partim extorquere conabantur, ab illis qui indignationem Regis effugere cupiebant, partim obtinere persuasionibus volebant, propositâ doctioribus Clericis singulari clementiâ Regis, unâ cum auctione salarij ac honorifici stipendij. Rogabant autem præsentés Clerici sibi spatium deliberandi concedi, quò sententiam suam scripto comprehenderent. Idq; factum est, & scriptum Orthodoxorum oblatum est Regi per Secretarium Ericum Matthiæ die 27. Jan. die sequenti egerunt hanc causam jussu Regis in adibus Secretarij, Illustr. Comes Petrus, & Nobilis Andreas *Rettz*, cum convocatis Clericis Ubsal. & Holmensibus: Sed nihil effecerunt. *Dies 8. Februar. Comitij Holmiæ frequentandû dicatus erat.* Ita q; die 9. ejusdem, quo Clerus Regni adventare cæpit, abducti sunt orthodoxi Theologi, Liturgiam improbantes, *M. Olaus Medelp. M. Abraham & M. Salomon* in Regiam villam *Håringen* venerunt: *M. Petrus Jona & M. Olaus Luth* in arcem Nigrinsularem transmissi sunt.

Carcerem intrant Professores Evangelicæ

Die II. Febr. egit Rex Johannes cum convocatis ordinibus Regni, in præsentia illustr. Principis Sigismundi Svecorum Regis Electi; etiam aliquot Senatores Regni in publico Throno visi sunt Regi astare. Rex sermonem exorsus est à captatione benevolentiæ ad Ordines Regni directâ, agendo illis gratias quod debitam obedientiam maturâ præsentiam declarassent. Deinde dicebat se sedulam egisse curam conciliandi patriotis pacem & tranquillitatem cum omnibus vicinis excolendam. Nam firmam amicitiam habuit cum Rege Dan. &

Oratio Regis Joh. ad ordines Regni.



maritimis Civitatibus, etiam cum Rege Poloniae suo affine: Inde concludebat non esse pertimescendum unicum illum vicinum Muschovitam, quem illius hostes Turca & Tartari sat negocij facessant.

Adversantur  
Clerici Evan-  
gelici,

His praemissis addidit Rex, se non tantum affici curam externam ac politicam gubernationis, sed ut omnia in Ecclesijs rite & decenter peragantur, sedulo anniti. Sic graviter perstrinxit sacerdotes negligentes, incontinentes, impuros, incomptos, incompotitos, quorum copiam in nostris Ecclesijs videri dicebat. Excepit tamen nonnullos probos, sed valde paucos. Etiam conquerebatur Rex multos illorum irreverenter tractare Sacra; accedunt ministerium Eccl. illotis manibus, lutosis ocreis & calcaribus. Quidam hanc importunitatem addunt, ut Ligneis poculis, iisdemque valde sordidis, celebrent Sacramentum, cum magna Missae prophanatione; Interim domi suae argenteis scyphis se ingurgitant. His causis se fuisse coactum Rex affirmabat, etiam petitionibus subditorum commotum, ut formam & ordinantiam praescriberet Pastoribus, quomodo S. Sanctum & tremendum Mysterium Eucharistiae reverenter tractent, ut auditores suos ad summam devotionem ac pietatem; Sacrae Missae declarandam, prolectent.

His explicatis interrogabat Rex in genere Ordines Regni, *Annon vellent hanc renovatam Ordinantiam & publicatam Liturgiam acceptare?* Aliqui de Religione minus solliciti, hoc inconsiderate affirmabant: Aberant etiam doctissimi & constantissimi  
mi

mi confessores prius nominati, Orthodoxian propugnantes, quorum carceres terrebant alios, partim indoctos, partim timidos, ne seriae voluntati Regis se opponerent.

Die sequenti convocati sunt Episcopi & praesentes Clerici, ut suam singuli sententiam de Liturgia darent. Jussit autem Rex, ut illi qui cum Archiepiscopo probarent Liturgiam, separarent se à reliquis, & Regi à dextris astarent. Qui vero illam ordinantiam negarent, à sinistris permanerent. Tunc vulgus Clericorum accessit Archiepiscopum. Sed ex oppositâ parte stetit *Episcopus Lincopensis, M. Martinus* cum paucis alijs. Tunc Rex proposuit quasdam causas persuasorias, ut omnes amplecterentur Liturgiam, addidit Archiepiscopus suas: nec defuit Lector Monasterij *Kloster-esse* officio persuadendi. Rationes illae fuerunt tales.

Rationes ap-  
probantes Li-  
turgiam.

1. Hac Liturgia non pugnat cum verbo Dei, juxta eam interpretationem, quam ipse Rex dederat. 2. Hac convenit cum veteris Catholicae Ecclesiae consuetudine. 3. Praebet occasionem excitandi pietatem, tum in ministerio Ecclesiastico Missam Celebraturo: tum in auditoribus, usum Missae expectantibus, ut omnem reverentiam huic mysterio praebeant. 4. Archiepiscopus tanquam caput conservandae Religionis in patria, cui reliqui Episcopi & Clerici obedientiam debent, conscripsit & approbavit hanc ordinantiam. 5. Episcopi reliqui ferè omnes in patria, scilicet Scarensis, Arosiensis & Wexionensis hanc renovatam Missam non tantum approbaverunt: Sed in plerisque locis suarum Diacesan, eandem ad usum deduxerint.

„ 6. Senatus Regni, omnesq; Ordines eandem sine,  
 „ contradictione recipere cogitant. 7. Plurima in  
 „ hac Liturgia comprehensa carent disputatione, & à  
 „ præcipuis Theologis Regni una cum Episcopis sunt  
 „ approbata, eorumq; sigillis ac subscriptionibus cor-  
 „ roborata. 8. Rustici ac Cives conqueruntur in  
 „ suis supplicibus libellis, (quos fecit Rex tunc recita-  
 „ ri) de suorum Pastorum obscænitæte, circa officium  
 „ Eccl. & res sacras tractandas, humilimè rogantes,  
 „ ut Rex formam regendorum morum, officijq; admi-  
 „ nistrandi, Clericis præscribat. 9. Rustici affirmant  
 „ nisi Pastores illorum acceptent Liturgiam, quod  
 „ velint his negare decimas, & quas alias oblationes,  
 „ ex lege & more debeant suis Pastoribus. 10. Rex  
 „ aiebat se ore & manu defensurum Liturgiam:  
 „ 11. Contrarium sentientes & Liturgiam impro-  
 „ bantes arguebat Rex seditionis, publiciq; tumultus:  
 „ Itaq; scirent se habituros Regem omnesq; Senatores  
 „ ac Nobiles Regni, ejusmodi seditionis vindices.

His allatis, cognovit Episcopus Linc. cum paucis  
 qui à sinistra parte stabant, quod hæc causa Religionis  
 non tractaretur rationibus ex verbo Dei desumptis:  
 sed minis ac armis ex Regis potentiâ allatis; itaq; re-  
 nunciarunt omnes illi suis officijs ac beneficijs Eccl.  
 Tunc inferebant quidam astantes Regi; Hos velle  
 excitare seditionem in patria; quod illi constanter  
 negabant. Est autem conclusum, ut Episcopus Lin-  
 copensis disputaret publicè de Liturgia, cum Archie-  
 piscopo, quod post paucos dies in præsentia Regis ac  
 Senatorum executioni datum est.

## CAP. XXXIII.

*Disputatio M. Martini Episcopi Lincop. cum Archiepiscopo de Liturgia.*

**R**EX Svec. Joh. III. produxit in publicum duos Episcopos de innovata ordinantia Missæ, seu Liturgia disputaturos. *Archiepiscopus* interrogabat Lincopensem, an Liturgiam totam, aut partem ejus improbaret? Respondit *Lincopensis*. Hæc sunt præcipua Capita, quæ Evangelio adversantur, propter quæ homines Evangelici non possunt salvâ Religione & conscientiam Liturgiam approbare.

1. *Fabet Liturgia Sacerdotem in Missa ministrantem legere certos Psalmos, quasi ex opere lectionis reddat se dignum hoc ministerio; tamen Evangelium non admittit ut quicumque fidelium ex ullo suo opere dignus habeatur qui Sacra tractet, nedum ut suo opere aut officio aliquid à Deo promereatur. Quod si dicatur tot & tales Psalmos ac hymnos præscriptos esse Sacerdoti, propter decorum ac servandum ordinem recitandos; quaritur meritò, cur hi & non alij Psalmi, cur illa & non alia, sive plures sive pauciores preces recitentur, & non potius una presatio cum devotione, aut Oratio Dominica Jussu Christi huic preparationi inserviat?*

Rationes improbantur Liturgiam,

2. *Præscribuntur preces Sacerdoti ad sumptionem singularum paramentorum pronuntianda, quasi Sacerdos neq; possit in Ecclesia ministrare nisi hiis vestibus ornatur, neq; debeat illas induere, nisi consecratas. Evangelium autem damnat Traditiones humanas ad cultum institutas, estq; superstitio damnabilis tribuere vestibus seu ullis Dei creaturis per sese salutarem efficaciam, propter quam, Ritu singulari consecrentur.*

3. *Vox*

3. *Vox offerendi in Liturgia usurpata offendit in hac Missa fieri collusionem cum Papistis. Nam hi offerunt Deopreces aliāq; opera meritoria, quorum beneficio volunt à Deo, non tantum juvari in necessitatibus: sed salutem sempiternam ex merito condigni obtinere. Hic cepit Archiepiscopus, monens vocem offerendi in S. Scriptura & piorum Patrum scriptis usurpari; dum jubemur offerre Deo Sacrificium laborum & cultum rationalem. Monstrabat Lincopensis hanc oblationem allegoricam non describi in S. Scriptura ullis Ceremonijs, quales addunt Pontificij suis operibus Deo offerendis: Quare Pontificij non habent in S. Scriptura fundamentum suarum oblationum; Sed in Decretis Pape Roman.*

4. *Manifestissimus abusus Eucharistia, & introductio Sacrificij Papistici cognoscitur aperte in Liturgia, dum vult à Sacerdote talem recitandam esse ad Deum Patrem Orationem; Memores igitur & nos Domine &c. eundem filium tuum, ejusq; mortem & oblationem, hostiam puram &c. OFFERIMUS. Offerre Deo Patri hostiam pro peccatis totius mundi facturiam, est opus solius Christi mediatoris, non vero est opus nostrum: Sufficit quippe UNICA OBLATIO Christi in arâ crucis facta.*

5. *Oratio à Sacerdote recitanda ante verba institutionum, (ut prelegit Liturgia) derogat verbis institutionis suam efficaciam, quasi elementa usui S. Cana destinata, sc. Panis & Vinum, non possint huic usui inservire, vel preparari ad sacram distributionem, per ipsam Christi institutionem jam recitatam, nisi addatur in officio Liturgico oratio Sacerdotis, qua precatur Deum sanctificare spiritus S. virtute, proposita & sacro usui destinata, Panem & Vinum, ut in vero usu sint Corpus & Sanguis Christi.*

Christi &c. jam certum est nullius hominũ, ne summi Pontificiũ Rom. orationem vel voluntatem posse efficere, ut Panũ & Vinum sint Corpus & Sanguis Christi, imò nec aliquis Christianus præsumeret hoc futurum, nisi Christus ipse hoc dixisset: Ergò inutile est illa Sacerdotũ oratio, imò planè impia, quã tribuitur hujus recitationi vñ conficiendi S. Canam. Interrogavit autem Lincopensis Archiepiscopus, utrum post lectam banc Orationem dicatur hac Cena Sacramentum, aut postquam recitantur verba institutionis Christi? Hærebat hic responsio, & abrupit Rex disputationem, explicando pietatem, & devotionem singularum precum & actionum, Sacerdotis in Liturgia præscriptarum. Jussi autem sunt omnes sequenti die comparere. Tunc congregati Clerici in publico arcis Holm. loco, omnes ad Archiepiscopum transivere, relicto solo Episcopo Lincopensi à sinistris. Prodierunt etiam plures oppositantes, quibus responderet unicus Lincopensis, videlicet, Episcopus Arosiensis M. Erasmus, & Laurent. Norvegicus (Kloster-Lasse) qui cum Archiepiscopo mutuã operã fecerunt negocium Episcopo Lincop. tota die usq; ad vesperam.

Ad extremum dabatur conclusio unica, ut omnes acquiescerent Declarationi Regiã, quam à vero non prorsus alienam fuisse omnes agnoscerent. Et iustus est publicè Archiepiscopus, conscribere ratem Declarationis Liturgiã, qua liberaretur ipsa à suspitione Sacrificij Papistici, quam Declarationem in ipso Missali curaret imprimendam: Quod tamen factum non est.

## CAP. XXXIV.

Declaratio Liturgiã approbata communiter in  
Conventu Holmensi.

Fff

De:

**D**eclarationem Liturgiæ per Regem Johanhæm factam, approbarunt Episcopi Svec. & Clerici præsentés; Itaq; jussit Rex hos Clericos pro ipso S. ministerij ordine præsentés, subscribere Liturgiæ, ut deinceps in Ecclesijs totius patriæ ad usum transferretur. Huic mandato Regis cum omnes parere deberent, citius quam vellent, cautionis loco repetendam esse illam Declarationem Regiam, cordatiores videbant consultum. Quam hac forma scriptam & subscriptione sua confirmatam dederunt.

**N**OS *infra scripti, fatemur nos audivisse Regiam Declarationem Missæ Liturgicæ, quam esse commodissimam agnoscimus, itaq; ipsam Liturgiæm vero sensu retinendam esse non inficemur; Primò enim attestamus, hoc Sacramentum Altaris meritò tractandum esse summâ pietate, & omnium Christianorum Religiosâ devotione, quam videntur excitare plæ preces, à Sacerdote Missam celebraturo recitanda; auget etiam devotionem omnium presentium Sacer vestitus & ornatus officij Sacerdotalis, ut majori reverentiâ tractent hoc Sacramentum tam Pastor, quam Ecclesia ejus. Deinde non videmus id esse à verbo Dei alienum, ut Sacerdos oret pro tota Ecclesia Dei, omnib; Christianis, quod Liturgia præscribit ipsi faciendum. Tertio affirmamus Elementa (Panis & Vinum) ad usum S. Cane destinata, meritò debere juxta morem Ecclesiæ consecrari, quod rectè fecerimus per verba in Missa repetita, quoties præparanda sint dicta Elementa, sicut Liturgia monet. Quarto agnoscimus nos debere meminisse, certaq; fiducia recordari mortis ac meriti Christi, unici propitiatorij Sacrificij, quod certè tunc factum singulariter cum offerimus*

ritius (Bij Grambåre) Christi Sacrificium, fide & precibus disponentes corda nostra ad salutarem participationem ejusdem Sacrificij. Hoc modo faciunt suum officium, verumq; exercitium Christianismi tam consecrans Sacramentum, quam de illo participantes, ut meminerint juxta præceptum Apostoli, mortis Christi donec veniat.

Hanc Declarationem Liturgia non possumus improbare, quia eandem verbo Dei non adversari intelligimus. Quare Liturgiam in nostris Ecclesijs esse publicandam, & à singulis Pastoribus Missam celebrantibus, vero sensu usurpandam consentimus. Datum Holmiæ 16, Febr. An. Chr. 1577. Subscripsimus

Laurentius Gothus Archiep. Upsal. Martinus Gertricius Episcopus Lincop. Jacobus Job, Episcopus Scaræ Nicolai Episcopus Strens. quantum ad Coronam. Erasmus Nic. Episc. Aros. Andreas Laur. Superintendens Wexion. Præpositi & Pastores in Diocesis. Upsal. liensi, numero 43. Lincopensi, numero 15. Scarense, num. 9. Stregnensi, num. 3. Arosensi, numero 24. Wexionensi, saltem duo prope Calmarniam habitantes.

Exemplum subscriptæ declarationis est in Archivo Regni.

Liturgiæ jam approbatæ usum in patriæ Ecclesijs vehementer urgebant Aulici, monentes provinciarum Governatores, ut id ipsum auxilio & consilio Episcoporum fideliter exequerentur. Servatur in Archivo Regni Epistola Governatoris Ostrogothiæ *Hust. Hogenskilds Bielke*, scripta de hac re Episcopo Lincop. e. huius Responsio illi data, quâ excusat se Episcopus, quod non possit persuadere suis Clericis usum Liturgiæ, nisi addatur Orthodoxa illa Declaratio ejusdem Missæ, quæ Archiepi-

Modus promovendi usû  
Liturgiæ.



Episcopus Lin-  
copensis dis-  
suasit usum  
Liturgie.

*scopus in novissimis Comitijis recepit se jussu Regis conscri-  
pturum.* Hæc Responsio Episcopi data est Lincopiæ  
10. Maij An. Chr. 77. Cum itaq; hic Episcopus M. Mar-  
tinus intelligeret nullam esse datam, neq; dari posse  
Orthodoxam Declarationem illius Liturgiæ, certò  
cognovit hic causam agi Papisticâ. Quare Missâ hac  
decipulâ Jesuviticâ, Liturgiâ planè improbavit, nec  
illam in patria ullibi ad usum esse transferendâ suasit.

Polsevinus.

Postquam facta esset nominata approbatio Litur-  
giæ in Comitijis Holm. gloriatus est Nuncius Apost.  
*Antonius Possevinus* in scripto C. Chytr. *Sveconam Ec-  
clesiam jam approbasse totum Sacrificium Missæ Papisticæ,*  
idq; solenni confirmatione in Comitijis factâ susce-  
pisse. Quo modo posset Ecclesia Svec. meritò con-  
quæri & cum admiratione deplorare se factam esse  
Romano-Pontificiam, signara quippe fraudû Jesuviti-  
carû, quibus erat decepta: Sicut olim *Oriens* (teste Hie-  
ron. adv. Lucif.) *ingemuit & se factum esse Arrianum*  
*miratus est.*

CAP. XXXV.

*Johanni Regi Sveciæ Stanislaus Hofsius.*

*Laudat factum Regis Svec. mittentis Oratorem suum Ro-*  
*manum, ad declarandum unitum hunc Regem esse Eccl. Rom;*

Bocherus.

**J**OH. Bocherus. l. i. p. 27. commendat pietatem Re-  
gis Svec. Joh. III. quod misisset Legationes duo-  
bus Papis Rom. pio IV. & Gregorio XIII. Sed tem-  
pore Pij 4. non fuit ipse Johannes Rex Svec. Nec  
faciunt nostræ Historiæ, neq; inventi Annales men-  
tionem alicujus legationis ad Panam *Pianam*  
*micæ.* Adhuc *testimonium* Regis Joh. & Episto-  
læ St. Hofij prius recitatæ, Regem Johannem diu  
cunctasse antequam inclinavit ad Religionem Ro-  
ma-

manam: Imò ipse Rex protestatur se non approbas-  
 se Liturgiam in gratiam Religionis Rom. nedum  
 Sacrificij Papistici; sed in honorem Sacramenti Al-  
 taris, & quod primitivæ Ecclesiæ Ritus usitatos rectè  
 amaret. Ergò fabulosa est Botheri narratio de le-  
 gatione Regis Joh. Papæ Pio 4. transmissâ, præsertim  
 cum Papa Pius 4. mortuus esset tribus annis antequâ  
 Joh. factus esset Rex Svec. Cogitabat enim Rex Svec.  
 Joh. amovendam esse illam suspensionem, quâ accu-  
 sabatur publicasse Liturgiam in gratiam Romanæ  
 Religionis; ut *mitteret legationem Constantinopolim*,  
 qua liturus à Patriarcha ibid. qui obtinuit sedem no-  
 mine Antiquitatis celeberrimam, ut is confirmaret  
 Ritus Eccl. in Liturgiâ publicatos, & *investiret no-  
 bres Episcopos*. Hac causa dicitur Rex Nobilitasse  
 Episcopum Aboënses *M. Ericum Erici*, ut Constau-  
 tinopolim proficisceretur, hæc eadem expediturus.  
 Accessit alia causa, quæ ejus Nobilitatem promove-  
 bat. Fertur natus illo parente, qui fortiter juvabat  
 Regem Gustavum, patrem Regis Joh. auxilio expellendi  
 Regem Christiernum II. Sed auxit propensionem  
 Regis Joh. in hunc Episcopum, quod in quodam  
 conventu Holm. ubi disputabatur causa Liturg:  
 hic *M. Ericus* tunc existens parochus Geval, celebra-  
 vit in gratiam Regis Missam Liturg. priusquam Cle-  
 rici illam approbassent. Quanquam Rex Joh. cogita-  
 ret legationem in Græciam; vicit tamen fraus Jesu-  
 vica, & consilia quorundam Nobilium, qui in Italia &  
 Polonia studijs Jesuivitis invigilassent, ut legationem  
 mitteret Rex non in Græciam, sed Romam, ad Papâ  
 Greg. XIII. propter quam operâ Regis tripudiat ani-  
 mois St. Hof. & Regi Joh. gratulatur sic scribens.

Nobilitatus  
 Episcopus  
 Aboënsis.

Hof. Tom. 2.  
Epist. 159

Quod supplex à Deo semper fui precatus, ut mihi diem illum aliquando faceret illucescere, quo M. V. ad unius sanctæ Catholicæ Apostolicæ Ecclesiæ gremium perductam esse viderem, id jam tandem singulari illius misericordia contigisse gaudeo vehementer: Et ei, cuius hoc est beneficium, quas maximas animus meus capere potest, ago gratias. Vestræ verò M. plurimum gratulor, quod ex illa tetra caligine (quasi) quæ fuit oculis illius offusa per quosdam, cuiusvis potius, quam Dei verbi, de quo tamen se magnificè jactant Pracones, emerferit, & Evangelij lucem aspicere (ô si) tandem aliquando caperit. Quid enim aliud magis nobis commendat Evangelium, quam unitatem Spiritus in vinculo pacis? (*Adde quod Apostolus addidit, in justitia & sanctitate veritatis Epb. 4. non traditionis Papalis*) quam etiam Testamento Christus nobis reliquit? Quid aliud sub illud ipsum tempus quo terras relicturus, & ad Patrem suum cœlestem patriam erat rediturus, ardentius ab illo precatus est Christus, quàm ut quos dederat sibi, servaret eos in nomine (NB) suo, ut essent unum, sicut ipse cum Patre Deus unus est, toties repetitis vicibus inculcans, ut omnes, inquit, unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: Ut sint unum, sicut & nos unum sumus, ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum. (*Adde quod Christus addidit Job. 17. Sanctifica eos in veritate: Sermo tuus (non Papæ) veritas est*) &c. Separationem multorum Christianorum ab Ecclesia, cum prævideret Christus, cum esset ad Patrem suum cœlestem ex hoc mundo migraturus, nec visibili suâ præsentia diutius inter nos habitaturus, uni curâ Eccle-

Papa Romæ  
non servat  
unitatem fide-  
lium, sed Chri-  
stus;

Ecclesiæ suæ mandavit, uni Petro (*κεφαλαιον*) suas  
 oves pascendas tradidit, unum illum Principem,  
 designavit, quod non alium videret esse firmiorem,  
 unitatis retinendæ (*lege Gal. 2.*) modum, quo suam  
 astringeret Ecclesiam, quam si unum illi præfecif-  
 set, cujus in ea gubernanda visibili ministerio utere-  
 tur, cui quicquid subjectionis, honoris, & obedien-  
 tiæ defertur, non homini, verbi gratia: Grego-  
 rio XIII, verum ipsi Christo defertur, contra, quis  
 quis illum rejiceret, non Gregorium XIII, sed ipsum  
 Christum (*presumpta in loco probatio quid valet?*) re-  
 jiceret. Ad hunc igitur quod M. V. confugerit,  
 quod per Oratorem suum *in ejus fidem potestatemq;*  
*se contulerit*, quod juxta ineaptum ab Imperatoribus  
 ac Regibus Christianis morem, debitam obedien-  
 tiam ei præstiterit, quod ab eo sibi mitti petiverit,  
 per quos populi M. T. subjecti ab erroribus ac tetris  
 tenebris, quibus tam longo tempore circumfusi  
 fuerunt, in viam reduci, & ad Evangelij lucem re-  
 vocari possint, iterum atq; iterum M. V. gratulor.  
 Qui vicem Christi in terris gerit *legitimus Petri* <sup>a.</sup> Ca-  
 thedra *successor*, tanta cum alacritate venientem ad  
 Cathedram hanc Oratorem M. V. exceperit, nec  
 libentius quicquam fecerit, quam ut in omnibus  
 quæ petita sunt ab eo, piè V. M. voluntati subscri-  
 beret. Quod uberius ex his cognoscet, quos mit-  
 tit ad M. V. viris sana doctrina & vera pietate præ-  
 stantibus, qui nihil curæ, diligentia, laboris præ-  
 termittent, in his præstandis quæ ad populos V. M.  
 subjectos, in viam salutis, à qua aberraverunt, redu-  
 cendos, & in Catholica & Orthodoxa fide instituen-  
 dos, quos ut benignè amplectatur, nec suum illis  
 auxi-

a. Neq; habuit  
 Apost. Petrus  
 Cathedram,  
 neq; constituit  
 successorem,

20. auxilium & patrociniū in re tam sancta, deesse  
 21. velit. Quod itaq; superest, Deum precor, ut tam  
 22. sancta M. V. consilia secundet, & eorum, quæ capit  
 23. felicem progressum & exitum largiatur, quò possit  
 24. multitudinis credentium in Regno suo, sicut fuit  
 25. ante hos 40. annos, videre cor unum & animam  
 26. unam, & imaginem quandam in illo cœlesti Hie-  
 27. rusalem, cujus participatio in idipsum contempla-  
 28. ri. Opto M. V. &c. Kal. Octob. 1577. Grotefervatæ.

## CAP. XXXVI.

*Scandalosa Dispensatio Laurent, Norv, Kloster-  
 lassis, ejusq; correctio.*

**I**N gratiam pij L. volentis cognoscere audaciam  
 Papistorum Doctorum abutendi officio Eccl.  
 placet recitare ex Archivo quandam conjugij Di-  
 spensationem, cum adultero & adultera factam à  
 Lectore Jesuvitico, postquam extinctus esset com-  
 muni eorum consilio prior adulteræ maritus. Hoc  
 conjugium tanto cum scandalo simpliciorum di-  
 pensabat *Kloster-Lasse* ut Archiepiscopus Upsalien-  
 sis (quamvis esset ejusdem Religionis & libertatis) hanc  
 dispensationem tolleret. Utriusq; Epistola sic  
 sonat.

20. **E**GO Laurentius Nicolai, Collegij Regij apud Stockholm.  
 21. Rector, & Th. Lector his litteris omnibus testamur  
 22. volo, me ex autoritate ab omnipotenti Deo concessa,  
 23. nec non ex facultate mihi à Rev. viro, D. Antonio Posse-  
 24. vino Casareo Legato, quem S. Sedis Apostolica beneficio  
 25. pro his Septentrionalibus Regnis, se sufficienter habere  
 26. declaravit, impartitâ, Eximium virum D. Joannem  
 Heo.

Henric, Sereniss. Regis Svec. Johannis, ejus nominis III. Secretarium, & honestam Matronam Annam Magni in conscientia absoluisse, nec non cum eis dispensasse, ut matrimonium legitime contrahere possint, prolesq; ab eis suscepta, legitima omni jure habeantur. In cujus fidem Chirographum hoc meum proprio sigillo, nominisq; subscriptione confirmatum duxi, Datum Stockholmia 6. Februar. Anno 1578.

L. N. N.

**L** Laurentius P. G. Archiepiscopus Upsal. Lectori Th. M. Laurentio Norvego. Vidi literas D. Lector, Secretario Regio datas, de dispensatione cum ipso, ipsiusq; adultera, *adulterina auctoritate* facta, easq; non sine gravi offensione legi. Non enim putassem hominem sacris deditum eò impudentiæ redactum, ut auderet manifestè impia dispensare. Quod D. Lector dicat eam auctoritatem ab omnipotente Deo concessam, *impunitentem adulteram & in adulterio perseverantem absolvendi*, quo probare velit Scripturæ testimonio, non video: Cum ligandum potius hoc peccatum jubet Christus Dominus Noster: Aut opinetur *conjugium sanguine mariti redimi posse*? Nefariæ profecto nuptiæ occisi mariti cruore redemptæ. Impij contractus impiissimus auctor corrigatur. Fortassis existimat Lector adulteriū vinculo matrimoniali compensandum, juxta exemplum Davidis sciat Exemplis non judicandū esse, sed legibus. Meminerit etiam Regem Davidem, suo scelere iè suam familiam, totumq; Regnum in horrendas conjecisse pœnas. Istæ vero personæ, quas literæ inanes absolvent & conjungunt indignæ profecto sunt,

Ggg                      propter

propter quas Regnum Sveciæ simili exponatur periculo; divinæ objectum ultioni. Satis superq; nostrorum hominum impunita flagitia nos gravant, definant tandem incestuosis nuptijs ad iram provocasse Deum. Ego igitur, ut conscientiam salvam, coram Deo retineam, Patriæq; hoc pacto subveniam, *authoritate mihi à Deo & ejus Ecclesiæ concessa*, qua; in præsentia fungor, *tuam dispensationem* cum Joanne Henrici & Anna Magni illegitimè factam, *irritam esse hisce statuo*, eosq; in adulterio continenter hæere affirmo. Et Magistratum Politicum, obnixè rogo, ut malum in ruinam patriæ tollat, excitatum, nec frustra gerat gladium. Te quoq; *Laurentium N. N.* propter impiam dispensationem hanc, censurâ Ecclesiæ justâ, *Sacro ministerio indignum judico*, & propterea ab eo abstineas jubeo, donec errorem correxeris, & à Deo veniam precatus, animum in melius mutans, de quo nostrum est ferre testimonium. In cujus fidem has literas nostro sigillo confirmandas duximus. Datas Upsal. 20. Martij Anno 1578.

*Monasterio Laus  
se privat ut  
ministerio  
Eccles.*

## CAP. XXXVII.

*Persecutio Orthodoxorum patriæ Prædicatorum, per seductum Regem Johannem in actum deducta.*

**R**EX Svec. Johannes postquam intellexisset quosdam in Patria Prædicatores verè Evangelicos resistere Missæ Liturgicæ, ut eandem non solum, ipsi damnarent, sed ne progressum in patria inveniret, auctores essent, imitabatur consilium Jesuiticum supra l. 3. c. 13. descriptum, nimirum, proposuit contradicentibus exilia & carceres, quod

experti sunt Prædicatores Holmenſes & Ubfaliens  
 ſes antea nominati. Erat quidem Paſtor Holm.  
*M. Olaus Medelp.* miſſus Ubfaliam, ut per acquiſi-  
 tos honores Archiepræpoſiti acquieſceret ſenten-  
 tiæ Liturgicæ: Sed poſt poſitis honoribus ſeculi,  
 perfeveravit idem in confeſſione conſtanti verita-  
 tatis Evangelij. Quare Archiepiſcopus Liturgiſta  
 removebat hunc alioſq; Theologos Ubfaliens,  
 Liturgiæ adverſantes; illoſq; omnes officio & be-  
 neficio privatos, detruxit ſeductus Rex in carcerem,  
 ut illam probarent ſententiam, Regis indignatio-  
 ne territi, quam repudiarunt honoribus aucti. Suc-  
 ceſſor Medelpadij in Paſtoratu Holm. *M. Solomon  
 Birgeri,* licet primò approbaſſet Liturgiam, quaſi  
 ritus quorſdam non cauſam Religionis mutantem:  
 Tamen ex Diſputatione Theologorum Ubfaliens.  
 cum Cloſterlaſſio rectius informatus, & teſtimonio  
 conſcientiæ convictus, ut ſupra diximus Capite 32.  
 elegit probrum Chriſti præ honoribus & præbendis  
 officij. Ideo amiſſo Paſtoratu carceri mancipatus  
 vixit. Scripſit ibidem Orthodoxam ſuam confeſ-  
 ſionem Liturgiæ oppoſitam, quam infra recitabi-  
 mus. *M. Abrahamus A. A.* Rector Scholæ Holmen-  
 ſis, factus eſt ita Paſtor Öregrundij, ut ſimul retine-  
 ret ſalarium Rectoratus, quam offam dum digluti-  
 ret confeſſor Evangelicus, ſubſumebant Aulici hunc  
 non eſſe contradicendum Miſſæ Liturgicæ: Sed is  
 relicto Öregrundio in locum ſecretiorem (Alan-  
 diam) progreſſus eſt, ubi liberior daretur occaſio  
 dicendæ veritatis, ibiq; factus eſt Paſtor ruralis in  
*Salaviſk.* Poſtquam vero ſcripſiſſet miniſtris Eccl.  
 Svec. cautionem mox recitandam, de vitanda



Scripta M.  
Abrahami in  
exceris publi-  
cata.

hac Religionis mutatione per Liturgiam tenta-  
tâ, misit Rex Johannes inquisitores, qui traderent  
Regi M. Abrahamum captivum. Verum ille  
manus inquisitorum effugiens, de patria exiliens,  
vivens Lubecâ toto tempore Regis Johannis. Scri-  
psit autem exul, non solum *Apologiam in satisfactio-*  
*nem fugæ, sed tractatum de Sacerdotio Christi & Fo-*  
*rum Adiahororum*, probans multorum Doctorum  
testimonijs, secundum scripturam, fieri etiam  
Adiaphora tempore confessionis necessaria. Per-  
stringit in illis scriptis gravi stylo auctores Litur-  
giæ. Transtulit idem in patrium idioma, *expli-*  
*cationem Danielis Propheta à Mørpurgensi Theologo*  
*D. Johanne Draconite scriptam*, ubi Regnum Anti-  
christi sub persona Anthiochi adumbratum, re-  
cto penicillo depingit. Omnia scripta in patrio-  
tarum informationem edidit, ut perversum Ecce-  
siae statum à Liturgistis deformatum agnoscerent  
& deplorarent, & excusso Antichristi jugo, ad ve-  
ritatem Evangelij tandem redirent. Quamobrem  
movebantur simplices confessores in patria Evan-  
gelio adherentes, imprimis *Princeps Carolus Dux*  
*Sudermannia &c.* ut exulis miseriam sublevarent,  
eiq; cum tota ejus domo subsidium vitæ transmit-  
terent. Item Theologi Ubsalientes, quamvis  
detinerentur primò carcerati, causâ negatæ Litur-  
giæ: Tamen liberati sunt de carcere, datâ obliga-  
tione supra Cap. 30. commemoratâ: Cumq; vide-  
rent se haud posse usitatum officium administrare  
sine vexatione Liturgica, abiverunt in Ducatum  
Principis Caroli, ubi honorificè sunt excepti & su-  
stentati; Cognitâ hac Ducis clementiâ, quælive-  
runt

runt in Ducatu refugium multi cordati Clerici, qui agnoscentes Idolomaniam Papisticam esse in Missa Liturgica occultatam, maluerunt exilium pati, quàm agnitam Evangelij veritatem deserre. Dux Carolus partim miseriam illorum motus, partim ardore Evangelicam defendendi Religionem inflammatus, omnes benevolè admittit, tandèq; donavit advenientibus Clericis Beneficia Eccl.

Dux Carolus  
exceptit hono-  
rificè exules  
Evangelicos.

*M. Martinus Episcopus Lincopensis*, factus jam exul, constitutus est Præpositus & Pastor Nycopensis. Hujus filius *M. Olavus Martini*, ibidem Scholæ Rectoratui præficitur. *M. Henricus Gadolenus*, fit Pastor in *Fougööd*. *D. Petrus Erik* olim Diaconus Holmensis egit Pastorem in *Ytersela*. Filius ejus *M. Nicolau* ordinatur Pastor in *Mädelösa*. *D. Gutmundus Petrejus* hactenus Pastor in Ecclesia Smolandia *Säby*, missus in exilium propter negatam Liturgiam, venit etiam Nycopiam, ubi primò egit Conrectorem Scholæ, donec vacaret amplissima sedes Pastoralis in *Äcker Sudermannia*, quam sibi donatam retinuit ad vitæ finem. Factum autem est ut moreretur constans confessor veritatis *M. Martinus Præpositus & Pastor Nycopensis*, mox in illum locum est subrogatus *M. Petrus Jona*, olim Professor Theologiæ in *Ubsaliensi Academia*, qui à primo tempore sui exilij habuisset in Ducatu Refugium; Et post paucos annos dum vacaret sedes Episcopalis *Strengnesis*, est unanimi vocatione Clericorum in Ducatu translatus, consensu Ducis Caroli, *Nycopiâ Strengnensium*, ubi ordinabatur Episcopus,

cui officio præfuit toto tempore vitæ suæ. Inter hos veritatis confessores, qui exilia & carceres pro Christi Evangelio pertulerunt, multò plures Patriotæ inveniuntur, licet omnes loco & nomine non fuisse celeberrimos perceperimus.

Includuntur  
carceribus  
Prædicatores  
Evangelici.

Postquam autem instituisset Rex Johannes Collegium Holmenſe, advenerunt Professores viri graves & veritatis constantes confessores, quorum hi erant præcipui, *M. Ericus Jacobi Schinnerus*, *M. Nicolaus Olai Bosniensis*; *M. Petrus Kenicius*, qui propter Evangelium Christi pati carceres necessum habuerunt, ut infra dicitur. Erat Holmenſis Rector *M. Ericus Skeperus*, cui Rex persuasit scribere concordantiam Liturgiæ & Evangelicæ Religionis; Itaq; voluntati Regis hic obtemperaturus, vi veritatis Evangelicæ convictus, in medio cursu, non elaborato opere substitit. Rex iccirco vehementer iratus, arguebat virum inconstantia falsæq; Religionis, & furore accensus Rex, proprijs apprehensum manibus virum prosternit, pedibus suis toties eum conculcans, donec fieret herniatus, ex qua ruptura intestinorum affligebatur vir continuo ad vitæ finem; neq; à carcere liberari potuit. Fuit etiam *M. Joh. Salemontanus*, qui postquam vocatus est in aulam Ducis Caroli, ubi concionatorem, egit: Hic ingressus est carcerem Holm. mandato Regis, quia Liturgiam improbat: De carcere scripsit An. 79. 14. Januarij distichon Senatoribus Regni, submissè rogans, ut hi intercederent pro supplicante apud Regem, quò liberaretur de carcere: Nam ait

*Regia supplicibus Res verè est parcere cunctis.*

*Solamen miseris tristibus atq; dare.*

Fuerunt etiam in patria Clerici, qui licet persuasioni locum dedissent, ut primò subscriberent Liturgia: Tamen factâ deliberatione maturâ, & excitati aliorum exemplo palinodiam cecinerunt, ut infra probabitur.

## CAP. XXXIIX.

*Scriptum M. Abrahami A. A. contra Liturgiam;*

**S**umma hujus scripti hæc est. Certum est fidem Christianam non niti ullis doctrinis hominum: Sed fundamentum suum eligit puram Scripturam Prophetarum & Apostolorum; ideo examinanda erit jure ipsa Liturgia juxta doctrinam Prophetarum & Apostolorum. Est namq; Christianorum hominum, non circumferri quovis doctrinæ vento; Sed probare Spiritus, monente Scriptura i. Joh. 4. & audire vocem Pastoris Christi, sicut dicit ipse, Oves meæ vocem meam audiunt. Joh. 10. Ideo dicit Hieronymus. *Doctrina Spiritus S. est in Biblijs re-* Hieronimus.  
*velata, inde Concilia & Conventus Eccles. judicentur.*  
Item Aug. ad Pasch. I; 2. c. 21. *Ecclesia sit subjecta Chri-* Augustinus.  
*sto, non judicare eum presumat.* Tertullian. *Doctri-* Tertull.  
*na qua probari se nolit, merito suspecta habetur.* Igitur ad legem & Testimonium, ait Propheta Esaias 8. Est etenim Dei verbum lucerna pedibus nostris, teste Psalte 119. Quare serutemur Scripturas, jubente Christo Joh. 5. Argumenta illorum qui Liturgiam scripserunt, quibus conantur hujus præsumtam probare veritatem, hæc sunt.

1. Hæc ordinantia Missæ desumpta est ex usu Eccle-

Ecclesiæ Catholicæ, antiquis patribus familiari.  
 2. Inculcat sanctitatem omnibus Christianis necessariam. 3. Approbatur multis Episcopis, doctisq; Clericis. 4. Est confirmata subscriptionibus multorum piorum virorum, qui unitus consensus piorum tenet locum sancti fœderis, quod violare sine maculâ pejurij non licet. Verum hæc argumenta potius confirmant nostram in Evangelicis Ecclesijs receptam usuq; probatam ordinantiam Missæ, quippe antiquiorem hac novâ Liturgicâ. Nam 1. Nemo probabit Christum & Apostolos his gestibus, verbisq; & ornatu celebrasse S. Cœnam, quibus Liturgia præscribit Sacrificio suam esse celebrandam Missam. 2. Nec instituit Christus offerendum esse corpus in S. Cœnâ, neq; representandum esse Christum crucifixum elevatione Hostiæ, nedum ut hæc oblatio sit Sacrificium promerens gratiam Dei, & remissionem peccatorum, sine orali participatione, cum institutis Elementis, corporis & sanguinis Christi. 3. Neq; voluit Christus, ut Sacerdotes longis precibus & spectaculo consecrationis Elementorum aliquid promereretur ei, sive absenti, sive præsentis, sive mortuo, sive viventi, pro quo hoc spectaculum præsumpti Sacrificij peragitur. 4. Multo minus intendebat Christus S. Cœnæ institutionem esse transformandum in spectaculum vanum sine manducatione & bibitione utentis, nedum ut esset modus percipiendi gratiam Dei in secularibus. Hæc omnia Sacrificulum suo spectaculo quærere, licet frustra, sumus à Jesu vitis edocti. Refutantur autem hæc paradoxa Liturgica ex his immotis fundamentis.

Argumenta  
 Liturgiarum  
 refutantur.

1. Hunc usum modumq; consecrationis S. Cænæ, nesciunt omnes Evangelistæ & Apostoli, qui sola verba Christi institutionis recitant. 2. Sanctos Patres his gestibus & hoc fine celebrasse S. Cænam non legitur. *Justinus in Sol. Dionysius Cal. Hierarch; Aug. & Chrysost.* meminerunt piæ celebrationis S. Cænæ: Tales gestus planè ignorant. 3. Ipsi Papistæ largiuntur tales gestus, formamq; consecrandi & ornatum Sacerdotis non habere Authores ipsos Apostolos, vel eorum successores, sed recentiores Doctores. Apostoli in Sacræ Cænæ consecratione erant contenti solâ recitatione verborum institutionis & orationis Dominicæ; testibus *Gregorius in Regist. Platina in vita Sixti, Ruperio Div. off. Ser. de Reb. Eccl. durando.* Indicantq; hi ipsi, quo tempore & à quibus canon Missæ sit institutus; qui talis, qualis hodiè legitur vix extitit ante annum Christi 600. ergò concidit Argumentum Liturgistarum ab antiquitate ductum, quod scilicet hæc Ordinantia Missæ quam Liturgia exprimit, sit Catholica; quin potius admiranda, verius deploranda sit cæcitas doctorum Papisticorum, qui hunc Canonem Missæ ab incerto Authore confarcinatum, pluris aestimant, quàm ipsa verba institutionis Christi, quasi ipse canon faciat etiam sine Christi institutione, Corpus & Sangvinem Christi in S. Cæna adesse; imò contra institutionem statuat Christum offerri Deo Patri, quod sit cum maximo contemptu institutionis Christi & S. Cænæ prophanatione: quæ mala verbum Dei & corda piorum planè averfantur.

Consecratio  
superstitiosa  
improbatur.

Canon Missæ  
est supersticiosus

Antiquus igitur Ritus consecrandi Elementa Panis & Vini in S. Cæna, non competit huic Novæ Liturgiæ, vel Canoni Missæ: Sed competit priori nostræ ordinantiæ, in reformatis Ecclesijs usurpatæ, quæ habet sola ferè verba Christi institutionis & Pater noster. Hanc simplicem consecrationem tenuerunt Antiquissimæ Ecclesiæ Asiaticæ & Europææ, ipsaq; est à nostris Antecessoribus Ubsaliæ Anno 72. subscriptione præsentium Clericorum comprobata, quam publicam mutârunt hi Liturgistæ cum summo Ecclesiæ nostræ scandalo; Igitur debetur his Væ à Christo dictum Matt. 18. ut esset melius fuisse his abscissam Dextram, quàm ut æternum damnarentur. Jactitant Liturgistæ per hanc ordinantiæ, accendi Majorem sanctitatem in cordibus præsentium, huic Sacramento declarandam; qui nullibi factum esse, vel fieri posse judico. Nam ad provocandam veram sanctitatem participantium de Sacra Cæna, nihil additur in Liturgia. Varij Ritus & Cæmonia superflua, ab hominibus inventa, non promovent sanctitatem, sed Hypochrisin & abusum S. Cæna. 3. Hinc patet Liturgiam esse contrariam verbo Dei, quare meritò rejiciatur, licet multoties sit ab hominibus approbata. Quod hæc Argumenta demonstrant. I. Liturgia parit scandalum in Religione, & abusum S. Cæna, ne manducemus de uno pane juxta Apostoli præceptum: Sed ut offeramus panem non manducatum. Neq; valet hic Regula, Servate vinculum pacis Eph. 4. & in Adiaphoris non frangatur pax Ecclesiæ: Nam hæc controversia non est de Adiaphoris; Sed de veritate Religionis & salvifica fide, in meritum Christi non

Ritus superstitiosi promovent hypochrisin, non veram Religionem.

non in opus sacrificuli directâ. Omnes ordines Regni, quid dicam singuli subditi nondum approbaverunt Liturgiam. 3. Ipsa non consentit cum Ecclesijs August. conf. addictis. 4. Etiam abigit hæc innovatio multos à S. Cæna, dum vident tale fieri spectaculum Missæ, si vel nulli sint de S. Cæna participantes: Neq; audiunt veri Christiani hic requiri institutam manducationem aut bibitionem, sed oblationem iterati Sacrificij qui præsumitur illis profutura, pro quibus Sacrificulus hoc Missæ officium facit. Obscurat hæc Missa lumen Evangelij nobis accensum, & inflamat Papietas in nostram perniciem, ut multò plura sua paradoxa nobis obtrudant, postquam Missam illam receperimus. 6. Dissuadet seriò S. Scriptura ne ducamus jugum cum infidelibus: Sed caveamus nobis à Pseudoprophetis. Cecidit enim Babylon &c. Hactenus ille.

## CAP. XXXIX.

*Epistola M. Salomonis B. exulis, scripta Archiepiscopo;*

**R**everendis. Dn. Episcopo, quod tantopere à me protestationem flagitas, æquissimè id fieri censeo, nec recusandum esse statuo. Filius Dei D. N. I. C. gravissima concione mandat omnibus, ut Cæsari sua dent, huic mandato quilibet subjectus est. Itaq; *Sereniss. Regi nostro D. Johanni III. ejusq; Majestatis Nobilissimæ consorti, Svec. Reginae & generosiss. Liberi Regni Svec. Hæredibus, & quidem Illustriss. Principi D. Sigismundo Electo Regi*, debitum animi & corporis obsequium, obedientiam & fidelitatem ut hactenus feci, ita deinceps ad S. R. M. & Regni, patriæ

H h h 2

meæ



meæ charissimæ utilitatem & commodum præstare, incommoda & pericula juxta mearum virium extremam facultatem avertere & impedire conabor, atq; hunc Magistratum ut Statum à Deo institutum me agnovisse & approbare subjectissimè profiteor. Deinde mandat filius Dei ut demus Deo quæ Dei sunt. Exigit autem à nobis, ut in S. Scriptura apparet, fidem, confessionem & timorem. Hæc bona in doctrina cœlesti & vero Dei cultu, non licet in ullius hominis gratiam amittere. Oportet igitur quemlibet in causa Religionis juxta Christi mandatum & S. Pauli sententiam, militare bonam militiam, retinere fidem & bonam conscientiam. Cumq; ut Augustinus inquit, *in multitudine Ceremoniarum pertinetur fides*: Tamen utiles esse Ceremonias cum cognitione veritatis & mediocritate, pronunciat Athanasius; Spero me neq; in Deum, neq; in homines peccasse (Christo iudice cujus testimoniam meditatio mea est, & consilium meum justificationes ejus) quod in omnibus vobiscum sentire non possim, obstante juramento, quod Deo & ejus Ecclesiæ sub impositione manuum, quando ad hanc vocationem legitimè segregatus sum promiseram, & in concilio Upsal, 72. præstitum est, nec non 74. in articulis repetitum, quorum primus ad Ordinantiæ Ecclesiæ Svec. à Clementis. Rege nostro comprobata & impressam, verbis ministros remittit. Cumq; gravissimum sit violare juramentum Polit. quanto gravius erit in causa Religionis, in verbo Dei fundata, Non solum violare sed & conscientiam sauciare, cum Spiritus Sanctus per Apostolum præcipiat ut

acce-

Augustin.

accedamus ad Christum cum vero corde, in certitudine fidei, depulsâ malâ conscientiâ. Huic periculo occurrere nititur declaratio Liturgiæ, quæ omnia esse salva persuadere conscientiæ conatur: Sed ego inter saxum & Sacrum hæreo, quia æternus Pater Domini nostri Jesu Christi de cælo intonuit de Filio dicens: Hunc audite. In verbo & Sacramentis nobiscum loquitur Christus. Magna itaq; est dignitas verbi Dei & ministerij: In verbottutissimè in omnibus periculis & Tentationibus acquiescere possumus: Neq; dicto Aug. derogandum *Augustia.* censeo, qui inquit, *qui aliud Evangelizat Anathema sit, aut legat mihi hoc in Scripturis S. & non sit Anathema.* Horrendum quoq; erit & lamentabile, audire gravissimam Christi comminationem dicentis: *Væ vobis qui foris apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocharisi & iniquitate. Veræ itaq; Ecclesiæ confessionem, quæ verbo Dei claro & perspicuo, non Traditionibus hominum nititur, magnifacio, extra cujus terminos dissilire tutum non est. Itcirco R. D. Episcopo testor me in omnibus tjs consentire, qua plano & expresso verbi Dei testimonio comprobari possunt, & Analoga sunt fidei. Nec volo contra proximum loqui falsum testimonium. Aug. inquit: Auferentur de medio charta nostra, procedat in medium Codex Dei. Audiamus Christum dicentem, audiamus veritatem loquentem. Cyrillus ait: Necessarium est *Cyrillus.* nobis Divinas sequi veteras, & in nullo ab earum præscripto decedere. Hæc sunt quæ efficiunt ut cunctator sim in verbis hominum, & Ceremonijs ac traditionibus percipiendis formam sanorum verborum servabo, & sollicitè curabo meipsum probabilem exhibere*

Deo operarium, rectè tractantem verbum veritatis, quod instruere me possit ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu, cujus judicio omnium patrum & præceptorum subijcienda sunt Scripta. Oro filium Dei D. N. I. C. in cujus conspectu hanc protestationem edo, ut mihi misero & parum docto homini suam gratiam donare atq; Spiritu S. me regere, & gubernare velit ad nominis sui gloriam, & Ecclesiæ salutem. Huic protectori meam causam, commendo & patientèr ejus auxilium expecto &c.

## CAP. XL.

*Scriptum M. Salomonis Antiliturgicum.*

Omnia Ecclesiæ judicio permilla sunt.

**E**cclesiam filij Dei D. N. J. C. in nostra patria per verbum & Sacramenta hisce 50. annis collectam minimè sperabam offendiculis, falsæq; Religionis decipulâ & scâdalis tanta celeritate obrui debere, sicut hac nostra ætate non sine multorum piorum gemitu accidissè videmus. Pijssimorum patrum labor, qui S. Biblia in nostram transtulerunt, linguam, jam contemnitur, imò quod dolendum est, damnatur! Cum inferioris conditionis homo hoc ipsum in lucem producere velit, statim proclamatur *Superioritatis Contemptor & Spiritualis Magistratus Osor*, qui nec igni, nec aqua, imò ne vita quidem, dignus censetur. Hujus defectionis à sincero verbo Dei ejusq; intellectu, Exemplar & testes sunt ij qui sustulerunt Evangelicam libertatem mutando eam in Ceremoniarum superstitionem, & aperiendo januam ulterius evagandi in latissimum & valde spatiosissimum perversæ Religionis campum, nullis

cir-

circumceptum certitudinis in verbo Dei limitibus: quod verum est sentiet Christianus Lector, qui sequentes Articulos cum sincero & candido iudicio legere velit, atq; videre impiæ Ecclesiæ, quam Pontificiam vocamus dolum & astutiam, quæ conatur efficere ut nostra Ecclesia habens veræ Ecclesiæ notas sc. verbum, Sacramenta & obedientiam debitam S. ministerio, agnoscat se errasse, eò quod audierit vocem sui pastoris, & adhæserit, mandato, fugite Idola.

1. Articulus. *Utrum verum Christiana Doctrina fundamentum sit verbum quod in S. Scriptura scriptum legitur?* Resp. Nos amplectimur pro verbo Dei lucido & claro, Doctrinam scriptis Prophetarum, & Apostolorum comprehensam. Cum enim voluit Deus generi humano suam voluntatem patefacere, non præstigias & ambiguitates, velut pomum contentionis, hominibus offudit, sed propria & dilucida oratione suorum ministrorum usus est, quod Scriptura S. velut testis infallibilis & omni exceptione major ostendit, indicans voluntatem Dei perspicuis verbis & clavis apparitionibus, ut merito dicatur S. Scriptura Immobile Christiana Doctrina Fundamentum; ideo Christus ait Joh. 5. Scrutamini Scripturas, in quibus scitis vos vitam habere. Et Psaltes: Lucerna pedibus meis verbum tuum. Lex Domini immaculata. Eloquia Domini munda, &c. *Nec voluit Deus nos ex humana ratione iudicare de ipsius arcana voluntate: sed alligavit nos ad verbum scriptum, quod singulari beneficio scribi curavit perpetuoq; conservat, ne quis excusationem ignorantia prætexat.*

2. Articulus. *Utrum ex Catholica Ecclesia intelligere*

*gere oporteat quid sit S. Scriptura?* Resp. S. Scriptura Ecclesiam definivit & quasi digito monstrat quæ sit vera Catholica Ecclesia: Ergò ex *Scripto verbo omnem suam Auctoritatem Ecclesia habet*, quare ipsa remittitur ad legem & testimonium Esa. 8. & Apostolus ait: Si quis loquitur, loquatur Eloquia Dei. *Non igitur debet Ecclesia esse Domina S. Librorum*, sed earum famula; & semper orare, Vias tuas Domine demonstra mihi, dirige me in veritate tua,

3. Articulus. *Utrum ex privati alicujus judicio, aut ex Catholica Ecclesia sententia patrum, scriptis, de sensu Scriptura constituere debeamus?* Resp. Cum doctrina Ecclesiæ divinitus patefacta, sit supra humanæ rationis intellectum posita, certum erit auctoritatem interpretandi S. Scripturam non esse alligandam sive certæ sedi, sive certis personis in ordine Paparum, Cardinalium, Episcoporum: Licet hi pro Catholica Ecclesia se venditent, & sibi solis suisq; conciliabulis scripturæ intellectum attribuunt, cum tamen in multis locis eos Scripturam depravare videamus. *S. Patrum labores non contemnendos esse judico, ubi consentiunt cum Scriptura*; Sed agnosco dona Spiritus S. in ipsis: Ascendit enim Christus in altum ut dona daret hominibus.

4. Artic. *Utrum S. Patres in explicanda S. Scriptura: tales sint testes, ut his certò fidere possimus; adeoq; illud verè dicatur Catholicum, quod omnes approbant?* Resp. Ecclesia Christi quæ verè est Catholica & Apostolica, amplectendo verbum Dei & Sacramenta, si invenerit tales Magistros & Doctores, qui verbo Dei adhærent, & Symbola fidei rectè confitentur, scilicet Apostolicum, Nicenum, Athanasianum, piisque;

piasq; & Orthodoxas S. Patrum Sententias acce-  
 ptant, horum Scripta meritò accipiat Ecclesia, & do-  
 na Dei in ijs Scriptoribus agnoscat: Itaq; erit illud  
*Dogma Catholicum*, non quod multi vel omnes Scri-  
 ptiores approbant; Sed quod *fundatur in Catholica*  
*& universali Doctrina Salutis, qua in S. Biblijs compre-*  
*benditur.* Quid Orthodoxi Patres senserint de suis  
 Scriptis ex ipsorum Testimonijs audire placet. Aug.  
*Quoties homines cum hominibus conferendi sunt, meritò*  
*santos profanos, pios Hypocritas, amantes veritatè*  
*contentiosos; deniq; fide dignos testes vanissimù & per-*  
*versissimù clamatoribus anteponimus.* Item Prophe-  
 tarum & Apostolorum Libros omninò judicare non  
 audemus: Sed secundum eos de ceteris fidelium & in-  
 fidelium scriptis judicamus. Chrysostr. *Neg*  
*opus habet Divina Scriptura hominum Sapientià ut in-*  
*telligatur, sed relatione Spiritus, ut hausto indè vero*  
*sensu magnum hinc lucrum nobis accrescat.* Hier. Hier.  
*Nulli sine verbo Dei credendum est, Spiritus S. Doctri-*  
*na est qua Canonicis libris est prodita, contra quam si*  
*statuunt Consilia, nefas duco.* Item quod de Scriptu-  
 ris non habet auctoritatem, eadem facilitate contemni-  
 tur qua probatur. Cyprian. *Non est videndum*  
*quid hic aut iste ante nos fecerit, sed quid Jesus Chri-*  
*stus fecerit, qui ante omnes est.* Cum in Schola  
 tentationis versarer, & mea conscientia aut su-  
 perstitione aut Hypocrisi vel profanitate divexa-  
 retur, & meipsum accusarem propter facti in-  
 certitudinem, cum ex verbo Dei me defendere  
 non possem. Opinio quidem bonæ intentionis  
 & splendida rationis declaratio ex scriptoribus  
 desumpta, me in officio aliquamdiu retinuit,

Genuinum do-  
 gma Catholi-  
 cum.

Augustinus

Chrysostr.

Hier.

Cyprian,

Auctor fate-  
 tur suam tene-  
 rationem &  
 victoriam.

Sed sensi verissimum, quod *Hypocritæ cognata sit illi-  
mor*, promittere enim & non præstare, attamen si-  
mulare, certum est quod sit Hypocrisis. Cum in-  
certitudo meæ opinionis me argueret, petivi con-  
solationem & consilium boni Liturgistæ, quomo-  
do illas conscientia servarem singula in Liturgia  
præscripta? Hoc accepi responsum: *Quis ista serva-  
bis ad unguem, gratificabitur hominibus.* Illicò me  
vox Christi terruit, Væ vobis qui extra apparetis ho-  
minibus justi, intus autem pleni estis Hypocrisi &  
iniquitate. Omnibus mediocritèr literatis con-  
spicuum est, quod Liturgia nequaquam simplicem  
Cænæ Domine formam, quæ à tribus Evangelistis  
& D. Paulo præscripta est, contineat, obijcientibus  
mihi, quare eam servas? Respondere non potui de-  
stitutus fundamento S. Scripturæ, ideò rubore suf-  
fusus, non dissentire hanc præparationem Missæ à  
Pontificum Theatrica Pompa cognovi. Tantâ au-  
tem vehementiâ invitis verbi Dei ministris obtru-  
ditur Liturgia, ut semotâ omni diligentiori inqui-  
sitione & examine, nihil in ea vel mutari vel ab-  
rogari aut deleri permittant. Imò ipsa Liturgia  
suâ perplexitate multorum oculos & mentes fasci-  
nat & iudicium obruit, ut sine singulari attentio-  
ne paleas à tritico proijcere nequeant, ne hoc sit  
cujusvis! Tamen coactionis amarulentia quorun-  
dam ministrorum corda movit, ut observarent di-  
ctum Tertull. *Lex qua se probari non vult, merito sus-  
pecta est.* Cumq; non possint Liturgistæ sua com-  
menta ex verbo Dei defendere, fugiunt ad Patrum  
testimonia, quæ eorum laborem Pontificio errore  
mixtum ostendunt, & arguunt eos à veritate aber-  
rare:

Tertullian,

rare: Attamen contendunt se pio zelo promote-  
 re cultum Dei & excitare velle mentem & corda  
 hominum ad pietatem, quasi Deus non sit efficax  
 per suum verbum hoc facere, sed egeat hominum  
 auxilio. Piorum consolatio hæc esto, *Scriptura  
 errare non potest docendo, nec credens illi peccare vi-  
 vendo: Et quod ex Scripturæ auctoritate non habet,  
 manifestissimum est ex Diabolo esse,* ait Luther. Et scia-  
 mus verissimum esse *veritatis Nuncium semper offen-  
 dere vel Deum vel Magnates homines.* Oportet qui-  
 dem pium verbi Dei ministrum non modo vera  
 docere, sed etiam aliena confutare; hoc nobis jam  
 interdicitur, imò oppressâ confessione veritatis,  
 per silentium caput Papæ demulcere cogimur. Ô  
 Domine Jesu eripe me de inimicis meis, ad te con-  
 fugio: Dum nostri Antistites non possunt Litu-  
 riam ratione & veritate defendere, ad ultimum  
 suæ virtutis præsidium convertuntur, scilicet *ad vim  
 & astutiam*, ut prohibeant ne quis contradicat, &  
 si contradixerit, ut privetur officio & beneficio fe-  
 stinantèr monent. Exempla præ omnium oculis  
 sunt. *Magistratum spirituales in Ecclesia Christi ne-  
 quasquam existere affirmo*, qui habeat potestatem do-  
 minandi fidei nostræ, *præter solum Christum*, salutis  
 nostræ Authorem. Ipsi Antistes cum primò acto-  
 res, deinde iudices hujus causæ fuerint, quidvis si-  
 bi credi volunt, nec Dei iudicium verentur, qui  
 falsos testes maximè exosos habet, & eisdem ta-  
 lionis poenâ coercere solet. Discimus itaq; sus-  
 pectos habere eos, qui hodiè horum similes sunt, &  
 minus offendamur si quid tale nobis etiam acci-  
 dit. Vivit & regnat Christus Jesus qui similibus

Nullus in ter-  
 ra Magistra-  
 tus Spirituales



præjudicijs oppressus omnem inferiorum potestatem vicit, & in cœlum euectus hostium suorum consilia videt, suorum verò causam fidelissimè tuetur. *Veritas dolum revelat, revelasse mendacium, destruxisse est:* Honor, gloria & potestas Christo Jesu in æternum. Amen.

Scriptit Salomon Berg. Exul in Insula  
Wentholm, Anno 77.

CAP. XLI.

*Scriptum τῆς Ἀνανίως contra Liturgiam.*

„ **A**rchiepiscopus Laur. P. junior natione Gothus dicitur scripsisse Declarationem Liturgiæ, in qua veritatem Evangelicam sub persona contradicentis Momi vehementer taxavit. Huic scripto Archiepiscopi oppositum est hoc ἀνανίως Orthodoxum, cujus summam, gratiâ illustrandæ veritatis, huc apponere lubet. Præscribit Christus fieri in S. Cæna commemorationem suam, quo præcepto putat oppressor Momi sibi licere offerre Corpus & Sanguinem Christi in gratiarum actionem Deo debitam, ut attamen non sit oblatio Papistica. Sed vide *Cassandrum* eodem pallio occultantem Missæ Sacrificium. *Ecclus* in Ench. nec definit aliter Sacrificium Missæ, quàm ut Sacerdos in celebratione Missæ offerat Deo Patri suum Filium. *Fabian* quoq; *Quadrantinus*, Palin. 4. describens Missæ Sacrificium Pontificium inquit: *Oblatio nostra non est nova Redemptio, sed est facta per crucem redemptionis oblatio quedam & commemoratio.* Hinc apparet verba actionis Liturgiæ convenire cum oblatione Pontificia. *Hier, ad Pammach.* & alios scribens, reprehendit

Probatum Liturgiam continere Sacrificium Missæ Papist.

dit Johannem Episcopum Hieros. quod, quamvis nollet videri defendere crassos Origenis errores; Tamen ita loqueretur ut Hæresios Origenianæ suspicionem non effugeret, usus videlicet Phrasibus ambiguus & quæ pro Origenis Sententiæ intelligi possent, quod à Liturgistis similiter fieri *Possent* locus testis est, qui in Scripto contra Chytreum *Superbè gloriatur Episcopos nostros ipsum Misæ Sacrificium Pontificum in Liturgia sua confirmasse.* Ridiculum vero est quod negas Antagonista, Reverendissimum Archiepiscopum Laurentium Seniore P. M. potuisse improbare Ordinantiam illam Liturgicam, quandoquidem ipsam nunquam viderat. Erat quidem ita intentus sui officij partibus & commodo posteritatis, ut has machinationes Liturgicas in lucem prodirent, non obscure prævideret & animadverteret Licet non esset tunc publicata hæc Liturgia. Testatur id Concilium Ubsaliense, in quo paulò ante obitum, collegas suas Episcopos Pastoresq; Ecclesiarum Sveciæ omnes ad Religionem tunc receptam & approbatam sanctè astrinxit. Testatur id quoq; scriptum ejus contra Herbestum, in quo machinationes Jesuivitas non rarò detegit, inquit non colligunt de Spinis Uvam, neq; de Tribulis Ficus Et quidem didicimus *non ponendam esse in hominibus Religionis certitudinem*, nam auditum est homines eruditos, magnæq; authoritatis viros sæpè blandis declarationibus ita deceptos, ut propter opinionem suam errores approbaverint; quod Orientalibus Episcopis sub Constantio Imp. contigisse Hieronymus narrat, quos se exculantes ita infert, *decepit nos bona de malis existimatio;*

Hofius;

putavimus sensum congruere cum verbū, nec in Ecclesia  
 ubi simpliciter, ubi pura confessio est, aliud in corde clau-  
 sum esse, aliud in labijs proferri. Hofius Cordub. Epi-  
 scopus, qui primus Symbolum Nicænum ejusq; de-  
 creta, quibus Arrius fuit damnatus, subscriptione  
 sua confirmavit, postea Synodo Syrmienti Arria-  
 næ subscripsit. Quod autem temerè dicis, apud  
 vos AntiLiturgistas (ita nos vocas) nihil præter Li-  
 turgiæ usum est inhonestum. Contra tuum illud  
 manifestum mendacium nos consolatur Tranquilli-  
 tas conscientia & Securitas Innocentia, ut Ciceronis  
 utamur verbis. Licet enim ut homines in quibus  
 Spiritus cum carne adhuc conflictatur, non si-  
 mus *avardigni*: Corruptelas tamen sanæ doctri-  
 næ, ne illis contra conscientiam polluamur, fuge-  
 re contendimus. De præparatione S. Cænæ Litu-  
 rgica, quam ut decentem (Momus idololatriam &  
 superstitionem) vocas, despiciamus quid verum sit.  
 Momus dicit: Non convenit gravitati Ecclesie, sed le-  
 vitati Meretriciæ Babilonica ad particulas vestium sin-  
 gulas conceptas demurmurare preces; Nunquam id fecerunt  
 vel mandarunt faciendum Christus & Apostoli:  
 Sed in spiritu & veritate preces fieri voluerunt, & go-  
 sibus liberis, quos cor Spiritus S. motibus accensum pro-  
 fert, rectè fieri cultum Dei consentiunt: Meretrix vero  
 Bab. ejusmodi precum murmurationibus ad Sacras  
 vestes, ad statuas, & similes suas Creaturas directis,  
 omnia Tempa & Monasteria complet. Deinde  
 dicit, innovationem Ceremoniarum pio & gravi  
 consilio Lutheri & aliorum præstantissimorum  
 Theologorum in Germania, etiam Majorum no-  
 Arorum in Svecia abrogata est; idem inquit Hofi-  
 Hofi

Populi de-  
 murmurant  
 preces sine  
 sentis,

*Hufius, Levitas indigna est Ecclesie, restituere Ceremonias, quæ pio & gravi consilio abrogata sunt. Brentius ait: Nullo modo liceat Christiano homini abolitos Ritus instaurare, defendere aut alijs commendare. Item alibi: Malum est si Sacra Papistarum (qualis est hæc præparatio) repetas. hoc enim connives ad Papistarum impietatem, & quantum in externa operis sui specie situm est, mendacem facis tuam ipsius de Evangelio prædicationem. Jam probemus Idololatricam esse hanc præparationem Liturgicam vel eo Nomine, quia introducit consensum cum idolis Pontificijs, ducit jugum cum incredulis, inicitq; consortium cum injusticia, quæ omnia verbum Dei gravissimè reprehendit; Dicitq; Euripides teste Demosthene, Si quis malorum gaudet commercio, rogare qualis ipse sit nihil est opus: Nam quisq; similis est sodalitijs suis. Est & alia gravissima causa, ob quam idololatræ merito censenda est: Nam Scriptura omnis generis opera, quæ ab ingenio humano sunt Nomine cultus Dei excogitata, appellat idololatræ, quod ex Historia Jud. 8. de Gideonis Ephod ex Mich. 6. Jerem. 2. Psal. 105. & similibus locis probat Herbrandus. Hæc præparatio ceremonialis quam Liturgia præscribit, tanquam magnam pietatis seu cultus Divini partem (teste præfatione) non à Deo, sed ab hominibus proponitur: Unde eam idololatræ esse negari non potest. Superstitiosa quoq; est hæc præparatio, quia dum præfatio facit eam cultum Dei, tribuit ei vim & virtutem, quam nec à natura, nec à verbo & institutione Divina habet, quod certè Superstitutionis proprium est. Loquimur autem non de nudis precibus, quibus in vero usu*

Deus

HesHud.  
Brentius.Præparatio  
Liturgica est  
idololatræNobile dictum  
Euripidis.

Herbrand.

& supersti-  
tiosa.

Deus colitur, sed de Ceremoniali recitatione precum ad particulas vestium, in qua, sicut in alijs Ceremonijs magnam partem pietatis præfatio collocat, quod superstitiosum esse merito asserimus. Repurgator Religionis in Svecia primus *M. Olavus Petri Senior* in Præfatione Missæ Svec. Anno 1537 editæ, particulas illas ex Psalmis à varijs Authoribus congestas nec ritè cohærere, nec sententiam, aliquam certam in Missa reddere prudenti iudicio affirmavit. Sed videamus quibus rationibus præparationem illam ab idololatriæ & superstitionis crimine vindicare conaris. Has inquis Allusiones, recitatis precibus ad vestes, Lychnum &c. usitatas esse in Ecclesia propter significationes; Cumq; id fiat in Baptismo sine idololatria & superstitione, nulla erit causa, cur non in præparatione Missæ id fieri possit. Dissimilitudinem tibi non exiguam, monstrare nobis facilimum est. Retentæ sunt quædam Ceremoniæ in Baptismo, ait Archiepiscopus Laur. Senior, p. m. propter infirmitatem quorundam, qui antequam rectè instituerentur, offendi vehementer potuissent Ceremoniarum illarum abolitione. Aliasq; pias causas ibidem recitat. Hæc autem præparatio Missæ, quia impia & in verbo Dei damnata est, non potest revocari. Causæ itaq; diversæ magnam hinc diversitatem pariunt. Et sicut circumcisio Timothei propter infirmos facta, reprehendi non debuit; Ea autem quam PseudoApostoli apud Galatas, tanquam Dei cultum urgebant, atrocissimis verbis à Paulo prohibetur: Ita Ecclesia propter infirmos quædam rectè retinuit; Sed ut similia propter cultum Dei revocet, debet adversari.

Allu-

Cur sint retentæ quædam antiquæ Ceremoniæ in Reformatis Ecclesijs.

Allusiones enim & significationes Papisticæ sunt impiæ. Nam didicimus ex Scriptura quod transferre verbum Dei in alium & planè diversum usum, quàm à Deo traditum est, sit abuti Nomine Dei in vanum. Ipse autem nolens volens fateri cogens verba illa Psalmorum in Liturgia præscripta, non esse à Deo in eum usum tradita, ad quem servandum Minister Ecclesiæ in Liturgia jubetur, & potentiâ Brachij secularis cogitur, quod hodiè fieri videmus. Si enim quis se propter conscientiam servare illa Liturgica non posse confessus sit, protinus ab officio removetur, licet sit irreprehensibilis, unius uxoris maritus, vigilans, sobrius, modestus, aptus ad docendum, reliquisq; virtutibus ornatus, quas Spiritus S. ministro Evangelij necessarias dicit: Tamen illis neglectis removetur propter solam hanc causam, quod Liturgica non servat. Ceremonialem munditiem urges servandam esse in Sacræ Cænæ administratione. Si nihil nobis esset periculi à Pontificijs fraudibus, nec Liturgia se in alijs non verè suspectam nobis redderet, de Lotione manuum non contenderemus, modo ut libera & planè civilis Ceremonia, & non ut pars pietatis præscriberetur servanda. Sed in causa Religionis sunt levissima mutationes suspectæ. Basilius abrogavit quædam in Scriptis Dionysij Alex. quod haberent *Seminaria impietatis*. Hieronymus dicit, *Patres antequam Daemonium illud meridianum (Arrius) nasceretur, quædam minus cautè locutos esse.* Hoc idem Momus tuus ait, scilicet, *Incommoda Patrum dicta erroribus occasio nem desisse & adhuc dare,* quod Liturgia testatur.

Basil.

Hieron.

Incommoda  
locutio facile  
desipit.

Kkk

Nam

Non est oran-  
dum pro re-  
probis circa  
fidem.

Nam latet anguis in herba, dum asseveras non pugnare cum finali causa Cœnæ Dominicæ, docere eam morbos depellere (de morbis corporis hoc te intelligere manifestum est) ægrotos curare &c. Quo quidem dicto valdè gratificaris Pontificijs, qui hoc, quod tu non improbas, potissimum velut sui Regni quæsturam tuentur. Eadem hæc causa à Pontificijs per *INTERIM* superioribus annis est agitata. *Non enim ovum ovo, ut dici solet, similis est quam sunt Liturgica Actiones Interimisticæ & Adiphorticæ*; eadem namq; Tragedia agitur mutatis tantum personis. Orationes pro inimicis non rectè distinguis: Non enim tantum discernenda est res seu causa à personis, ut petamus impiæ causæ destructionem, personis vero conversionem optemus, quam solam distinctionem tu ponis: Sed etiam videndum est quæ personæ sint sanabiles, quæ vero blasphemantes & insanabiles, ac non tam nostri, quam ipsius Dei hostes obstinati. Pro ijs qui sunt sanabiles vota sunt facienda, Blasphemantes vero Deum & pertinacitè defendentes idololatriam E. G. Pontifices Rom. cum Cardinalibus, Episcopis & similibus illius Regni Columnis, sunt reprobis circa fidem, Ergò pro illis non est orandum. Dicit enim Apostolus, si quis Dominum Jesum non amat, sit Anathema, Maranatha, id est, extremo exitio addictus, juxta interpretationem Ambrosij, Hieronymi & Theophylacti. Etsi autem negas per Catholicam Ecclesiam in Liturgia intelligi Romanam: Tamen causas sine dubio Momus habuit non leves, quæ ipsi opinionem illam verisimilem fecerunt. Ita enim Catholica Ecclesia in præf. Liturgiæ notatur, sicut

Ca.

Canon Missæ indicat hac phrasi illam Ecclesiam, in qua est Papa cum suis Episcopis. Nominat etiam Liturgia *Magistratum Ecclesiasticum cum præeminentijs, quod non vera Christi Ecclesia, sed Romana convenit.* Ut igitur Augustinus dicit de Pelagianis, *possit benè intelligi dum vos non odistis:* Ita nos merito dicimus, possent istæ phrasès benè exponi, si non in Liturgia cum Canone Pap. cõformitatem haberent. Neq; cautè loqueris cum dicis per Catholicam Ecclesiam, pro qua Liturgia orat, comprehendendi omnes ab initio mundi electos; Inde enim manifestè sequitur *in Liturgia fieri orationes pro defunctis;* Imò pro ijs etiam qui in Paradiso sunt, quod posterius ipsis etiam Pontificijs absurdum est. Distingvenda fuit Ecclesia militans à triumphante. Magistratus appellationem, quam Pontificiorum, ambitiosa consuetudo Evangelij ministris tribuit, defendis dicto Paulino, quo jubemur eos in honore habere, qui Ecclesijs præsunt: Sed *Ecclesijs præse non est agere Magistratum, sed habere potestatem seu mandatum Dei prædicandi Evangelium* (ut

Liturgia orat  
pro defunctis,

Confel, Aug.

exponit Confessio August.) & remittendi retinendiq; peccata cum Sacramentorum administratione. *Neq; enim (addit) jure divino ulla jurisdictione competit Episcopus, ut Episcopus, nisi remittere peccata.* Estq; præcipuè ministrorum cognoscere sanam doctrinam, & dissentientem ab Evangelio rejicere. Habere ministros Eccl. in honore, non est agnoscere Magistratum Eccl. Sed Reverentè de illis sentire, eos amare, eis obedire in his quæ sunt eorum muneri, ipsisq; alimenta necessaria præbere. Hic non docemus Authoritatem ministro-



Clerici defor-  
mantur officio  
& opere poli-  
tico,

rum esse contemnendam: Sed veram officij digni-  
tatem à Deo non ab hominibus dependentem de-  
fendimus, per quam homines ducuntur ad vitam  
æternam. *Humana vero Authoritas tribuens ea Epi-  
scopis, qua sunt Magistratus Politici, Sacram Ministe-  
rium valde deformat* Quod Bernh. super Cant. &  
ad Eugenium cum eoq; alij demonstrant; Atq; hos  
inflatos ministros Ecclesiæ tanquam portenta,  
quædam verè depingunt. Urges Actionem Litu-  
rgiæ esse preces, quas pij non improbarent: Sed  
verba institutionis Christi non habent preces, sed  
Ordinationem S. Cænæ & mandatum utendi; si-  
cut *Confessio Witteberg* inquit *verbum Cæna est præ-  
dicatio Evangelij & annuntiatio moris Christi.* *Che-  
mnitus* ait, *Adhibemus recitationem verborum insti-  
tutionis, tanquam ordinationem, Mandatum, promissio-  
nem & privilegium Mediatoris nostri Christi, ut  
admoneamur & certi reddamur quid in Cæna Do-  
mini sit faciendum vel credendum.* Quamobrem  
Principes & Theologi qui convenerunt in Urbe  
Mytena Anno Domini 1548. *Princeps Anhalt, Geor-  
gius D. Pfessinger, D. Casper Cruiger, Georgius  
Major* & alij, unanimiter rejecerunt Scholia verbo-  
rum institutionis Christi, quæ Sacrificium Missæ  
Pap. occultarunt, etiam talia rejiciuntur in Philippi  
propositionibus, quas *Paulus ab E. An. 1556. die  
18. Maij in Acad. Witeb. defendit, idem agit Chytraus  
in Levit. Chemnitzus* in 2. parte Exam. agens de Sa-  
crificio Missæ, recitatis hisce mollioribus oblatio-  
nis interpretationibus, quas Liturgia habet, affir-  
mat expressè Missam Pontificiam novis his colori-  
bus in Theatrum produci. Hoc ipsum vocat *Momus*

Chemnit,

Conventus  
Mytena,

Art.

Aristippinam sapientiam, solebat enim Aristippus, teste Horatio, omnia in gratiam hominum simulare, ut voluptate frueretur. Adhuc putas ex ipsius precationis contextu probari posse, vos nullam oblationem aliam cogitare quam unicam Christi in arâ Crucis factam; Eodem colore & Pontificij suam oblationem pingunt. Dicitis vos precari Patrem offerendo Filium ejus, verum non petimus offerendo, sed rogando ut propter oblatum Christum existiamur. Nam petere in Nomine Christi, & per Christum frequentissimè in Scriptura jubemur; offerre autem Christum Patri, nunquam nulloq; loco nobis præcipitur. Quare phrasî offerendi est proles humanæ Audaciæ. Cyrillus inquit, In Nomine meo addit Christus, ut Mediatorem se ostendat, nullus enim accedit ad Patrem nisi per Filium, per quem adducimur ad Patrem in Spiritu Sancto. Itaq; phrasî illa in Nomine meo, Notat ex Sententia Cyrilli adductionem nostram ad Patrem per Christum; Ex Sententia vero Liturgiæ notat phrasî illa adductionem Christi ad Patrem per nos, quæ duo longè diversa sunt. Jubemur commemorationem Christi in Sacra Cæna habere; licet variæ species commemorationis juxta Scripturam possent dici; Inter illas tum non est oblatio Christi. Si fingemus varias species, quid impediret ne circumgestionem Hostiæ & crucis Pontificiam recipere-  
mus, & in hac peteremus Deum nobis esse propitium. Verû cohibenda est hæc licentia fingendi religiosa quæ nobis videntur, si velimus doctrinam Christianam salvam & incorruptam retinere. Quod reliquum est, si testimonijs Doctorum res erit dijudicanda.

Aristippus

Cyrillus

Non offerimus Christum Patri.

nos pro tuis paucis falso allegatis, plurima proferre poterimus, in quibus ipsi hanc eandem nobiscum quaestionem tractantes, non vero aliud agentes, vestram sententiam rejiciunt, nostram vero probant & tuentur. Deum rogamus ut nos in veritatis cognitione intrepidaq; confessione suo Spiritu S. confirmet, te aliosq; seductos in viam revocet, propter Christum filium suum. Amen.

## CAP. XLII.

*Legatio Regis Johannis ad Ducem Carolum de  
Negotio Liturgico,*

**P**ublicatam Liturgiam misit Rex Svec. Duci Carolo Nycopiam, per Legatos suos L. Baronem Georgium Gera in *Ådenös* & Ericum Sparre in *Sundby*, addito Secretario R. Erico M *tthiæ*. Hi venientes Nycopiam die 8. Martij Anno 76. primo rogabant Principem dare suum judicium de publicata hac nova Ordinantia Missæ. Deinde indicabant esse voluntatem Regis, ut hæc Ordinantia in toto Regno, etiam in Ducatu Principis ad usum transferretur, & in Missæ officio observaretur. Postquam auditi sunt Legati, *Respondebat Princeps Carolus, se à Patris Testamento & Reformata Religionis veritate nolle recedere:* Sed revocavit Fratri in memoriam Patris illorum Testamentariam instructionem, quæ monet Regem Patris sui successorem, tanquam caput Regni, præcipuum haberi defensores veræ Religionis, adeo ut si aliquis Fratrum errorem in Patriam inducere conaretur, ut Testamentum Patris violaret, deberet ipse Rex Autho-  
rita-

ritate officij retinere tum Fratrem, tum Ducatum  
ejus in approbatæ synceræ Religionis veritate.  
Hoc ut Rex Johannes fidelitè recognosceret, fra-  
ternè rogavit Dux, seriam admonitionem adjun-  
gens, ne Rex quicquam in Patria innovare con-  
trapium Patris eorum Testamentum, ab Ordini-  
bus Regni publicè confirmatum, tentaret. De  
Regimine sui Ducatus respondebat Princeps id  
sibi à Deo impositum esse, ut juxta Testamenta-  
riam Patris sui donationem & Hæreditariam pos-  
sessionem ab Ordinibus Regni approbatam, suos  
Subditos in pietate & justitia regeret, quod etiam  
se auxilio Dei facturum promisit.

Datâ hac Responsione discesserunt Legati, il-  
lam referentes Regi Johanni. Sed quàm indignè  
illam tulerit, & quàm gravitè Fratri suo Princi-  
pi Carolo hinc fuerit offensus, ex actis infra pa-  
tebit.

Post aliquod tempus declaravit Rex apertè  
odium in Fratrem propter negatam Liturgiam,  
conceptum, id suadentibus Jesuivitis, alijsq; Litur-  
giæ fautoribus. Nam indixit Comitia Holmiæ  
frequentanda eo præsertim Nomine, ut Princeps  
Carolus consensu Ordinum Regni privaretur suo  
Ducatu, aut Regi consentiret, usumq; Liturgiæ in  
suo Ducatu admitteret. De hac sibi intentatâ in-  
juriâ conqueritur ipse Princeps in publico scripto  
Holmiæ excuso. Sed in his Comitijs nihil conclu-  
ferunt Ordines Regni contra Ducem Carolum.  
Ad amovendam autem à se invidiam Regis, misit  
Dux Carolus ipsi Legatos, qui offerrent ei frater-  
nam charitatem & studium, atq; monerent pera-  
man-

Rex Joh. stu-  
dit privare  
Fratrem suo  
Ducatu, cau-  
sâ negatæ Li-  
turgiæ.

Legatio Duca-  
Caroli ad Re-  
gem Johanne

„ manter, ne Rex livori locum daret per malorum  
 „ consiliariorum instigationem: Deinde si qua esset  
 „ offensa, ut Rex plenam fraternamq; reconcilia-  
 „ tionem iniret. Erat legatis datum in Mandatis  
 „ avertere indignationem Regis ab Episcopo Streng.  
 „ M. Petro Jonæ, olim Professore Ubsal. aut excusa-  
 „ re Principem, quod consentiret ejus legitimam,  
 „ fieri vocationem ad Episcopatum, petitione totius  
 „ Cleri in Ducatu factam. Si Rex adhuc urgeret,  
 „ servandam esse conformitatem Ceremoniarum,  
 „ Eccl. in Ducatu cum toto Regno, responderent  
 „ Legati, *non esse liberum Principi propter Patris Te-  
 „ stamentum qui quam innovare in Religione, neq; esse  
 „ in potestate Principis cogere conscientiam suorum Cleri-  
 „ corum, ut deserant Doctrinam Evangelij, ultra 50.  
 „ annos in Patria usitatam, & sigillis ac subscriptionibus  
 „ confirmatam.* Hanc excusationem ut Rex susci-  
 „ peret placidè rogabant Legati: Sed irrita fuit hæc  
 „ legatio Principis. Conscripsit enim Rex Ordines  
 „ Regni, ut Wastenis ad Comitiam comparerent An-  
 „ no 87. quò etiam Ducem Carolum citavit ad qua-  
 „ sita Responsurum. Ibi repetiti sunt multi Articuli  
 „ à Rege Erico fratre illorum, præsertim An. 1561.  
 „ Arbogix statuti, quibus affirmabatur decretum  
 „ esse à Senatu Regni, ne ullus Princeps Hæredita-  
 „ rius propria voluntate sine consensu Regis voca-  
 „ ret Episcopum vel summum Legiferum in suo Du-  
 „ catu. Hoc Decreto voluit Rex Johan. obtinere  
 „ Authoritatem publicandi Liturgiam in Ducatu per  
 „ hos Directores (Episcopum & Legiferum) si hos  
 „ causæ Liturgicæ faventes, invito Principe Caro-  
 „ lo, in ejus Ducatu constitueret. Sed contra Prin-  
 „ cipis

cipis jus & voluntatem neq; in his Comitibus ab Ordinibus Regni quicquam conclusum est. Itaq; licet Princeps Carolus sit multa à seducto Fratres suo Rege Joh. perpeffus, causã negatã Liturgiã; Tamen omnia adversã superavit auxilio Dei, cujus causam defensione verã Religionis agebat.

## CAP. XLIII.

*Edictum Regis Joh. scriptum Episc. de usu Liturgiã;*

**M**ortuo Archiepiscopo Laurentio Gotbo Anno 79. voluit Rex sedem vacare donec exploraret quis inter Episcopos Regni esset primarius Liturgiã defensor, qui in omnibus voluntati Regis se accommodaret. Scripsit Episcopis Edictum de usu Liturgiã strictè servando, ut de cujusvis obedientiã certior fieret. Postquam vero cognovisset Rex Episcopum Wexion. Andrea Laurentij studium & diligentiam mandato Regis obtemperandi, hunc voluit Archiepiscopum tandem confirmari. Edictum Regis huic Episcopo scriptum sic sonat:

Edictum Regis Episcopo Wexionensi scriptum

**N**OS Johannes III. D. G. Svec. Goth. Vand. &c. Rex, gratiam & Clementiam promittimus. Nobis Dilecte Episcopo Wex. non credimus vestrã excidisse memoriã, quod Episcopi & præcipui Clerici in Regno examinarint Novam illam Ordinantiam Missã, dictam Liturgiã, & examinatam approbarint, atq; in Ecclesijs Regni, dum celebranda sit Missa, eam se observaturos, sigillis & subscriptionibus confirmarint. Intelleximus autem plurimos vestrum datã promissionis & subscriptionis, imò debitã sanctitatis & fidelitatis planè oblitos esse: Cum tamen debeant hi homines alijs bono Exemplo præire, & se esse

„ Typum conservatæ fidei demonstrare. Verum  
 „ sciat̃is hanc inconstantiam nobis per omnia di-  
 „ splicere, nec nobis dilectos esse perjuros. Volu-  
 „ mus igitur ut Episcopi omnibus suis Clericis signi-  
 „ ficent nostrum mandatum, quo obligantur uni-  
 „ versi ac singuli Clerici Missam celebraturi, ut No-  
 „ vam hanc Ordinantiam in omnibus suis Titulis  
 „ ac punctis servant. *Quicumq; pro forma saltem recit-*  
 „ *tat præfationem, omisso alijs auctoris Religiosis precan-*  
 „ *tionibus, is non solum privabitur officio ac beneficio*  
 „ *Eccl. sed panâ perjurij plectetur.* Inquisitionem hu-  
 „ jus causæ habebunt quotannis Præpositi, dum ra-  
 „ tionem decimarum in singulis paræcijs exigunt.  
 „ Tunc simul comparebit quilibet Pastor in Districtu Præ-  
 „ positæ habitans, qui juramento suo confirmabit quod in  
 „ singulis Missis totam Liturgiam quoad singula puncta  
 „ servaverit. Si aliqui se excusent prætendentes con-  
 „ tineri in Libris M. Laur. Lectoris in Collegio Hol-  
 „ mensi, quod puncta quædam Liturgiæ censent  
 „ eliminanda, sciant nostri subditi hos Libros à nobis  
 „ planè improbari. Edidit etiam scriptum M. Abra-  
 „ ham. Pastor in Salamis Alandiæ, contra Litur-  
 „ giam; Sed nullis rationibus munitum, ideò do-  
 „ cti Clerici his ineptijs non moveantur, ut à pro-  
 „ missâ fide & virili constantia Sigillis & subscri-  
 „ ptionibus approbatâ deficiant, quin potius no-  
 „ stram voluntatem impleant, ut omnes hos sedi-  
 „ tiosos libros & Scripta Sophistica inquirent, &  
 „ ubicunq; habentur colligant, ad nostram Cancel-  
 „ lariam transmittant. Præcipimus etiam universis  
 „ ac singulis nostris Subditis, ne hujusmodi Libros  
 „ servant vel apud se retineant, multò minus ut  
 „

Modus extor-  
 q. endi usum  
 Liturgiæ.

Novos

Novos libros publicent, & in vulgus spargant, si-  
 ne nostro speciali consensu. Contemptor nostri  
 mandati pœnam seditiosi ac proditoris sustinebit.  
 Hunc zelum Religionis piè fovemus, ne quisquam  
 nobis imputet favere alicui hæresi, sive veteri, si-  
 ve recentiori. Hoc edictum nostrum maturè si-  
 gnificabit Episcopus singulis suis Clericis, ne no-  
 stram nescientes incurrant indignationem. Vos  
 valere & edicto parere volumus. Dat. Lincopiæ  
 19, Maij. An. Chr. 80. Regiminis nostri 12.

*Edictum Regis nunc Episcopo Lincop. M. Marti-  
 no stylo severiori 18 Maij scriptum legitur; quod cum  
 implere nollet Episcopus, in exilium missus se Nyeon-  
 piam contulit; ubi Pastor & Prapostus constitutus est.  
 Excusabant se Capitulares Wex, data Regi Joh. sup-  
 plicatione Anno 80, 18, Febr. quod hætenus in Diace-  
 si ab usu Liturgiæ abstinuissent, donec per Commissa-  
 rios Regis, illustrem D. Canutum Conuti in Dnò. E. A.  
 & Secretarium Henricum Matthia essent in Declara-  
 tione Regis informati; promiserunt S. R. M. obedientiam  
 & fidelitatem.*

## CAP. XLIV.

*Nova subscriptio Liturgiæ ab Episcopis Svec. facta;*

**O**Rdinavit Rex Joh. in omnibus Ecclesijs Ca-  
 thedr. Episcopos suo Edicto obsequentes, à  
 quibus requirebat Novam subscriptionem Litu-  
 urgiæ, quam primò dederunt jussu Regis Holmiæ  
 congregati Anno 82. Mense Januario; Episcopi  
 cum Clericis ex Ubsal. Diaccesi Numero 42. Ex Lin-  
 copensi 19. Ex Scarenfi 10. Ex Arosiensi 13. Ex  
 Wexionensi 9. cum duobus prope Calmariam ha-  
 bitan-



bitantibus. Anno sequenti repetita est subscriptio Episcoporum, singularem illorum obligationem, modumq; administrandi officij declarans, hoc modo.

**N**OS subnotati, *Andreas Laur. Archiepiscopus Upsal. Petrus Caroli Lincop. Jacobus Joh. Scar. Petrus Benedicti Aros. Nicolaus Stepb. Wex. Ericus Erici Åbo. Christianus Michaëlis Reval. Episcopi.* Notum facimus, postquam Divina providentia & dispositioni S. R. M. Joh. III. D. G. Regis Svec. Goth. Vand. Magni Ducis Finlandia, Carelia, Ingria & Woschepetin in Russia inq; Livonia Esthonia Ducis, D. N. Cl. placuit constituere nos inspectores Ecclesiarum in hoc amplissimo Regno, & Directores Ordinis Eccl. Simulq; Religionis ac fidei iudices, primo precamur Deum omnipotentem, ut gratiam nobis largiatur hoc officium rectè administrandi, suoq; Spiritu S. nos dirigat omnia in hoc S. officio ad gloria Dei manifestationem, ejusq; Ecclesia edificationem efficiendi, quò S. R. Majestatis pia voluntas & omnium subditorum utilitas rectè promoveantur. Hoc ut rectius procedat, approbamus & deliberato consilio concludimus servandam esse in nostris Ecclesijs Ordinantiam illam Eccl. An. 75. celebratam, dictam Liturgiam, quam in omnibus suis punctis & prescriptis Titulis strictè usurpandam esse in singulis nostrarum Diacesarum Ecclesijs, promittimus; Conciones proponentur in Ecclesijs ex Bibliorum textu desumpta, sed explicationem Textus à Patrum Antiquorum scriptis rectè hauriendam esse judicamus. Ut autem omnes Clerici hoc facere discant, illorum Patrum Scripta aut huc adferenda, aut hic imprimenda curabimus, qua Clericorum usui inserviant & expetentibus sufficiant, Ordinantiam

etiam Missa Liturgica, in Ecclesijs cuiusq; jurisdictioni  
 subiectis ita servabimus, ut Officia, gradualia, Respon-  
 soria & Antiphonas, juxta morem antiquum, retinea-  
 mus. Dum occasio se offert in summis Festis aut Solem-  
 nitatibus, ut nos Episcopi celebremus Missam, inducimus  
 totum ornatum Episcopalem antiquitus institutum, da-  
 bimusq; operam ut semel ad minimum in anno celebretur  
 Missa Latina in Templis Cathedralibus & Urbanis:  
 Possunt tamen plures Missa simul frequentari Suetico  
 sermone, circa reliqua Templi Altaria, si multi conve-  
 niunt, qui de S. Cana participare volunt. Promittimus  
 etiam dicendas esse agroris Missas, atq; tunc induent  
 Sacerdotes totum habitum officij, vel ad minimum  
 habebunt Amictum & Stotam: Neq; ullas peragent mi-  
 nistri Eccl. partes officij, sive Baptizando infantes,  
 sive sepellendo mortuos &c. nisi albo Amictu sint in-  
 duti. Vigilijs vespertinas die Sabbathi & Solis etiam  
 diebus profestis, sicut & matutinas die Solis & in-  
 ferijs Sanctorum, cantabunt Chorales integrè more  
 priscorum usitatas. Imagines deformatas vel vetu-  
 state tritas removebimus, ne Sanctis sint dedecori.  
 Monebimus Clericos omnesq; Auditores, ut largas con-  
 tribuant Eleemosynas ad sustentationem Sacrorum  
 officiorum in Templis peragendorum, praesertim ne  
 intermittant morituri dare Templis honoraria loco Testa-  
 menti, insuper ut Clerici ac Auditores ditiores assignent  
 Testamentum Templis Cathedralibus curabimus. Ad-  
 huc dabimus operam ut Canonici & ministri Ecclesia-  
 rum Cathedr. edificent praedia Ecclesiae, in illisq; ha-  
 bitent, licet propria possideant. In Ordinatione Sa-  
 cerdotum sedulo studebimus ungere eosdem, si pos-  
 sit circa scandalum & tumultum Auditorum fieri.

Ultimò promittimus, quod ubiq; ceterà obligatione polliceri tenemur, se nos fore fideles Regis N. Cl. & Regina Celsissima subditos, ut quæramus in omnibus actionibus nostris utriusq; M<sup>is</sup> illorum honorem ac utilitatem, damnum vero illorum maturè præcaventis. Post obitum S. R. D. N. Cl. (quem Deus in multos annos differat) sanctè pollicemur nos alium Regem non desideraturos, præter Electum Regem Svec. Illustriss. Sigismundum, cui debitum obsequium præstabimus. Actum & supradictorum Episcoporum subscriptione confirmatum Upsala die 8. Septemb. An. 83.

Aliud scriptum Episcoporum, datum ibidem 10. Septemb. servatur in Archivo R. quo promittunt informandos esse Sacerdotes, ut *adhibeant extremam unctionem super agrotos*.

## CAP. XLV.

Admonitio τῆ ἀνωρύμης ostendens periculum supra dictæ subscriptionis.

**I**N Bibliotheca p. m. M. Martini olim Episcopi Lincopensis, invenitur scriptum ἀνωρύμων, in specie directum ad Ministros Eccl. Svec. monens iteratam subscriptionem Liturgiæ ab Episcopis Svec. factam periculo amittenda salutis non carere; legitur consignatum pio zelo An. 1582. 14. Januar. in hunc modum.

„**P**IE Lector dum miserabilem statum nostræ Eccl.  
 „clesiæ considero, aliqua monere consultum du-  
 „co. Prævaluit sententia Pontificiorum, quæ sta-  
 „tuunt S. Scripturam esse obscuram in salutis ne-  
 „gotio, ut indigeat traditionibus & Decretis Pon-  
 „tificum Rom. Hanc Heterodoxian refutabo, non  
 „tantum ipsis lucidis S. Scripturæ testimonijs, sed pri-

priscorum Ecclesiæ Doctorum consensu. Jabetur  
 1. præceptum Decalogi nullum præter unum Deum  
 esse colendum. Hoc innuit nullus, nisi unius Dei,  
 accipienda verba, præsertim in negotio salutis; idq;  
 Christus suo Exemplo comprobavit, qui implevit  
 Patris sui voluntatem in S. Scriptura revelatam.  
 Hunc Christum Doctorem Pater de cælo bis ca-  
 nonizavit, Matt. 3. & 17. Jam constat unicum esse  
 Deum, quare unica erit Religio vera, & Dei cul-  
 tus uniformis, sicut una fides, unaq; vera Ecclē-  
 sia, cujus caput est unicus Christus, qui alienum  
 Doctorem sequuntur, se à Christi Ecclesia sepa-  
 rant. Præceptum 8. Decalogi inculcat idem:  
*Mendacium dicit qui tempore confessionis Christum  
 ejusq; verba abnegat;* Hunc Christus coram Patre  
 cœlesti neq; confitebitur. Jam quaritur quâ con-  
 scientiâ minister Eccl. qui veritatem Christi didi-  
 cerat & docuerat, possit Dogmati Antichristi sub-  
 scribere? Vehementèr dolendum est vigiles Ecclē-  
 siæ nolle probare Spiritus, sed in utramq; aurem  
 dormiunt. Sic *multi ostendunt se diu habuisse ver-  
 bum, sed illud non servasse.* Noverit certè hac oc-  
 casione uti Lupus, etiam Antichristi Discipuli, qui  
 intrant ovile Christi. Sed quid dicit Deus. Væ Pa-  
 storibus Israël qui pascunt seipsos: Et Christus di-  
 cit, Mercenarij fugiunt. Hi sunt silentes canes,  
 quorum ori fur offam injicit donec frangat do-  
 mum. Hanc securitatem & ingratitude[m] de-  
 clarant Evangelio tam Auditores quam Pastores  
 nostri, quibus sordet simplicitas Evangelij, igitur  
 justa ingratitude[m] pena est, ut Pastores fiant Lu-  
 pi, dicente Gregorio M, *Ecce Numerus Sacerdotum*

Quid agitur  
 in Ecclesia  
 dum vigiles  
 dormiunt?

Gregori

*est plenus: In Messe tamen Dei rarus invenitur operarius: Officium quidem accepimus, sed opus officij non implemus. Considerate ergò quid de gregibus agatur, quando Lupi Pastores sunt: Locum sanctitatis accepimus, & terrenis actionibus implicamur. Legati Antichristi agunt fraudulentè hanc causam, sicut Julianus Apostata persuasit subditis Ethnicismum. Si dicas tuam subscriptionem non approbasse Dogmata Antichristi, experieris id dum satisfacias gloriatiōni Papistarum, qui jam triumphant, dicentes Svecos & Gothos ad unionem Eccl. Rom. esse reductos. O vos Sveci! agite maturè penitentiam, ne tarda veniat cum conscientia cruciatu, quem sequi solet desperatio; Hoc malum audivimus evenisse Archiepiscopo Laur. Gotho, qui primus confirmavit Liturgiā: Evigilata conscientia tantum incutiebat ei mærorem animi, ut inde fuisse eum extinctum Domestici referrent. Hoc ipsum accidisse duobus Pastoribus Holmensibus certi Testes nunciarunt, quod Fr. Spiræ alijsq; Apostatis factum esse Historiæ referunt. Hoc cauterium evigilatæ conscientiæ, qui evitare volunt, falsam sententiam inconsideratè approbatam retractabunt, ut maturè redeant per veram penitentiam ad Christum, quod charis Patriotis ex corde suadeo. De autoritate S. Scripturæ aliàs. Vale pie L, & pro me pigro ora. Deus mihi consilio adsit.*

## CAP. XLVI.

*Amplificatur Diæcesis Lincol. à Rege Johanne III.  
in gratiam Episcopi Liturgici,*

**N**OS Johannes III. D. G. Svec. Goth. Vand. &c. Rex, significamus virum nobis dilectum Rev. M. Petrum Caroli confirmatum à nobis esse Episcopum Lincopensem, cujus fidelitas & prudentia dirigendi hoc officium cum sit nobis notissima, amplificamus eam Diæcesin ut terminos antiquos retineat sc. *totam Ostrogothiam & Slandiam, cum Calmarnda & Districtu Smolandia, sese ibid. lasè diffundente ultra 10. Territoria primum Diæcesi Wex. attributa.* Igitur jubemus omnes ac singulos nostros subditos in hac Diæcesi habitantes, ut huic suo Præsuli Reverentiam & Obedientiam præstent, & quos ordinat ipsis Pastores, libentèr acceptent. *In hac sua Diæcesi habebit præfatus Episcopus, non solum plenam potestatem vocandi & ordinandi Clericos, eorumq; officia & gradus constituendi, tam in Ecclesia Cathedr. quam adbarentibus: Sed & casus Ecclesia in Diæcesi incidentes examinabit & dijudicabit.* Cognovimus etiam prædium Episcopale olim satis magnificè sumptibus Eccl. ædificatum, jam potiori parte corruisse, quod tota Diæcesis restaurare tenetur. Volumus itaq; ut fideles nostri subditi conferant suum huic operi auxilium, imprimis persuadeant suis auditoribus Pastores Ecclesiarum, ne molestè ferant suam hic requiri operam, levis est labor quem multorum manus dirigit. Hoc cum fideles nostros subditos, non solum ratione mandati nostri debitâ obedientiâ, sed simul ratione pietatis sua sponte facturos esse confidimus, non est quod pluribus hoc moneamus. Datum Holmiæ die 28. Septembris Anno Chr. 83. Regiminis nostri 15.

*Exempla mala conscientia illorum qui inconsiderate  
approbassent Liturgiam.*

**I**Nvenitur relatio Professorum olim Ubsaliens.  
M. Nicolai Bothn. M. Petri Kenitij. M. Erici  
Jacobi de Liturgistarum quorundam cauterio,  
quo notati sunt postquam observassent mala ex  
Missâ Liturgica in Ecclesiam Svec. redundantia;  
quam relationem hoc modo scriptam legimus.

» **H**orrenda Exempla visuntur & audiuntur quo-  
» tidie illorum in Patria docentium, qui Litur-  
» giæ subscripserunt, ejusq; usum in dilectam Pa-  
» triam cum simpliciorum scandalo introduxerunt.  
» *Archiepiscopus Laurentius Gothus, qui primus approba-*  
» *tor Liturgiæ & velut Author hujus mali existit,* qua-  
» li sit dolore correptus, & quo marore animi per-  
» turbatus propter suum hoc inconsideratum factum,  
» retulerunt nobis Domestici ejus, qui præcipuam  
» causam præmaturæ mortis ejus fuisse hunc dolo-  
» rem divulgârunt. Idem malum eadem de causâ  
» accidisse Pastori Holm. *D. Jona Birgeri,* ejusq; sac-  
» cessori *D. Jona de Arboga* Holmiam translato no-  
» vimus. Episcopus Aros. *Erasmus Nic.* qui magno  
» applausu voluntatem decepti Regis hac in parte  
» implevit, nec sine terrore conscientia discessit.  
» Talia Exempla considerabunt illi, hujus causæ fau-  
» tores, qui adhuc velo obducto conscientiam dor-  
» mire sinunt. Hi nisi maturè evigilaverint, & con-  
» scientiam Rectam tenuerint, agentes veram  
» & Christianam penitentiam, damnum Francisci  
» Spiræ aliorumq; desperatorum vix evitare possunt

De prædicti D. Jonæ Berg. extremâ confessione legitur hæc relatio subscriptis testibus comprobata.

**A**Nno 80. 6. Novemb. agrotavit peste dictus Pastor Holmensis, & in præsentia nostra edidit extremam suam confessionem, dicens: Meum vehementer agitat animum, quod Liturgiam approbaverim: Sentio jam tandem aculeis conscientia territa propter iram Dei, hjs debitam, qui colludunt cum adversarijs in causa Religionis. Spero remissionem peccati mei omnibus penitentibus copiosè oblatam. Confessio mea scripta, quâ me observationi Liturgia astrinxi, servatur à pio Fratre D. Andrea Pet, rogo ut rescindatâ eam, antequam veniat ad Autom: Eam Scripturam deliberato animo retractâ. Hortor vos presentes in Domino, ut contâ sitâ in causa Liturgica, præsertim ne ereditâ offerri Filium Dei in S. Cana. Ecclesia nunc fluctuat in nostra Patria, Audimus prohiberi ab Auticâ publicam representationem errorum Pontif. inde colligere licet quid querit Liturgia. Post aliquot horas hic piè penitens, acceptâ à verbo Dei consolatione exspiravit. Hujus confessionis Testes adfuerunt, Ericus Petri olim Concionator Holm. Andreas Petri Concionator Monasterij S. Joh. Johannes Salemonsanus Concionator Civitatis. Laurentius Michaëlis.

Alia Confessio D. Andreae Pastoris Enecop. recitata in ejus agone Anno 87. in præsentia multorum sic habet:

**L**aceravi meam conscientiam propter approbatam Liturgiam, sæpè conquestus sum meâs familiaribus, quod fecerit hæc approbatio me multosq, graves & Doctos viros in Patria Hypocritas. Deum misereatur nostrâ, Va posteritati nostrâ, nisi fiat plena conversio



*ad Evangelij veritatem. Ego Salemontanus accessi Pa-*  
*storem Agonizantem, & inveni Nudum in pavimento*  
*sui Musai sedentem. Tunc ego cum reliquis presentibus*  
*hortati sumus Anxium, ut bene speraret: Est copiosa*  
*apud Deum Redemptio. Respondebat, coram Deo meo*  
*hic Nudus & contemptus sedeo, acturus serid paniten-*  
*tiam: Exuere volo unâ cum vestibus omnem Hypocrisim Re-*  
*ligionis, cum approbatione Liturgia contractam. Hoc*  
*nos audivisse & vidisse testamur manuum nostra-*  
*rum subscriptione. Axillus proprius filius. Joh.*  
*Salemontanus, Olavus Henrici Sch. collega. Hæc*  
*Testimonia fereq; totam Historiam Liturgicam,*  
*collegit Pastor Turingensis, Dn. Laurentius Raimun-*  
*dus, qui præsens multis ijs actionibus interfuit,*  
*& adhuc vivit.*

## CAP. XLVIII.

*Instructio Anton. Posssevini Legati Apost. data quibusdam*  
*in Sveciam Missis.*

Admonitio  
 ut Jesuvita

1.  
 Patienter fe-  
 rant molesti-  
 as.

2.  
 Consectant  
 invicem.

3.  
 Occulent  
 suam profes-  
 sionem.

Quod felix faustaq; sit ista missio, ad gloriam Dei  
 atq; ad Tyrocinium Christi militum inchoan-  
 dum, Primò Rev. vestra in ipsum Deum, à quo or-  
 dinatè & legitimè per Christi Domini vicarium mit-  
 tuntur, intuentes, nihili ducant Maria, Terras, pericu-  
 la, contradictiones, dum propter eum ista suscipiunt  
 pericula sive damna, si dicenda sint damna, qui verè  
 sunt lucra.

Ament autem invicem sese, & unanimes sint,  
 idq; operam maximè dent, ne per dissentionum Ri-  
 mas Diabolus aditum sibi sternat ad opus Dei impe-  
 diendum.

In itinere vel cantui vel libro alicui Germanico  
 dent operam aliquando, ne videantur aut patefiant

ijs, unde aliquid incommodi posses oriri: Sese vero tan-  
quam Nuncios à Serenis. Reginae Poloniae ad Ne-  
potem Principem dicant apertè:

Poterunt tamen *recitare suas Horas Canonicas se-  
cretò*, & alijs non videntibus, sive Noctu sive aliàs.

41  
Recitent ho-  
ras Canonicas,

Non prius quarent Navem Gedani, quam ve-  
stes, Mitras sive Galeros *mutaverint*, idq; potius

5.  
Mutent vestes  
officij.

more Germano (ut & famoralia quaedam) *ne agno-  
scentur*. Paratis vestibus, tum dent literas *D. Za-  
charia Leomanno* commendatitias, qui (sicut & Rev.  
*D. Mylonius*) procurabit ut Navis procuretur sive  
in ea quæ ab alijs sit conducta mitiori prætio nau-  
li vehantur.

66  
66  
66

Ubi Deo concedente in Sveciam appuerint, si  
qui Cistas velint videre, ostendant Reginales paten-  
tes funibusq; illigatas dicant pertinere & se & illas  
ad Serenis. Principem. Quod si tum vellent vi-  
dere, parum referret. Sed *Breve Pontificium & lite-  
ras alias retineant apud se*, ut & reliquum pecuniæ  
quam pro viatico acceperunt à S. Pontifice.

6.  
Soli Principi  
Sigis. ejusq;  
Præceptor  
offerat literas  
& Breviarium  
Papæ.

Emant sibi Gedani Stragula, Papyrus, & ali-  
quem Thoracem ex pelle, Ocreas & Vestem ob-  
longam subductam pellibus, quæ pro stragulo in-  
serviat.

71  
Præparent fi-  
bi necessaria  
Gedani

Si Stocholmiæ fuerit *D. Nicolaus Brasch* quærant  
primò de illo, & per illum sive per alium ex his Sve-  
cis qui cum ipsis venient; de patre *Uberto Vandelar*,  
utriq; autem dent literas. Fidentèr autem *D.  
Brasch* dicere possunt, quomodo à Serenis. Regi-  
na ob Musicam procurati sunt, ut isthuc mitteren-  
tur, socium reliquissè ob quædam negotia expe-  
dienda, qui paulò post veniet, Deo concedente.

8.  
Utantur Papi-  
ris Holmiæ vi-  
ventibus ad  
conficiendum  
negotium.

„Salutent meo Nomine D. Petrum *Brasch* quiq; olim  
 „fuerunt Romæ. Rev. Patr. *Simonem Nicovium*, qui  
 „est apud Serenif. Principem, & est societatis no-  
 „stræ, adibunt, qui erit director in omnibus. Post-  
 „quam Serenif. Rex concesserit, ut detur Breve  
 „S. Pontificis Serenif. Principi, de quo Breve po-  
 „terit aperte agere cum D. Nicolao *Brasch*, ut  
 „ille dirigat negotium, cui D. Nicolao uti & im-  
 „primis Serenif. Regi observantiam S. Pontificis  
 „poterunt exponere, nihilq; esse tanti quod effice-  
 „re possit pro dignitate Serenif. Regis & omnium  
 „suorum, quin libentissimè facturus sit.

9.  
 Favorem Pa-  
 pæ Rom. rectè  
 offerant Regi  
 Joh.

Quod si hinc ille acceperit occasionem remo-  
 randi quæ ab ejus sanctitate procuraverat peti, de  
 Dispensationibus utriusq; speciei, cælibatus, &  
 aliarum rerum quarundam, poterunt quod verum  
 est respondere, nempe Nihil esse omissum, quod  
 vel S. Pontifex non cogitaverit, vel ij, quibus hoc  
 negotium ejus R. M. detulerat, non procurave-  
 rint. Fuisse tamen urgentes rationes, quibus id  
 non visum sit concedi posse. Sperare autem ab  
 omnibus Christianis Principibus Regiam ejus M.  
 superaturam esse has difficultates, qui tot alias Dei  
 ductu & suâ sapientiâ superaverit.

10.  
 Instantiam  
 Regis prom-  
 ptè resolvant.

Si urgeret aliquid ut minaretur, aut offende-  
 ret se suspicari ne quid grave suis Regnis accide-  
 rit, ex præsentia R. rum vestrarum, ipse poterunt  
 respondere, spem vestras R. habere in Deum,  
 quod cum non aliud quàm desiderium Serenif.  
 Reginae Poloniae, Amor S. Pontificis, devotio plu-  
 rimorum Regni Poloniae erga Serenif. Principem,  
 amplitudo & virtus ipsius R. M. & imprimis Honor  
 Dei

Dei fecerint ut V. R. obedirent & hæc Maria tra-  
 ijerent, sic nullam ex sese occasionem justam,  
 cuiq; daturus alicujus impedimenti. Confidere  
 autem fore, ut ejus R. M. intelligat non parum  
 suo tempore commodaturam in Regno Poloniae  
 & apud cæteros Principes Christianos, quicquid  
 Testimoij occultati Testes V. R. poterunt redde-  
 re, & Literis & præsentia de Regia Clementia  
 & Sapientia. Quod si hæc suis R. non dicerentur  
 à Serenis. Rege, vel ejus Nomine ab aliquo Se-  
 cretario vel alio, brevi quidem respondere pote-  
 runt in hanc sententiam. Sed tum fortassis expe-  
 diet ut hoc ipsum *Jacobus Hostelius* pulchro chara-  
 ctere, quo delectatur Serenis. Rex, respondeat  
 scripto.

At si spatium temporis nacti fuerint, poterint  
 consulere aliquem, ut *P. Nirovium* patrem ma-  
 gnum, seu *Laurentium Mogni*, *P. Tiburtum* &c. in  
 reliquis dabit (ut & hoc) Deus intellectum, recor-  
 dantes illius quod dixit Dominus, cum steteritis  
 ante Reges &c. De *Johanne Jussolla* Sacerdote,  
 qui fuit Alumnus, & quem misi in Sveciam, per-  
 cupio cognoscere quicquid agat, quomodo se ge-  
 rat, eumq; hortor ut animent, ne sit divinis be-  
 neficijs ingratus: Mihi vero sapè scribat & literas  
 meas illi reddetis, cum sacco suorum Scriptorum,  
 quem illi mitto. De Rebus autem alijs omnibus  
 idipsum cupio scire.

Sed meminerint Rev. V. ne suas literas cuili-  
 bet dent, sed ex consilio fidelium amicorum ac  
 præcipuè nostrorum, ac tum poterunt supponi li-  
 teris D. Zachariae Leomanni, vel D. Nicolai My-  
 lonij.

ii.  
 Utantur conc.  
 filijs sociorum  
 in aula notis  
 simorum.

ii.  
 Rescribant  
 Atq; idemq;  
 troneant so-  
 cios facere.

„ Ionij. *Gabrielem* quem vobiscum mitto, adole-  
 „ scentem Svecum, commendo enixè R. V. is de-  
 „ bet Senem Patrem invisere, & pollicitus est se re-  
 „ diturum, quod sanè percuperem, ut quam pri-  
 „ mum fieret, ut ex Svecia literas accipiam. Fa-  
 „ cultates quas ad animas juvandas commendo V. R.  
 „ conservent & vacent magno animo & longanimi  
 „ patientiâ, missioni vestræ, expectantes beatam  
 „ spem atq; adventum magni Dei, à quo in Mari,  
 „ in Terris, & in anima, & in corpore peto humili-  
 „ mè omnem benedictionem & præsidium, Amen.  
 „ Brunsbergæ die 3. Maij, 1585.

*P. Antonius Fossevinus.*

**CAP. XLIX.**

*Summa Apologia Cleri Strengn. Magistratui exhibita in  
 satisfactiõnem negata Liturgia.*

**P**ostquam in Ducatum Suderman, venissent pij con-  
 fessores veritatù, M. Martinus, olim Episcopus  
 Lincop. M. Petrus Jonæ olim Professor Theol. in Aca-  
 dem. Ubs. cum alijs nonnullis Orthodoxis suaserunt Cle-  
 ricis in Diacesi Strengn. ut resistarent factiõni Liturg.  
 itaq; prodijt hoc Scriptum Antiliturgicum, communi ap-  
 probatione & subscriptione præcipuorum in Diacesi Pa-  
 storum publicatum, cujus summam hic recitabimus.

**Q**uamvis sit bonum concordia præsertim Reli-  
 gionis, nemo satis depredicare novit. Gra-  
 tias agimus Deo, qui illuminavit nostrum olim  
 Regem Sanct. mem.\* Gustavum, ut abjectis tene-  
 bris Pap. nostram Patriam in vera Evangelij luce  
 informandam curaret. Audimus proh dolor, in-

Comi-

Comitijs Wasten. nuper habitis conclusum esse, ut publicata Liturgia, quæ ipsum Evangelium obscurat, in omnibus Ecclesijs Patriæ recipiatur. Dum hæc conclusio Celsissimo nostro Principi prælegebatur, hanc causam prudenter censuit ad Clerum totius sui Ducatus esse referendam, volens causam Religionis à ministris Eccl. præcipuè examinandam. Ideo convenimus nos infrascripti in Synodo Diæcesana, principio Maij Strengnesij, ubi hoc responsum de approbatione Liturgiæ concepimus, quod nostræ Clementis. Magistratui debitâ subiectione offerimus.

Argumenta  
Antiliturgicæ

Primò videmus nullam esse causam, cur Cere- monias in officio Missæ, hactenus in nostris Eccle- sijs piè usurpatis abrogemus, cum certum sit no- stras Ecclesias à tempore Reformationis rectè ce- lebrasse S. Cænam, juxta Christi institutionem, & pium primitivæ Ecclesiæ usum. Varij enim Ritus & splendida Cereemoniæ, in Missæ celebratione ob- servatæ, caperunt in Ecclesia paulò ante Gregorij M. tempora; nec eas sciverat primitiva Ecclesia.

Ordinatio  
Ecclesiarum  
Evangel. non  
erit impro-  
banda, quia

Habuimus in Patria conventus nationales An. 44. & 49. dum Germanicum *INTERIM* nostris majoribus offerebatur dijudicandum, qui concluderunt Nomi- ne totius Ecclesiæ, nullam aliam eligendam esse Reli- gionem, imò nec unicam Cereemoniam Religiosam, præter usitatas, à nostris Ecclesijs esse recipiendam. Hanc conclusionem Religiosam non possunt pij illo- rum successores salvâ pietate infirmare. Conventum etiam Diæcesanum celebravit Clerus hujus Ducatus Nycopiæ An. 77. 27. Sept. ubi repetivit eandem syn- cera Religionis confessionem, eamq; constantè ef- fectè retinendam conclusit.

eam approba-  
runt multi  
veteres patriæ

2.  
Liturgia in-  
troducitur Reli-  
gionem Papist.

Altera causa contradicendi usui Liturgiæ hinc elucet, quod videmus nihil aliud tentari hac innovatione, quàm veræ Religionis Evangelicæ alterationem, & Papist. Superstitionis introductionem. Jam prohibet seriò verbum Dei, non esse ducendum jugum cum infidelibus: Non enim participat justitia cum iniquitate.

3.  
Canon Missæ  
Papist. mutat  
per Liturgiã  
S. Cænæ inti-  
tutionem.

Tertiam causam præbent falsa dogmata Liturgica, involucris verborum tectæ, quæ veri Christiani nullo modo tolerare possunt. Canon Missæ Papist. hic continetur: Sacrificium Missæ plenis verbis (*Offerimus Filium Deo Patri hostiam*) exprimitur, ut fide, precibus, ac devotione peragatur. In his enim, tribus vult Cassander Sacrificium Missæ esse peragendum. Sic tentat Sacrificulus impiissimè mutare Testamentum Christi, etiam contra jus gentium, quod monet omne Testamentum esse inviolabile. Instituit Christus in hac Testamentaria Cæna fieri memoriam meriti sui, per oralem participationem Corporis & Sangvinis sui cum institutis Elementis: Liturgia docet memoriam Christi fieri per Filij Dei oblationem, Deo Patri factam, quæ mutatio Testamenti Christi institutaq; Cænæ, grande Sacrilegium committit.

4.  
Ipsi Papistæ  
defendunt Li-  
turgiam, in  
qua etiam con-  
tinetur Phra-  
ses Papist.

Adhuc cognovimus illum Laur. Norveg. (*Ros-  
ter-Losse*) fidei Pap. addictissimum, defendisse Li-  
turgiam in publico Cleri conventu Holm. An. 77.  
quod certè non fecisset, nisi observasset suam Reli-  
gionem ac fidem Pap. fuisse in hoc libro traditam.  
Sunt etiam desumptæ dubiarum phrasium in Li-  
turgia explicationes ex Pontif. Scriptoribus Grop-  
pero & alijs: Nec retinent ambiguae phrasæ for-  
mam

mam sanctorum verborum. Igitur metuendum est hic, quod scripsit Hieron. de Joh. Hieruf. *persuade-*

Hieron.

*re nobis vult quod pure credat, pure ergo & loquatur.*

Differunt  
phrases Pa-  
trum & Papist.

Uti sunt quidam antiqui Patres vocibus offerendi, sacrificandi, immolandi, de S. Cæna loquentes:

Sed planè alio sensu quam S. Scriptura de Sacrificijs V. T. loquitur. Hunc sensum juxta usum V.

Test. conantur Papistæ nobis auctoritate Patrum, obtrudere, dum hi ipsi ijs phrasibus de Sacra Cæ-

na utuntur. Fuit autem talis locutio Antiquorum tunc minimè scandalosa, quia *primitiva Ecclesia*

*planè nesciuit Sacrificium Missæ Papæ, quippe contenta unico Christi Sacrificio propitiatorio.*

Adhuc premit Liturgia Canonis Papæ vestigia eo nomine, quod *orat pro omni Magistratu Eccl.* vi-

5.  
Liturgia orat  
pro Ecclesia  
Antichristi,

delicet *Papæ ejusq; officialibus*, qui soli hoc Titulo gaudent: Hos tantum abest ut agnoscamus Magi-

stratum Eccl. ut ipsum Papam, Antichristum, ejusq;

Cardinales & Episcopos esse infelices Bestiæ Apocal. fateamur. Sic videmus Liturgistam

orare pro Regni Antichristi amplificatione, ut mutetur forma Ecclesiæ nostræ Evangelicæ, & subi-

iciatur Papæ Romæ. Facit insuper hic Canon Missæ institutionem

6.

Christi dubiam, imò vanam, dum *orat Sacrificulus, ut Deus permittat hæc Elementa fieri in usu Corpus &*

Ipsaq; præsu-  
mit dare S. Cæ-  
næ efficaciam,  
postpositâ  
Christi insti-  
tutione.

*Sanguinem Christi.* Quod dum Sacrificulus præsumit se per orationem obtinere, frustra Christum

hoc in S. Cæna instituisse concludit. Variæ Cere-

monia Sacrificuli in vestitu & affectibus declarandæ, non solum introducunt contra verbum

Dei. Ritus V. T. sed simul tribuunt vestibus va-



rijsq; Dei creaturis, efficaciam singularem, precibus sacrificuli acquisitam, quam verbum Dei nec precibus nec Creaturis concedit.

7.  
Etiam intro-  
ducit Ritus  
superstitiosos  
& meritum  
operis operati.

Ex hoc facto sacrificuli, emergit error noxius fidei Christianæ, sc. Sacrificulum mereri ex opere operato gratiam Dei & remissionem peccatorum, ijs conferendam pro quibus Sacrificium Missæ offertur. Hoc modo aboletur meritum & satisfactio Christi. Pluresq; errores continet ipsa Liturgia: Sed nominati sunt manifestissimi.

8.  
Præfatio Li-  
urgicæ conti-  
net multiplex  
crimen falsi,

*Præfatio Liturgia neq; caret impietate.* Accusat Scriptor majores nostros destructæ pietatis adiditq; eos dehonestasse ministerium Ecclesiasticum & ipsam Religionem brevibus cancellis inclusisse. Quæ accusatio sat gravis, & calumniam & mendacium manifestè continet, teste Historia Ecclesiæ nostræ.

Nec minor calumnia, potius blasphemia in Deum est, dum præponit præfationis Author traditiones hominum ipsi verbo Dei, affirmans nos indigere ad servandam sanctitatem, ultra verbum Dei, ipsis præceptis hominum; Quasi hæc præcepta sine Spiritu Dei tradita, majorem in cordibus hominum excitarent pietatem, quam ipsum Dei verbum, quod digito Dei scriptum est, & motore Spiritu Sancto exercitium pietatis dirigit. Adidit præfatio grave crimen falsi, idq; multiplex, dicens 1. Non aliter esse informatos nostros auditores, quàm ut possint liberè suis affectibus indulgere, negligendo pias suorum Pastorum admonitiones. 2. Veram Religionem planè contemni, hominesq; nihili æstimare conciones Sacras

eras, nisi coërceantur statutis hominum. 3. Licet Traditiones hominum quondam multæ essent superstitionis: Tamen (ait Præfatio) non posse eas fieri huic populo superstitionis, quia fortis populus Svec. est magnanimitati & læveritati, non Hypocriticæ superstitioni assuefactus. 4. Præsumit Præfationis Author, certos esse datos à Christo & Apostolis dies jejuniorum, precum & distinctionis ciborum ac Festorum; qua in parte hic Scriptor est oculatior Augustino, qui affirmat se nullibi hoc legisse. 5. Adhuc dicitur homines per assuefactionem fieri sanctos, si usui traditionum piarum libentè acquiescant. Verum sola illa externa sanctitas, mandato Dei destituta, est Hypocritica non vera. 6. Cum Ecclesia nequeat carere Ceremonijs, ergò recipiantur (ait) Ritus antiqui, in Ecclesia Catholica (*Sic vocat Romanam*) usurpati. Colligit hic Author plures fictas causas, urgendo populum à pietate deficere, nisi recipiantur Ritus Liturgici; cum nullos habeamus (*calumniatur*) in nostris Ecclesijs circa usum Sacræ cænæ frequentatos.

Plures errores & calumniæ possent ex ista præfatione produci: Sed allatæ satis ostendunt, & posteritati persuadebunt nos habuisse sufficientes causas damnandi Liturgiam, ejusq; usum è nostris Ecclesijs profligandi, præsertim cum obtrudant nobis Liturgiam hanc formam Missæ, non tanquam *иди́я По́повъ*, sed tanquam cultum Dei huius gestibus perficiendum,

9.  
Liturgiam usum  
magnum  
damnum Pa-  
triae insulis.

Hæc factio Liturgica magnum Patriæ damnum  
hactenus intulit; Academiam Ubsal. dissipavit, &  
Collegium Jesuiticum per ClosterLassium Hol-  
miæ reliquit; Multos discipulos S. literarum abdu-  
xit Ant. Posslevinus in Romana fide instituendos:  
Alij etiam bonæ indolis juvenes missi sunt à Litur-  
gicis Romam, qui in Patriam reversi, multa lo-  
ca infecerunt doctrinâ venenatâ, in quorum gra-  
tiam sunt multi Orthodoxi docentes, sedibus suis ex-  
pulsi, & officio Eccl. privati. Multi perterriti Li-  
turgiam inconsideratè approbarunt; Sed malâ con-  
scientiâ gravati, aculeos mortis senserunt vivi.  
Multi libri Papistici sunt in Patria publicati, non  
tantum sermone Latino sed ipsi sunt in Svecicum  
sermonem translati, ut simplex populus eorum le-  
ctione citius seduceretur. Hoc approbare neq;  
possumus neq; debemus, modo velimus Religio-  
nis veritatem ad seram posteritatem esse transmit-  
tendam.

10.  
Propagatio  
veræ doctrinæ  
(non falsæ Li-  
turg.) erit ad  
posterum trans-  
mittenda.

Speramus igitur Serenissimum Magistratum,  
nostrum nolle conscientias gravare nostras, urgen-  
do Liturgiam in nostras esse recipiendam Eccle-  
sias. Protestamur in conspectu Dei, nos nullo mo-  
do hæc scribere odio Magistratus: Sed agnosci-  
mus Magistratum polit. esse bonum Dei ordinem,  
ad servandam justitiam & pacem in mundo summè  
necessarium. *Si transgrediatur Magistratus suos  
limites, præcipiendo contraria verbo Dei & Ecclesie  
ejus noxia, veniam nobis dabit quod Apostolicam do-  
ctrinam eorum Exemplo comprobata (Oportet Deo ma-  
gù obedire quam hominibus) intrepidè servandam, &  
quicquid tandem in hac vita nobis accidat, firmi-  
tèr*

tèr tenendam judicamus. Ultimò commenda-  
mus Deo assiduis precibus suæ Ecclesiæ curam, sup-  
plicantes per Jesum Christum, ne deferat nos: Sed  
Ecclesiam in nostra Patria sibi colligat, quæ ejus  
gloriam æternùm celebret. Amen.

Huic Apologiæ subscripserunt *Henricus Gadole-  
nus* P. in *Våling*. *Reinholdus Rogvaldi* Past. Streg.  
*Petrus Melartopæus* Lector Sch. Str. *Ericus Andree*  
Sch. Rector. *Matthias Marei* Concionator Ducis  
Aulicus. *Olaus Martini* Sch. Nyc. Rector. Et plu-  
res in Ducatu Clerici numero 46.

*Contra primam Apologiam Strengnensium scripsit  
Archiepiscopus Laur. Gothus, cum toto Clero Diacesos  
Ubsal. Etiam Episcopus Scar. Jacobus cum toto suo Cle-  
ro. Item Clerus Diaces. Lincop. omnes urgebant Streng-  
nenses se Liturgia opposcentes, commisisse crimen læsæ  
Majestatis. Quare dicebant se societatem illorum nol-  
le, neq; illos agnoscere fratres, aut veros esse ministros  
Eccl. volebant, donec Ordinantiæ publicè approbatam  
reciperent.*

Præscriptam Apologiam Strengn. jussit Dux  
Carolus, ut Scholares in Ducatu viventes, Streng-  
nesij, Nycopiæ, & Oerebrogiæ exscriberent, &  
cum Pastoribus in Ducatu communicarent.

## CAP. L.

*Acta Eccl. tractata Calmarnia Smol. An. 371*

**C**onventum indixit Rex Svec. Joh. III. Calmar-  
niæ Smolendorum frequentandum, ut Ordi-  
nes Regni deliberarent & concluderent in præsen-  
tia Electi sui Regis & Principis Hæred. Sigismundi,  
ante-

antequam in Poloniam abiret, quid esset concludendum ad servandum bonum Patriæ statum, dum hi ipsi suo tempore sub unius R. Sigismundi imperio cum Regno Poloniæ viverent subjecti. Factâ deliberatione conclusi sunt, ad Ecclesiæ Succ. & Religionis conservationem, sequentes Articuli.

1. Rex Sigismundus succedens mortuo Patri in Regno Hæred. non plures de Polonia secum adferat in Patriam Prædicatores Pontificios, quam quos in sua Aula sustentat, & Religionis administratio in Aula Regia requirit.

2. In causis gravissimis quæ integrum Patriæ statum concernunt, quærat Rex consilium Episcoporum Svec.

3. Usus Religionis Evangelicæ sit liber omnibus Regis servis, in Svecia natis & educatis; nec quisquam Illorum contemnatur, aut ludibrio cachinnovè excipiatur à conservis suis vel subditis Regis de Polonia venientibus, alienæ Religionis addictis.

4. Rex alet publicis sumptibus quosdam Studiosos, præsertim ex singulis Diæcesibus duos, qui Lingvas & Studia colant, ut in necessarijs Regni officijs, præcipuè Cancellariâ, operam suam in Patriæ utilitatem conferant.

5. Nullus Studiosus alienæ Religionis addictus ad publica Patriæ officia promovebitur, ne sit occasio excitandi tumultum in Patria, & ne Religio approbata periclitetur.

6. Episcopi Svec. non admittant ullam mutationem Ceremoniarum Eccl. nec alias, præter jam receptas superaddere præsumant.

7. Salaria & Reditus Episcoporum ac Clericorum, etiam proventus monasteriorum non debet Hæred. Rex Sigismundus post mortem Patris diminueri: Sed omnia Ecclesiastica piè ordinata conservare, ne ofores S. ministerij occasionem confundendi & dehonestandi Ordinem Dei, inveniant. In Cænobio Wasten, qui volunt participare de S. cæna sub utraq; specie sit illis liberum: alij sint contenti ibid. uno Sacerdote Pontificio.

8. Sectarijs, qui diversam à nostra Religionem defendunt, sit interdictum habere publicos congressus, ne scandalo sint infirmis Patriotis.

9. Calendarium sit in Patria unum, illudq; antiquitus receptum Julianum.

10. Electus Rex Svec. Sigismundus coronabitur suo tempore in Patria loco consueto, idq; non ab alio, quàm ab Archiepiscopo Ubsal.

11. Papa Rom. non intradat in Patriam Archiepiscopum, aliosve Episcopos: Sed electio horum fiat à Patriotis, & consueto processu peragatur. Hos articulos pluresq; ad Statum Patriæ politicum pertinentes approbarunt & subscriptione confirmarunt nominati Reges Joh. III. & Sigismundus cum ordinibus Regni Calmarniæ congregatis, mense Septemb. An. Chr. 1587.

## CAP. LV.

*Affecuratio Regis Joh. Patriotis facta pro pio sui Filij Sigism. futuro Regimine.*

**N**OS Joh. III. D. G. Svec. Goth. Vand. &c. Rex, gratiam & Clementiam Regiam. Notū sit omnibus  
 O O O no.

„ nostris subditis, Ecclesiasticis & Politicis, Nobi-  
 „ libus & plebeis in toto Regno & adhærentibus Pro-  
 „ vincijs habitantibus, dilectis: nostrum Filium, il-  
 „ lustris: Principem Sigismundum, vestrum Hæred.  
 „ & Electum Regem, esse libera Electione magnifi-  
 „ corum & Illustr. Ordinum Regni Poloniae, ma-  
 „ gniq; Ducatus Lithuaniae agnitum & salutatum,  
 „ Regem Pol. Quamquam hoc ipsum negotium,  
 „ nobis propositum diu deliberaverimus, præviden-  
 „ tes non minimas esse ab utraq; parte urgentes ra-  
 „ tiones: Ab una parte monuit integer Status Poli-  
 „ ticus utriusq; Regni, esse constituendum & fo-  
 „ yendum fœdus horum Regnorum, per unius Re-  
 „ gis in utroq; Regno directionem. Ab altera parte  
 „ voluit varietas temporum cautionem esse adhi-  
 „ bendam. Nam *optimè deliberata fortiuntur quan-*  
 „ *doq; infelicem eveniunt.* Factâ tamen deliberatio-  
 „ ne vicit certa intentio boni propositi, ut assenti-  
 „ remur voluntati Illust. & magnificorum Ordinum  
 „ Regni Pol. magniq; Ducatus Lith. mittentes di-  
 „ lectis, nostrum filium Illustris. Principem Sigis-  
 „ mundum in Poloniam, ut ibi Rex coronaretur,  
 „ & amplissimo eidem Regno, magnoq; Ducatu  
 „ præesset, quod hodiè factum, eiq; Regimini be-  
 „ nè consultum esse jam omnes intellexistis. Hoc  
 „ facto non abdicavit se dilectissimus filius noster  
 „ Hæreditariâ successionem administrandi Regimen  
 „ Patriæ. Nolite cogitare ita profectum esse dile-  
 „ ctis. Filium nostrum in suum Regnum Eclogi-  
 „ cum, ut non rediret in Hæreditarium. Si qui sunt  
 „ qui hoc vobis suggerant, nolite credere. Si ha-  
 „ beat Rex Polon. per Dei benedictionem Hæredes

Masculos, ad patriotas maturius redire poterit. Sin-  
 minus constituamus in nostra Testamentaria Ta-  
 bula quodcunq; videtur consilio nostri Dilecti Se-  
 natus, huic Regno (dilectæ Patriæ) utilissimum, &  
 salvis semper privilegijs cujusq; & jure Regni, præ-  
 fertim donatione Hæreditariâ Nostri Dilectiss. (S.  
 memoriæ) Parentis integrâ, quâ Statum Filiorum  
 suorum salvare & honorare voluerit. Hoc Testa-  
 mentum ubi videritis fideles subditi, volumus ut  
 id servetis integrum. Nec obruat vos metus in-  
 tempestivus, fortè osorum suggestionibus immif-  
 sus, quod *Religio in patria usitata mutetur fœdere  
 & societate Polonorum, adeoq; nostram Ecclesiam suo  
 tempore videri Papa Rom subjctam.* De his rebus  
 & Statu Patriæ nostræ tam Eccl. quàm Politico  
 salvo, satis sumus literis & Sigillis confirmati,  
 priusquam Dilectiss. Filium nostrum in Poloniam  
 ablegaverimus. Quod vos fideles subditos scire  
 volumus. Datum *Worckholm* 15. Sept. An. 87.

## CAP. LII.

*Rex Joh. proscripsit contradicentes Liturgiæ.*

**R**elatum est Regi Svec. Joh. III. quod Clerici  
 Patriæ, non tantum exulantes causâ Religio-  
 nis, sed plures in Patria remanentes, qui Orthodo-  
 xian rectè defendebant, scripsissent simul cum Cle-  
 ricis in Ducatu Suderman. viventibus, Argumen-  
 ta Liturgiam improbantia; & inter illa vehemen-  
 ter culpasset phrasin Liturgiæ, *OFFERIMUS  
 DEO PATRI FILIUM SUUM HOSTIAM PU-  
 RAM;* quam phrasin dixerunt defendere Sacrifi-  
 cium Miltæ Papisticum: Inde Rex insimulabatur



aperuisse defensione Liturgiæ, Patentes valvas Jē-  
 fuvitis & Religioni Pontificiæ. Quod certè con-  
 spici inde probabant, quia Catechesis Canisij Pa-  
 pist. esset hic impressa, ut juvenus citius disceret  
 integram fidem Rom. Hac causâ irritatus Rex  
 tulit ægerrimè accusationem Papismi sibi imputa-  
 ri. Fecit itaq; *Edictum, ne ullus Clericorum Litur-  
 giæ adversantium*, quos exceptit Nomine seditioso-  
 rum & S. R. M. calumniatorum, *haberet Regiam  
 defensionem in toto ejus Regno*: quin potius multa-  
 vit hos omnes pænâ proditorum, pacisq; publicæ  
 Turbatorum, ut amitterent vitam & bona sua,  
 Vitam si salvare cuperent, in solo Ducatu Suder-  
 man. eos manere jussit. In hoc Edicto *explicitè  
 Rex phrasin OFFERIMUS FILIUM DEI*, dicens:  
*Asini illi nesciunt Papistas in sua Missâ offerentes Fi-  
 lium Dei Sacrificium pro vivis ac mortuâ, non uti vo-  
 ce offerendi, sed sacrificandi. Neq; nos reddimus Swe-  
 zicè illud OFFERIMUS Offero sacrificare: Sed Gram-  
 bára proferre.* Ergò nobis falsò imputant Papismum.  
 Urgent Canisij Catechisin esse hic impressam, quod  
 nobis ignotum est. Cumq; velint hi seditiosi tur-  
 bare Patriam (*sic Rex*) & contra Homagium suum  
 omnem fidelitatem nobis debitam renunciant, eos  
 tanquam perjuros & putrida Regni membra reseca-  
 bimus, quod singulis ac universis notum facimus, ne  
 alij horum infidelitatem in Exemplum trahant. Dat.  
 Calmara 12. Februar. Anno Christi 88. Regiminis no-  
 stri 20.

*Hoc Edictum publicatum est coram Magnâ frequen-  
 tiâ populi in Templo Ostrogothia Rudby congregatâ, quod  
 se audivisse, idq; exscripsisse testatur Pastor olim Stenen-  
 sis*

fit D. Jonas Klint, De Calmarâ progrediens Rex venit in Arcem Steteburg, quò convocavit Clericos in Gothia & Smolandia habitantes, quibus explicuit suam Apologiam, demonstrando totam hanc innovationem Ceremoniarum Liturg. fuisse intentione augenda pietatis susceptam: Quo modo se à suspitione Papismi posse liberari præsumpsit.

## CAP. LIII.

Apologia Cleri Strengnens. scripta ceteris Clericis in Patria.

POSTquam Episcopus Strengnensis M. Petrus Jonæ, cum Pastoribus, omnibusq; Clericis in Ducatu habitantibus audivissent se causâ Religionis fuisse à Rege Johanne III. perjuri condempnatos, convenerunt Oerebrogiâ principio Aprilis Anno Christi 88. ibi concluderunt se necessariò purgandos esse à suspitione falsi dogmatis, & crimine perjuri. Verum cum intelligerent ipsum Regem nolle illorum Apologiam admittere, consultum duxerunt eandem scribere Episcopis & Clericis totius Patriæ, ut candidi Patriotæ, præsertim in ministerio Ecclesiastico constituti, tum intelligerent illorum innocentiam, tum observantes Argumenta illorum, quibus veritatem Evangelij contra motus Liturgicos defendebant, citius Orthodoxiæ veræq; sententiæ adhererent. Sic prodijt Apologia Nova Strengnensium, scripta Clericis cæterarum Diæceson, licet ab omnibus Episcopis non fuerit accepta: Servatur tamen in Archivo R. quæ tunc Lincopensibus & Scarensibus data erat.

Repetuntur in illa rationes Antiliturgicæ supra Cap. 49. explicatæ, cum seria admonitione, ne ministri Eccl. æstiment veritatem Religionis ex arbitrio esse dijudicandam, multò minus ne alios inauditâ causâ velint condemnatos. Huic Apologiæ subscripserunt iidem, qui priori Apologiæ superius Cap. 49. recitatæ, sua addiderunt Nomina.

## CAP. LIV.

*Liturgia peperit novas Turbas Holmiæ.*

Circa Annum Christi 90. disputabat M. Ericus Skipperus Rector Holmens. cum Archiep. Andrea, de innovatione Religionis per Liturgiam, factâ, & quia Skipperus vicit superiorem, privavit Rex Rectorem Scholæ Holm. suo officio, in Archiepiscopi defensionem. Cumq; Skipperus opponeret se Pastori Holm. M. Petro Pauli, qui etiam Ritus Liturgicos defendebat, est Skipperus carceri mancipatus. Verum multi erant in Ecclesia Holm. qui Skippero & veritati rectè favebant, ideò hæc controversia Pastoris & Rectoris turbas non minimas excitavit Holmiæ. Ad sedandum tumultum voluit Rex etiam Pastorem Holm. officio privatum esse. Postquam igitur Concionatores priores essent Holmiâ profligati, missi sunt à Rege in Templi Suggestum Jesuvitæ: Sed hos noluerunt Cives audire, quare Templum aliquandiu non frequentarunt. Idem legimus factum in Ecclesiâ Samosatenâ, postquam Eunomius esset introductus Episcopus. Hist. Trip. l. 7. c. 16. *Igitur coactus est Rex Svec. scribere Episcopis Patria, ut singult*

gull mitterent duos Concionatores, imprimis Civitatum Pastores, Holmiam, quorum dona exploraret illa Ecclesia, & ex probatis eligeret sibi Pastorem. Sic venerunt Holmiam ex Diœcesi Lincop. duo Pastores, D. Clemens Wastenensis & D. Ericus Norcopensis, qui aliquo tempore in Ecclesia Holm. Sacro ministerio præfuerunt, & voluntatem Regis impleverunt, itaq; hos domum remisit Ecclesia, certo Pastore orbata. Tandem ex Diœcesi Wex. venerunt Holmiam duo Pastores D. Steno Magni & D. Jonas Andr. horum dona postquam Ecclesia Holm. probasset, elegit primum sibi Pastorem; Sed quia hæc vocatio displicuit Regi (siquidem, D. Steno Liturgiam planè damnavit) sunt & hi Pastores domum remissi, neq; invenit Ecclesia Holm. adhuc Pastorem.

## CAP. LV.

*Epistola Archiep. Andrea, & Capp. Ubsal, carceratis Professoribus scripta.*

**S**alutem in Domino aternam. Accipimus literas vestras, in quibus excusationem scribitis, cur novam Missa Ordinantiam, dictam Liturgiam, approbare, & illa nobiscum totoq; ferè Regno uti nolitis. Quanquam multa responderi possent, qua in aliud tempus deferimus; Tamen paucis nostram mentem habitote. Accusatis Clementiss. Regem nostrum velle per Liturgiam in dilectam Patriam introducere falsam doctrinam, præcipuè Hæresin Antichristianam; Nosq; Hypocritas proclamatis, quod huic proposito resistere nolimus. Miramur autem simulq; dolemus vos in tantam Animæ per-

perturbacionem sanæ mentis deliquitum incidisse, et  
 oblitus sitis & verbi Dei & vestri ipsius. Verbum Dei  
 prohibet falsum Testimonium, nec ipsum admittit, esse  
 Principi populi maledicendum. Vos ipsos negligitis,  
 qui vultis probi viri veritatisq; amantes videri, quod  
 secus fieri res ipsa loquitur. Quanto perniciosior sit  
 perditio Anima quam corporis, tantò gravius erit ac-  
 culari pium Regem velle Subditos esse Hæresi infe-  
 ctos quàm Tyrannide perditos. Si possitis effugere cri-  
 men læsa Majestatis ita Regem nostrum accusantes, co-  
 gitare. Intelleximus ex pia declaratione Liturgia à S.  
 R. M. facta, nullam planè impietatem, nedum Anti-  
 christianam Idololatriam per Liturgiam defendi. Nosq;  
 sumus in conscientia persuasi, quod Actio Liturgica  
 non sit oblatio Papistica. Si quis Sacerdos in Missa  
 Liturg. hoc modo suis cogitationibus peccat, intendens  
 facere Sacrificium Papisticum, sit hac culpa ipsius, non  
 Ordinantis Liturg. Quod proclamatis nos præter me-  
 ritum Hypocritas, Antichristi servos, & veritatis Evan-  
 gelica desertores, audire vice versa necessum habetis,  
 vos jure blasphemos, calumniatores & extremè menda-  
 ces homines vocari. Dum externam munditiam, quam  
 Liturgia manuum lotionem injungit Sacerdoti Missam  
 celebraturo, tantà vehementiâ negatis, vos sordibus  
 assuetos, perpetuâ immunditiæ gaudere liquet; Quare  
 non probare potestis vos esse mundi Spiritus servos. Vi-  
 demus vos irritari obstinati M. Abrahami Exemplum,  
 ac probare Libros ab ipso partim in furore, partim ex  
 diffidentia editos. Hoc modo sperare auxilium no-  
 strum & amicitiam non potestis, ut vestram causam  
 apud S. R. M. agamus, quo liberemini ab indignatio-  
 ne Regis vestroq; carcere, nisi supplicibus precibus vestram  
 infatigabiliter

*Infantiam deprecari velletis, & saniora consilia eligatū. Hoc si à vobis fieri cognoscimus, speramus conditionem vestram futuram mellorem: Siquidem mitissimum & Clementiss. Regem habemus, qui gratiam suam cuius fideli ac obediēti subdito deferat promptissimam, Valete Ubsal  
13. Januarij Anno 90.*

## CAP. LVI.

*Responsio carceratorum Professorum:*

**G**Ratiam & pacem per Christum. Rev. D. Archiepiscopo & Capp. Ubsal. advenerunt vestrae Literae, nihil aliud urgentes, quam nos commississe crimen læsæ Majestatis recensendo errores in Liturgia publicatos. Ut autem gravem hanc accusationem amoveamus, respondemus *aliud esse planeq; diversum suam edere confessionem, sive veram, qualem scimus esse nostram, sive falsam, qualem* Crimen læsæ majest. non committitur confessione fidei, *Hæretici formant: Aliud est rursus crimen læsæ Majest. committere; Hujus criminis causas, illiusq; Reum describit Lex positiva & ejus pœnam definit. Si hæc duo diversissima confunderentur, arguerentur Christus & Apostoli, omnesq; Martyres commississe crimen læsæ Majestatis offendendo Magistratum & superiores veritati adversantes. Imo! Nihil esset hoc modo discriminis inter Hæreticos in Deum blasphemos, & eos qui Magistratum contemnunt; sive Nihil differrent peccatores Ecclesiam offendentes ab ijs qui politiam perturbant Hinc constat confessores veritatis qui gloriã Dei querunt, aliosq; in viã veritatis ducere cogitant*

*Ecclēſiæ prodeſſe, non illam offendere, tantum abeſt ut  
 ſibi ſuum Magiſtratum contemnunt.* Deo enim dant  
 ſua juxta Chriſti mandatum, nec Cæſari ſubtra-  
 hunt debitam obedientiam. Quod ſi confeſſio  
 noſtra eſſet impia, quod abſit, aut Hæretica; Non  
 tamen committeremus crimen læſæ Majest. con-  
 tradicentes noſtro Regi aliter informato, quia  
 Hiſtoria Eccl. monſtrat multos etiam Hæreticos  
 ſuam pravitatem publicaffe, eoq; nomine ſuis pijs  
 Regibus reſtitiffe, quos tamen pijs Reges criminis  
 læſæ Majest. reos non fecerunt: Sed convocato  
 pio conſilio eos verbo Dei refutarunt; cujus verbi  
 Dei genuinum examen nos non refugimus. Ad-  
 huc probatur ex ipsis ſcriptis, quæ in cauſa hujus  
 controverſiæ dedimus, nos ſemper honorificentif-  
 ſimam noſtri Magiſtratus feciſſe mentionem. Non  
 enim hominem in terrâ agnoſcimus Rege noſtro  
 ſuperiorem, neq; poteſtatem noſtri Magiſtratus  
 ſubjicimus alicujus Terreni, ſed ſolius Dei imperio,  
 noſq; paratos offerimus, more fidelium ſubdito-  
 rum, pro S. R. M. incolumitate, omnia noſtra,  
 etiam vitam deponere; Hoc non eſt Magiſtratu  
 inobedientem eſſe, multo minus erit crimen læ-  
 ſæ Majest. committere. *Probatum autem manifeſ-  
 tæ demonſtrationibus incruentum illud Sacrificium  
 Miſſæ Pap. in Liturgia contineri, hoc ſola veſtra Ne-  
 gatio non refutat.* Diſtinctio, quam adfertis inter  
 Sacrificare & Offerre (*Offra och Frambära*) non ex-  
 culat factum Sacrificuli, offerentis in Miſſa Liturg.  
 Filium Dei ipſi Patri Hoſtiam ſanctam &c. ut ver-  
 ba Liturgiæ expreſſè ſonant, ex Canone Pap. de-  
 ſumpta. Si poſſitis probare ex verbo Dei hanc  
 obla-

oblationem pie rectèq; fieri, cur non affectis præbationem: Sin minus, cur non agnoscitis vos Sacrificium Missæ Pap. defendere? *Proferre in vedines hac tria se: Liturgiam, Nostram confessionem, & Vestram Refutationem*, de ijsq; quærite iudicium exercitatissimorum Theologorum nulli parti addictorum, quorum sententiam ex verbo Dei desumptam exoptamus. Hoc si facere renueritis, causam vestram redditis omnibus pijs suspectam, ut ferre lucem nequeant. Interim confessionem nostram constantè retinemus, exoptantes toto corde ut ad unitatem fidei salvificæ redeant seducti, omnesq; in Christo valeamus.

*Nicolaus Olaf Botho Petrus Keniclus, Ericus Jacobi.*

## CAP. LVII.

*Obligatio præscripta carceratù Professoribus*

*18. Decemb. An. 91.*

**E**GO N. confiteor me liberatum esse de carcere Holm. singulari clementiâ S. R. M. ut aliquot diebus in civitate liber permaneam, res meas dispositurus, quò peragam faciliori viâ ad eum locum, quem à S. R. M. mihi præscriptum cognoscam. Quontiam verò deceptis me opinio vana in negotio Liturg. qua cogitabam S. R. M. velle per Liturgiam introducere Ritum Sacrificandi in V. T. usurpatum, aut acceptare Sacrificium Papist. induentium: quam meam opinionem jam agnosco ex Declaratione Regiâ fuisse falsam, eamq; in contemptum S. R. M. confictam. Quare polliceor emendationem, ne in posterum hæc defamatio Regiâ Me nullam apud me inveniat locum, neq; sum admissurus ut quisquam à me



efficiatur ore vel opere, scripto vel consilio, privatim vel publice, quod S. R. M. voluntatem in causa Liturg. vel alia infringat: Neq̄ committam ullo tempore quod S. R. M. ejusq̄ Regia familia damnum & dedecus commiserit, venamq̄ Regis indignationem mereatur. Hoc promissum ut cautius observem & inviolatum habeam, obtestor Deum ipsum hujus jurejuramenti violati vindicem futurum, ut perdat non solum corpus & vitam meam si hoc transgressus fuero; Sed de aeterna salute me hac causa excludat, à quâ pœnâ nullâ me preces aut deprecationes etiam sanctissimorum; imò nec Remissio peccatorum aut Sacramenta Ecclesiæ me liberabunt. *Hanc meam obligationem propria manus subscriptione confirmo. Datum ut supra.*

Post 4 dies vid. 22. Dec. transmissâ est carceratis Professoribus forma obligationis paulò mitior, cujus Exemplar est in Archivo R. Sed eundem sensum retinet.

### CAP. LVIII.

*Apologus Professorum cur nolent subscribere præscripta obligationi.*

Quamquam obedientiam S. R. M. debitam absq̄ omni excusatione præstare sumus paratissimi, quod subscriptâ obligatione antea promisimus: Tamen alia continet hæc nobis præscripta obligatio, quæ approbare salvâ conscientia non possumus. Quare excusationem hanc nostram ut S. R. M. placidè suscipiat supplices rogamus.

Primò dicit obligatio nos aliorum relatione esse edoctos, quod S. R. M. velit introducere Sacrificia V. I. per usum Liturgiæ receptum. Hoc  
 qua-

nunquam cogitavimus, multò minus S. R. M. imputavimus, nedum ut dicamur aliorum relatione hoc audivisse. In principio hujus Actionis retulerunt nobis S. R. M. Mareschallus & Secretarij Regem nostrum de nulla alia accusasse nos causa, nisi de negata Liturgia. Nec quicquam conducit causæ Regis, quod recipiamus in Nos fictam aliquam, quæ officiat honori officij nostri: Neq; sit tanta nostra imprudentia (ut Nota sit nostra simplicitas) ut ab alijs confictas criminationes S. R. M. blasphemantes faciamus nostras.

Deinde *fatemur nos in causa Liturg. moderatiorē observasse, ut neq; otiosas Disputationes institueremus contra Liturgiam, aliosve motus hac de causâ in Regno excitaremus: Neq; alijs dissuaderemus usum Liturgiæ vellemus, qui sine læsione conscientia se posse eadem uti præsumerent.* Dum Secretarij indicarunt nobis S. R. M. mandatum, ut aut Liturgiæ subscriberemus, aut exilio mulctaremur, excusavimus nos submissè haud posse salvâ conscientia usum Liturgiæ approbare, provocantes ad Concilium Evangelicorum Nationale haud ita pridè (Anno 72) Universalis Religionis causâ congregatū, ubi omnis mutatio Religionis est prohibita. Cumq; hæc Liturgia reliquerit in Patria magnam discordiam Clericorum, judicavimus consultam ut *Ecclesia Christi tantomalo vexata, etiã hęc sua libertate & consuetudine uteretur, congregando concitum liberū, quod hanc controversiam juxta definitionē verbi Dei tolleret.* Intellegimus quidem S. R. M. varijs negotijs polit. obrui, ne sentiat damnū in Ecclesiam Patriæ per hos motus Liturgicos redundans; *Educatur pessimè nostra juvenitute*

*Dogmata Pap. passim in Regno sparguntur: Doctrina Evangelica in Aug. Confess. publicata, ludibrio exponitur: Patria nostra propter mutationem, juxta approbatam Liturgiam, vera Religionis, male audit in omnibus Ecclesijs Evangelicis.* Dedimus igitur nostrum fidele consilium, ut Scholarum inspectio vigeret in Patria solito major & melior. Quandoquidem hæc causa ad totam Ecclesiam in dilecta Patria pertineat, supplices oramus, ne S. R. M. velit hanc causam facere nostram, ut nostra subscriptio vergat in præjudicium toti in Patria Ecclesiæ. Juret S. Scriptura confessionem Religionis ac fidei esse cuiq; Christiano liberam, quam singuli dabant omni promptissimam petenti, Hac libertate nos posse ac debere gaudere judicamus. Quod postremo additur in præscripta obligatione, ut *nulla preces nec deprecationes, imò ne Sacramenta, aut potestas remittendi peccata Ecclesiæ concessa, liberent absoluantq; peccatorem, est hoc in Ecclesia inauditum, & verborq; Dei planè contrarium.* Nam facilè peccamus omnes, & remissionem peccatorum offert ac exhibet Deus cuiq; verè pænitenti; Nec quisquam hic excluditur, nisi qui indurato animo se gratiâ Dei indignum reddit. Insuper continet obligatio nos eò ablegandos esse, quò S. R. M. præscribit. Speramus nos aliquid tale à S. R. M. & dilecta Patria non promeruisse, præsertim *ut sine deâ finitâ judicis sententiâ quid mali patiamur.* Ad extremum supplicibus verbis rogamus S. R. M. ut moderatam obligationem æquitati conformem nobis præscribat, cui salvâ conscientiam subscribere possumus, quò perveniamus ad nostros de carcere libe-

liberati, saltem quoad tempus beneplacitum, ut nostri nos commodius alant ac sustentent. Hoc beneficium Regiâ clementiâ miseris exhibitum, Deus noster largè compensabit.

*Hunc Apologum cum Professoribus supra Cap. 56. nominatè, scripsit carceratus M. E. Skipperus;*

## CAP. LIX.

*Consultatio Wexionensium de Liturgiâ*

**A**Nno Chr. 92. 20. Maij convenit Wexioniæ totus Clerus Diæceseos, ut audiret Literas Regias, quæ usum Liturgiæ à ministris Eccl. strictè servandum esse jubebant, simulq; præcipiebant Episcopo Wex. mittere duos Pastores Holmiam, qui & nunciarent Regi, quomodo Clerus Diæceseos observaret Liturgiam; & præessent aliquandiu sacro officio in Ecclesia Holm. certo Pastore destitutâ. Itaq; consultârunt præsentis Clerici Diæceseos, quid in causa Liturg. esset necessariò agendum, & Regi respondendum. Subscripserunt quidem multi illorum cum suo Episcopo ipsi Liturgiæ, pridem in Diæcesi publicatæ, quare difficilior erat nova consultatio, an diutius hac approbatâ Missæ ordinantiâ uterentur? Vicit tamen veritas & terror conscientie, qui turbavit cordatiores Pastores, ne Liturgiæ faverent: Itaq; Argumenta Liturgiam improbantia collegerunt præsentis Clerici hoc modo. 1. Liturgiâ pugnat cum

*Rationes oppositæ Liturgiæ*

tum,

tum, ne ullæ Ceremoniæ ex eo tempore in Ecclesiâ nostram introducerentur, præter usitatas, & à Tempore Reformationis receptas. 2. Senior Archiep. p. m. Laur. Nericius dicitur hanc Ordinantiâ Missæ & innovationem Ceremoniarum, (de quâ paulo ante obitum audivit) canè & angve (ut dicitur) pejus odisse. 3. Antequam introduceretur hæc forma Liturg. & de mortuo Archiep. seniore esset publicata fama, sunt attentatæ variæ artes Pontificiæ, promotioni Liturgiæ inservientes; vid. 1. Bibliothecæ instructissimæ Archiepiscopi, & Fratris ejus Pastoris Holm. sunt scriptis Ecclesiæ Christi necessarijs spoliatæ per Secretarium M. P. Fechtenium, cui hæredes Archiepiscopi revisionem Bibliothecæ demortui sui Patris commiserunt, planè ignorantes tectum fucum ejus Pontificium. 2. Assentatores Pontificij & hac pravitate Hæretica infecti, qui prius erant abjecti, omniq; honore Eccl. privati, jam summis sunt dignitatibus condecorati. 3. Prohibetur à Liturgistis, ne quis in Pontificiorum errores invehatur. 4. Coludebat Secret. Fechten, ferè præcipuus director Causæ Liturg. cum adversarijs Evangelij. Adhuc intelligimus 4. Liturgiam obtrudi Ecclesiæ reluctanti, sublato libero ejus judicio, de rebus ad Religionem, conscientiam, & salutem pertinentibus necessario. 5. Hæc Nova Ordinantiâ referata est erroribus multiplicibus, cum verbo Dei pugnantibus, imò in Filium Dei blasphemis, scil. *Filium Dei esse offerendum in S. Cana Deo Patri Hostiam puram*, juxta morem non solum incruenti Sacrificij Papist. Sed etiam Ritu Vet. Test. ad quod  
per-

pertinuit oblatio Sacrificiorum, venturum Messiam præfigurantium. Item *commendatur externa sanctitas Sacrificiis*, præscriptis vestibus, in quibus Missam celebret, ornati, ut ejus opus operatum aliquid conducat veræ oblationi Sacrificij Christi.

6. Miserrimus fuit obitus multorum applausorum Liturgiæ, quorum cruciatus conscientiæ vix potuit levari promissionibus gratiæ Dei, in S. Scriptura copiosè datis cuiq; verè pænitenti. Hæc omnia terrent nos (*dicebant Wexionenses*) & iudicium animi suspendunt, ne usum Liturgiæ diutius in nostris Ecclesijs tolerare possimus. Igitur conclusum est à tota præsentè Synodo, ut confessionem Antiliturgicam mitterent submissè S. R. M. data hac occasione, quod Rex ipse sibi mitti duos Pastores à Diacæsi Wex. posceret.

*Invenitur etiam in Archivo R. supplicatio Episcopi Aros. Olai Steph. Nomine Cleri in Synodo s. Septem. (Anno suppresso) congregati, transmissa Regi Joh. rogans humilimè moderationem Cereemoniarum Liturg. propter repugnantem conscientiam, ex inconsideratâ subscriptione Liturgia sauciata. Hac tamen supplicatio non est subscripta Nominibus aut Sigillis corroborata.*

## CAP. LX.

*Epistola Episcopi Wex. Regi Joh. scripta, & supplicatio Wexionensium, confessionem eorum Antiliturgicam continens.*

**I**llustris. Sereniss. Rex Dn. Clementiss. S. R. M. sit fidele meum servitium & debitum obsequium semper paratissimum, quoad vixero.

**L**iteras S. R. M. accepi hisce diebus, quibus jubear duos Honorabiles Pastores de hac Diœcesi mittere Holmiam. Convocavi totum Clerum, Diœces. ejusq; consensu hos duos, *D. Stenonem Magni P. Wex. & D. Jonam Andr.* elegi, ut præscriptum iter ingrederentur; Per hos deferimus nos omnes Clerici ad hanc Diœcesin pertinentes, S. R. M. fidele nostrum obsequium, supplicibus precibus rogantes, ut S. R. M. nobis suis subditis Regiam gratiam ac solitam Clementiam benignè declaret, præcipuè *ut puram Evangelij Doctrinam, Sacramenta, & Cerefontas in Reformatis Ecclesijs Evangelicis usitatas retineamus, juxta solennem promissionem in vestra Regia coronatione subditis factam, & confirmatam approbatione S. R. M. V. in Nationis conventu Upsal. Anno 71.* Viguit enim in dilecta Patria Annos sat multos, controversia Religionis de Ordinantia Missæ Liturg. introducta, ex qua multorum anxietas, dubitatio de certitudine Religionis, mutux suspiciones & contentiones Doctiorum, animorumq; distractiones extiterè; simulq; diffidentis conscientix exempla propter mutatam Religionem, numero non exigua novimus.

Quapropter S. R. M. submissè rogamus, ut S. R. M. propter conscientix bonitatem mutuamq; concordiam retinendam, liberet nos ab hac innovata Missa, permittendo Ecclesiæ Christi in nostra Patria libertatem Evangelicam sub Reformatione Ecclesiæ nostræ ante An. 60. à nostris majoribus piè approbatam. *Hoc modo non erigimus carnalem licentiam vivendi sine ordine, nedum libertatem administrandi sacrum officium in Ecclesia absq; pijs Cerefontis.*

*montijs & præscriptâ Regulâ: Sed libertatem à Christo  
 acquisitam exoptamus Sartam Testam, ne humanâ tra-  
 ditionibus necessario obligemur in causa Religionis; ne-  
 vè cultus Dei formetur juxta hominum inventio-  
 nem, sed ex præscripto Dei verbo, sicut Deus ipse  
 tam in N. quam in V. T. fieri jussit. Vitam no-  
 stram quod attinet, promittimus eam fore Reli-  
 giosam, & divinâ gratiâ piam verboq; Dei confor-  
 mem, non vero licentiosam, ne auditores nostri  
 inhonestâ Clericorum vitâ offendantur. Etiam  
 præcavebimus, quantum in nobis est, tumultus &  
 scandala vulgi, ne quis insimulet nos hæc mala  
 fovere per quæsitam moderationem præscriptæ Li-  
 turgiæ. Pro pio ac felici Regimine S. R. M. V.  
 divinam clementiam quotidie supplicabimus, ne  
 quis inferat nos debitam Magistratui obedientiam  
 hac moderatione denegaturos. *Quod sit constans  
 omnium nostrum tam Pastorum quam Diaconorum hæc  
 confessio, adeoq; firma protestatio contra Missam Litur-  
 gicam,* (quicquid tandem divina providentia nobis  
 hac de causâ evenire permiserit) Subscribimus cum  
 Rev. nostro Episcopo huic confessioni consensu  
 unanimi scriptæ & S. R. M. submissè transmissæ,  
 nostris manibus simul omnes, eamq; sigillis no-  
 stris confirmamus, ipsi Deo hanc causam fidelitè  
 commendantes, qui rectissimè novit nos hac con-  
 fessione non querere seditiones aut tumultus, neq;  
 velle datâ operâ mandato S. R. M. resistere: Sed  
 recta nostra conscientia verbo Dei informata, te-  
 statur studium nostrum fovendi pacem veram & san-  
 ctam fidelium cum Christo unionem, adeoq; S. R. M.  
 Patriæq; dilectæ veram & æternam felicitatem ac*



salutem. Ut autem hæc concordia & unio fidelium in dilecta Patria promoveatur, pe iumus submissè ut S. R. M. conscribat Nationale Concilium à pijs Patriotis, præsertim Doctioribus frequentandum: quicquid fuerit in eo juxta verbi Dei veritatem constitutum, & quæ Ordinantiæ Eccl. fuerit tunc approbata, & promittimus nos eandem spontaneo Spiritu servaturos. Hanc læsæ nostræ conscientiæ, propter usum Liturg. quærelam submissè committimus S. R. M. Patris Patriæ consideratissimi piæ deliberationi, sperantes & humilimè rogantes ut hæc supplicatio, confessionem nostræ fidei continens, clementer accipiatur. In Domino nostro Jesu Christo Salvatore mundi unico S. R. M. cum Regia domo & familia hic & æternùm rectè valere exoptamus. Dat. Wex. 28. Maij, An. Chr. 92.

## CAP. LXX.

*Primum Responsum Regis Job, datum duobus  
Pastoribus Wexion.*

MIRAMUR (ait Rex) tantam existere nostrorum subditorum aut audaciam negandi obedientiam suo Magistratui debitam, aut oblivionem sui, quæ retractant promissam fidem, præsertim in causa Religionis, quam omnes constantè tueri debemus. Quomodo igitur vos Pastores cum vestris in Diœcesi Wex. Fratribus, qui iniquam supplicationem nobis obtulistis, vestramq; fidem retractastis, effugiatis crimen læsæ Majest. vestrum, erit cogitare: Intermittimus intempestivam esse hanc vestram Turbationem, dum nos minus rectè dispositos, sed ægritudine laborantes, vestris iniquis

quīs supplicationibus gravare audetis. Quare vos  
 perjuri reos ad vestros Fratres domum remitti-  
 mus, aliās inquisitioni in hanc causam, quod fran-  
 gere vestrum juramentum, quo obligati sitis obser-  
 vationi Liturgiæ; Idq; Sigillis & subscriptionibus  
 confirmatum, revocare non exhorrescatis? Atta-  
 men Clementiam nostram pluris æstimantes quàm  
 vestram infidelitatem, promittimus nos Clementiã  
 Regiã hanc insaniam vobis condonaturos, modò ve-  
 litis deprecari culpam, & excusare scandalum ad  
 alios Patriotas ex vestro hoc inconsiderato factò  
 promanans.

*Dato hoc Responso iusti sunt hi Pastores domum  
 redire, ut nuntiarent toti Diacesi Wexionensi senten-  
 tiam Regis esse, ne juramentum Clericorum de obser-  
 vatione Liturgiæ subscriptum possint revocare, neq;  
 usus Liturgiæ in alijs Diacesibus receptus possit muta-  
 ri: Videretur enim talis mutatio agere totum Regnum  
 perjuri reum, quam publicam defamationem noluit  
 Rex tolerare. Dicebat tamen internuncius Regem  
 consentire, ut hi Pastores domum reversi predicarent  
 eam suis in tota Diacesi Fratribus ea, quorum ratio-  
 nem Deo & Magistratui suo possent suo tempore red-  
 dere. Verum emissi Pastores hac Responione potius  
 gravati quàm animo levati, noluerunt ad suos redire,  
 ac tota referrent. Expectabant igitur aliud Respon-  
 sum quod infra datum legitur.*

## CAP. LXII.

*Epistola Carceratorum Professorum ac Pastorum scripta  
 duobus Pastoribus Wexion,*

**S**alutem & pacem per Christum, Rev. pijq; viri  
*D. Steno & D. Jona*, passionem nostras quas propter  
 negatam Liturgiam ferre cogimur vix depingere sty-  
 lo satis miserabili possumus. Tamen recreati su-  
 mus non minimum adventu vestro exoptatissimo,  
 dum non tantum Legationem vobis commenda-  
 tam rectè administratis, offerendo S. R. M. suppli-  
 cationem Nomine totius Diæceseos Wex. scriptam,  
 de abroganda in Patriæ Ecclesijs Liturgia: Sed si-  
 mul publicam confessionem Evangelicæ veritatis  
 coram Rege totaq; Ecclesia Holm. è suggesto in-  
 fractâ constantiâ editis. Hoc cognoscentes, pri-  
 mum agimus gratias infinitas Deo omnipotenti,  
 qui auget Numerum confessorum veritatis, ut  
 confirmetur fides simplicium Christianorum Evan-  
 gelio credentium, & furor contradicentium mi-  
 nuatur. Precamur Deum ut vos Confessores omnesq;  
 veritatis amantes conservet, omnibusq; illumina-  
 tis gratiam largiatur in hac confessione ad finem  
 vitæ perseverare. Insuper exoptamus ut hæc le-  
 gatio Smolandensium ad conversionem multorum  
 seductorum & seræ posteritatis piam informatio-  
 nem succedat, quò hæc Liturgia aut sua sponte  
 evanescat, aut convocato Concilio Nationali ju-  
 stam audiat proscriptionis sententiam. Vobis  
 autem Rev. viri demus Testimonium rectæ fidei  
 & constantè explicatæ veritatis Evangelij, cui  
 confessionem nostram adjungimus, profitendo nos  
 eadem fide præditos esse, eademq; spe salutis vo-  
 biscum gaudere. Hanc unionem servandam eli-  
 gimus non ad faciendum Tumultum in Patria,  
 multò minus ut persuadeamus alicui resistere suo

Magistratui: Scimus enim (gratia Deo) quid de-  
 beanus Magistratui, ne denegemus ipsi Deo sua.  
 Non resistimus Regi sua præcipienti: Sed *corrupte-  
 las vera Religionis, falsaq; dogmata per Liturgiam in-  
 troducta repudiamus.* Dicit declaratio Liturgiæ  
 certitudinem Religionis & salutis ex duobus esse  
 petendam, sc. ex verbo Dei & Traditionibus ho-  
 minum, quæ duo ita inversè tractanda esse vult  
 Glossator, ut in pueritia attendant salvandi Tradi-  
 tiones hominum, ex quibus discant pietatem mo-  
 rum & devotionem Religionis; Facti vero adul-  
 tiores, informationem verbi Dei ad perficiendam  
 salutis cognitionem audiant. Hæc multaq; alia  
 falsa dogmata peperit Liturgia, quæ multi docti  
 pijq; viri salvâ conscientiam approbare nequeunt;  
 unde variæ Disputationes & Altercationes non  
 solum à Pastoribus, sed à communibus auditori-  
 bus ubiq; instituuntur, alijs probantibus, alijs im-  
 probantibus usum Liturgiæ: Ex quibus simultati-  
 bus seditiones aliaq; incommoda solent oriri.  
 Omnia mala Liturgiæ: factionis enumerare vix  
 possumus: *Schola in Patria deseruntur: Juventus no-  
 stra informatur in Scholis Jesuiticis, multisq; discen-  
 tium recte informatorum se numero seductorum adjun-  
 gunt.* Qui sunt doctrinâ Pap. imbuti, ad magnos  
 honores & publica officia Eccl. promoventur. Ex-  
 empla sufficiant in Capitulis & Regalibus benefi-  
 ciji Eccl. conspicua, ubi præsident homines indo-  
 cti, curantes præbenda non Religionem. Hinc  
 Patriam Nebulis involvi Religionis videmus. Ali-  
 qui docti in summis honoribus Eccl. constituti,  
 Hypocrisin profitentur agnoscentes impietatem.

Perversa infor-  
 matione juven-  
 tutis

Pessima Litur-  
 giæ effecta.

Liturgiæ, sed medicinam adhibere nolentes, inde cauterium conscientiæ contrahunt, quod deum in Agone persequentur. Exempla satis notabilia non ignoramus. Hæc damna Ecclesiæ nostra, dum vos Rev. viri cum vestris fratribus cogitatis adhibito Remedio maturè tollere, retractantes extortam à vobis subscriptionem Liturgiæ, hoc pium factum vobis ex animo gratulamur, optantes plurimis Patriotis eandem Dei gratiam, ut cognoscant & constantèr retineant veritatem Evangelij. In Domino vos valere & salvos domum redire optamus. Holm. die S. Olai An. 92.

<i>Ericus Olai Skeperus.</i>	<i>Nicolaus Olai Both.</i>	<i>Petrus Kentius.</i>
<i>Engelbertus Engelb. Holm.</i>	<i>Ericus P. Heltingus.</i>	<i>Ericus Jacobi.</i>
		<i>Johannes Johannis Täbyensis.</i>

## CAP. LXIII.

*Alterum Responsum Regis Joh. moderationem causa Liturgica continens.*

**R**EX Svec. Joh. agritudine pressus majori sollicitudine causam Liturg. recognovit, præsertim jam monitus à Commissarijs Cleri Wex. ad quorum supplicationem S. R. M. oblatam *Illustr. Regina Gunilda*, quæ in veritate Evangelij erat ab infantia rectè instituta, suam addidit fidelem commonefactionem, persuadens suo marito Illustris. Regi hos motus Liturg. & dolos Pontificios esse maturè vitandos. Divina bonitas quæ nolit mortem peccatoris, Regem de termino mortis & agendâ penitentiâ etiam singularitèr monuit, dato  
in

in Nubibus signo 20. April. Anno 92. Tunc enim apparuerunt sereno Cælo circuli variè colorati, perpendiculariter supra Arcem Holm. positi, quos Rex videns exclamavit, ad me pertinet signum, Deus miseretur mei: *Sylv. Phrygè* *Deus excitavit conscientiam Regis Joh.* *Testis est mihi Deus, quod Novam Ordinationem Missæ non approbaverim in gratiam Papa Rom. Sed ad excitandam Reverentiam Sacramento Cæna Dom. debitam. & ad augendum S. S. ministerij Eccl. honorem. Demiror autem inconstantiam Clericorum in Patria, qui modò improbant quod antea magno applausu tanquam probatissimum invenunt. Cumq; Nullus Magistratus sit Dominus conscientiarum, nolim ipse cogere Clericos ut Novam Missæ ordinationem servent, quam jurant se non posse salvâ conscientia usurpare. Deinde iussit Rex Joh. duos Senatores Regni infra Nominatos respondere Commissarijs Cleri Wexionensis moderandam esse causam Liturgicam, quâ Responsione accepta voluit eosdem ad suos redire, quod ita factum est. *Eph. sola Senatorum sic sonat.**

Salutem & amicitiam nostram cum prospero successu rerum gerendarum. Rever. Dne. Episcopo & Clerici Diæces. Wex. amici dilecti, Notum sit vobis Commissarios vestros *D. Sienonem & D. Johannam*, huc venisse vestris supplicationibus munitos, qui

„ qui, licet prædicaverint aliquoties in Ecclesia Hof-  
 „ mensi, tamen concreditam sibi legationem rectè  
 „ administraverint, offerendo S. R. M. vestram sup-  
 „ plicationem, quam R. M. judicavit maximè intem-  
 „ pestivam, hoc præsertim tempore fuisse, dum R. M.  
 „ non solum gravia tractat ad continuandum bellum  
 „ Muschov. necessaria: Sed insuper ægroto laborat cor-  
 „ pore. Auget intempestivum adventum vestrae le-  
 „ gationis, quod Supplicatio vestra velit illam esse  
 „ revocandam Missæ Ordinantiæ, quam Doctissi-  
 „ mi in Patria Clerici & cum illis vos ipsi, ante an-  
 „ nos aliquot, tanquam Ecclesiæ utilissimam appro-  
 „ bastis, & manuum vestrarum subscriptione confir-  
 „ mastis. Hanc vestram supplicationem, licet intem-  
 „ pestivam, accepit S. R. M. sibi oblatam placido vul-  
 „ tu, & juxta consideratissimum suum judicium de-  
 „ dit vestris Commissarijs Responsonem pio Rege  
 „ dignam, quam ipsi Commissarij coràm referre  
 „ sciant, & ut hanc Responsonem obtinerent, nos  
 „ pro nostro officio & benevolo affectu in vos ipsamq;  
 „ causam propensissimo, apud S. R. M. summo co-  
 „ natu laboravimus; idq; optavimus hac addita con-  
 „ ditione, ut *Clerici Diac. Wex. sint cum alijs in Regno*  
 „ *subditis S. R. M. fideles, ejus & Familia Regia utilita-*  
 „ *tatem ac commodum summâ curâ quærentes, damnum*  
 „ *& dedecus quovis modo avertentes*, quod ipsum &  
 „ Homagio vestro conveniens est, & ad officium  
 „ vestrum præcipuè pertinet, tam in persona exe-  
 „ qui, quam ut auditores vestros in eodem fidelita-  
 „ tis obsequio sanis consilijs & gravibus adhorta-  
 „ tionibus contineatis. Ultimò addimus fidele no-  
 „ strum consilium, monentes Rev. Episcopum scri-  
 „ bere

bere suis Clericis seriam admonitionem, ut ipsi in  
 precibus, pietate, & gravitate morum continuam  
 transigant vitam, ne justa indignatio R. M. com-  
 prehendat incautos, incompósitos, inq; officio  
 desides. Quod superest commendamus vobis hunc  
 juvenem studiosum *Job. P. Ungium*, qui vestra pro-  
 motione usus est ut Stipendium Regium obtine-  
 ret, quod hac perturbatione rerum fieri non po-  
 tuit &c. Valet. Dat. Holm. 30. Julij Anno 92.

*Claudius Biellé.*

*Benedictus Ribbing.*

CAP. LXIV.

*Gratulatio M. Abrahami scripta Diacepi Wexlow.  
 ob Rejectionem Liturgiam.*

**S** Reverendo Episcopo, Religioso Capitulo &  
 venerabili Presbyterio Diac. Wex. Dominis  
 & Fautoribus & Fratibus in Christo honorandis.  
 Macte virtute, macte pietate infracta, sic namq;  
 itur ad astra, sic occupandum Regnum electis con-  
 stitutum ab initio. Atq; hæc ipsa est salutaris il-  
 la, quam Christus suis Apostolis demandavit in-  
 structio, cum steteritis ante Reges &c. Beati itaq;  
 qui in insignis & constantis hujus confessionis (qua-  
 lem Christus coram Pilato edidit) laude primi estis,  
 faciem pietatis toti Patriæ præferentes, & salvifi-  
 cam Religionem nostram ex damnabilibus Anti-  
 christianis corruptelis religiosè vindicantes, & pu-  
 ram ad posteritatem transmittentes. Simul etiam  
 æterno quoq; encomio digna est pientissima Cle-  
 mentis. Magistratus moderatio & placabilitas, quâ  
 abundè contestatum reddidit neutiquam ipsius M.<sup>m</sup>



principalem hujus diuturnæ & tristissimæ turbationis in Ecclesia extitisse causam: Sed hostiles sectariorum molitiones nostra securitate & quorundam malè feriatorum fœdissima Hypocrisi adjutos, hoc mali nobis creasse. Christus conculet Sathanam sub pedibus nostris, & reliquos per reliquas Diœceses Confratres, atq; ad eò totam Ecclesiam etiam vestro Exemplo ad seriam recipiscientiam flectat atq; impellat. Væ autem porro nitentibus, ut accensum lumen adhuc amplius tenebris involvant, & non finienda Hypocrisi gregem Christi decipiant. Cæterum vos Reverendi viri, gratias Deo agentes toto pectore pro vestra felicitate, magnificate Dominum, cantate ei canticum Novum, benepfallite in vociferatione, in Hymnis jubilemus ei, ut audiat Cœlum, ut Terra & Infernus audiant vestrum jubulum. In Domino Jesu nostro Salvatore valete, cui vos æternum commendo, & me vestro amori semper committo. *avtoξδιως* Lubecæ Anno 92. Septembris 23.

*Abrahamus A. A. Exul.*

**CAP. LXV.**

*Finis causæ Liturg. cum morte Regis Job.*

**M**oderationem causæ Liturg. factam esse consensu Regis Johannis, intelleximus ex altero Responso dato Commissarijs Cleri Wex. Quoniam decurtavit Deus vitam Regis, ut hoc Anno 92. Mense Nov. expiraret, non invenit Rex, præsertim longâ ægritudine correptus, occasionem convocandi Clerum Patriæ, & novam instituendi collationem

*de*

de Missa Liturgica aut abrogandâ aut retinendâ. Hujus consultationis ἀφορμὴν etiam præcipiebant Regi Doctores Pontificij, & Monachi semper ipsi præsentés: Sed quam commoditatem consultandi de veritate Religionis denegabat Regi ac Patriæ hic Status turbatus, eam implevit bonitas Dei post mortem Regis Johan. dum actores causæ Liturg. non possent abuti 'authoritate Regiâ, per quam Liturgistæ hæctenus promoverunt suam causam. Erat etiam mortuus anno superiori Archiepiscopus Andreas, qui in gratiam Regis Joh. usum Liturgiæ magno studio in Ecclesijs Patriæ fovendum esse voluit. Sic à supremis tam in Politia quam in Ecclesia officijs, non erat nunc metuenda contradictio Evangelicæ veritatis. Atq; ita cum morte Regis Joh. planè conticuit in tota Svecia factio Liturgica, & incepit principio anni sequentis Nova veraq; Reformatio Ecclesiæ Svec. quod sequentia ostendunt.

## CAP. LXVI.

*Scripta ut illa Ecclesia publicata tempore Regis Johis*

**F**Lagrante incendio Liturgico, non est datus locus orthodoxis docentibus in Patria, tantum aberat ut scripta orthodoxa veritatem Evangelij confirmantia, hic publicarentur. Extra Patriam edidit scripta M. Abrahamus exul: Sed quia erant ἐλέγκτικα contra Herbestum & alios Pontificios directa, noluerunt seducti Patriotæ talia admittere. Transtulit etiam hic exul in sermonem Svet. Exegesin Prophetæ Dan. à D. Joh. Draconit. scriptam, præmittens Dedicacionem ad *Illustriß. Reginam Sveci Gunildam*, quam propter pietatem & operis conformitatem vocabat

*Esbe-*

**Estheram Svecanam:** Sicut enim illa Ahasueri liberavit Judæos suos Patriotas à persecutione Hamani: Ita hanc Svecanam (Reginam Gunildam,) posse auxilio Dei liberare pressos Patriotas in Ecclesia Svec. verè Evangelica, à persecutione dolisq; Pontificijs per Liturgiam obtrusis, præsumpsit; Monuitq; supplex hanc illustrissimam Gunildam in folium hoc Patriæ celsissimum, tanquam Alteram Estheram fuisse exaltatam, dum nupsit Regi Johanni Anno 85, ut hoc pium factum, scil. liberationem Patriotarum à perditione animæ per Liturgiam tentatâ perficeret. Scripserunt alij Patriotæ utiles labores, sed quæ Religionem, præsertim controversiam Liturg. minimè spectabant. *Laurentius Lallus transfudit Itinerarium Buntingi* in Idioma Svet. opus quidem utile, sed Religionis negotium minus tractat. *M. Jacobus Gifionis* edidit utile opus Chronologicum, incipiens à Creationis termino, & procedens per omnia mundi tempora, usq; ad annum, quo Chronologiam publicavit. Historiam Eccl. Chronologicè annotat, sed Religionem omittit. Vidit etiam Patria plura scripta utilia tunc temporis publicata, undè certò constabat pios Patriotas suo officio non defuisse. Adhuc voluit Rex Johan. III. Notam esse posteritati Historiam Patriæ, præsertim Ecclesiasticam, ut innotesceret posteris modus Reformationis nostræ Ecclesiæ per Regem Svec. Gustavum piè susceptæ, etiam continuatio (ut ipse præsumebat) Reformationis, tempore hujus Regis Joh. peractæ. Hujus Historiæ scriptorem elegit Rex Joh. celebrem Theologum.

*D. Davidem Chytraum*, quibusdam Proceribus Regni ac Doctis aulicis notissimum, cui Rex misit ampla honoraria, ut huic operi fidelius invigilaret. Verum cum is sola generalia sciret, eadem Chronico suo Saxon. inseruit, declarans se voluisse Regis Svec. voluntati ac dato honorario satisfacere.

## FINIS LIBRI TERTII.

# HISTORIAE ECCL. SVEO-GOTH.

## LIBER IV.

COLLIGENS FACTA ECCL. SVEC.  
à MORTE REGIS JOH. AD PRINCIPIMUM RE-  
gis Caroli IX. tractata, ubi præcipuum est Con-  
cilium Upsaliense Anno Christi 93.  
celebratum.

### CAP. I.

*Acta Ducis Caroli cum Rege Sigismundo de mor-  
te Regis Johannis.*

**M**ortuo Rege Johanne, 17. Nov. An. 92. misit  
Dux Carolus Secretarium Olaum Sverkeri ad  
Regem Polon. Sigismundum, Hereditarium & Ele-  
ctum Regni Svec. Regem, scriptis Literis rogans ut Rex  
Sigismundus properaret in Patriam, antea dispo-  
sitis benè rebus in Polonia: Sin vero iter procras-  
tinaret, rogabat Dux peramanter, ut Rex Sigis-  
mundus declararet animum suum, An vellet ter-  
vare Testamentum sui Avi p. m. GUSTAVI, olim  
Regis Svec. præsertim in causa Religionis; & an  
vellet confirmare Duci Carolo ac juniori Duci Jo-  
hanni, Fratri suo Ducatus Hereditarios, etiam  
viduæ Reginae sua privilegia? Rex Sigismundus  
retinuit apud se Dictum Secretarium, scripsitq; bi-  
nas Literas per Job. Krantz unas Duci Carolo, Al-  
teras Regni Ordinibus datas Warsoviæ die 9. Jan.  
An.

An. 93. quibus excusabat suam à Patria absentiam, jubens ut singuli maneat in subjectione Regi Hæreditario debitâ, addendo promissionem, quod servaret justa singulorum privilegia: Sed *quod Religionem spectat, scripsit Rex neminem ea de causa neq; amore neq; odio prosequemur.* Hæc phrasia de Religione scriptâ, quia erat valdè ambigua, consultum videbat Dux Carolus de novo mittere Regi Poloniæ legationem, eamq; clariorem, ut citius obtineret certum Responsum. Sic missus est in Poloniam Senator Regni *Dn. Thuro Bielke* cum viris Nobilibus, qui significaret Statum Regni & voluntatem esse omnium Patriotarum, ut in agnita veritate Evangelij, juxta Testamentum, p. m. *Gustavi olim Regis Svec,* permanerent, ipsaq; Religio Evangelica in omnibus Patriæ Ecclesijs sonaret incorrupta. Sed neq; hanc Legationem quicquam effecisse conqueritur Dux Carolus in publico scripto Holmiæ excuso. Itaq; *Ordines Regni Svecie* carentes certo Responso Regis Sigismundi, *concludebant frequentandum esse Concilium Nationale, in quo veritas Religionis Evangelicæ à Patria confirmaretur, quod etiam factum est, ut infra dicitur Cap. 6.*

Rex Sigismundus  
dicit se non  
curare Reli-  
gionem

## CAP. II.

*Prima pietas Ducis Caroli rectè educati.*

**E**Ducationem Filiorum Regis Gustavi I. commemorare videtur condecens, ut appareat summa Parentis cura promovendi pietatè Filiorum, & veritatem Religionis: Unde cognoscitur Filios nominati Regis, ubi erraverint, non fuisse in prima educatione

corruptos, sed ab alijs informatoribus & consilia-  
rijs seductos. Hoc confirmat non solum Testa-  
Regis Gustavi in fine lib. 2. exscriptum; Sed pri-  
ma administratio Regiminis singulorum filiorum.  
Primogenitum *Ericum* Patris successorem pio ac  
deliberato consilio Regimini præfuisse primis an-  
nis, donec à malis consiliarijs esset realiter infor-  
matus, audivimus principio lib. 3. filium R. Gu-  
stavi Secundo genitum R. *Johannem* feliciter pieq;  
direxisse Regimen Patriæ primis 6. annis constat,  
donec locum daret dolis Pontificijs ac factioni Li-  
turg. quod superiora satis ostendunt. Idipsum de  
Filio R. Gustavi *Carolo Duce Suderman*, &c. rectè te-  
stari possumus. Nam tentationes plurimas pertu-  
lit, & passiones varias propter negatam Liturgiam  
superavit, ut superiori libro declaratum est: Non  
tamen potuit nominatus Dux à veritate Evange-  
lij aut absterreri, aut persuasionibus amoveri. Hanc  
pietatem Ducis non tantum ejus Ducatus, sed to-  
ta Patria noverat. Nam multos orthodoxos à Re-  
ge Joh. propter negatam Liturgiam proscriptos  
partim excepit Dux hospitio, partim in exteris ex-  
ulantes aluit. Fratrem suum R. Johannem à Pon-  
tificijs seductum de falsa sententia trahere magno  
conatu perrexit; idq; cogitabat se plenè obtinuis-  
se, si illum visitasset ægrotantem: Sed *dolis Pontifi-*  
*ficijs factum est, ut Dux Carolus ne per secretissimum*  
*nuncium sciret hujus sui Fratris aut gravem morbum,*  
*aut mortem, antequam publica fama mortem Regis*  
*nunciaret.* Hæc disjunctio Fratrum, ne ipsi mutuo  
colloquio, præsertim de Patriæ Regimine & bono  
publico ante Regis discessum fruerentur, spectabat  
non

Pontificij ce-  
larunt mor-  
bum & mor-  
sam R, Joh,

non solum contemptum Principis, sed publicum Patriæ damnum, quod ipse Dux in publico Scripto graviter conqueritur. Obijt itaq; Rex Joh. neq; scriptum Testamentum relinquens, quod superius publico Scripto lib. 3. Cap. 51. recitato promiserat. Neq; de Religionis causa, quod deliberabat, constituens. *Pietas Ducis Caroli clarissima apparet in concilio Nationali, quod ipse conscripserat Ubsalia esse celebrandum An. 93. mense Febr. ubi Evangelij veritas contra quosvis Sectarios publico Decreto ac unanimi Patriotarum consensu confirmata est, ut infra dicitur.*

## CAP. III.

*Acta Eccl. in Ducatu Suderman. à Principe Carolo*

*Anno 86. conclusa.*

**P**ietatem Ducis Caroli illustrat conventus celebratus Örebrogiæ An. Chr. 86. postquam usu Liturgiæ in Patria ad summum crevisset. Ibi multa fuerunt constituta ad Evangelicæ Religionis progressum pertinentia: Præsertim approbati fuerunt Articuli de Religione & Ceremonijs Eccl. conclusi Ubsaliæ An. 72. juxta Testamentum Religiosissimi R. Svec. p. m. Gustavi I. adhuc vivente Archiep. pio Laur. seniore, de quibus lib. 3. c. 7. addidit præterea Dux Carolus pias ad ministerij Eccl. honorem & Reverentiam verbi Dei constitutiones, ex Decretis Patris sui supra annotatis lib. 2. cap. 30. Instituit etiam dies supplicationum singulis Hebdomadis binos in toto Ducatu à singulis parochis servandos. Etiam mandavit Princeps suis subditis sedulo studere pietati, præsertim

Hist. Ar. 2.  
l. 2, c. 741



ut omnes frequentarent Templum statis diebus, veramq; pœnitentiam jejunijs, pijsq; operibus declararent, quò averteretur furor Sathanæ vexantis Patriam tumultu Liturg. In transgressores hujus Edicti constituit Princeps pœnam Ecclesiasticam & pecuniariam. Hanc pietatem Ducis compensavit Deus singulari benedictione tam spirituali, quam temporali. Totum Ducatum liberavit Deus à Tumultu Liturg. & exemplo illorum, in Ducatu, illuminavit multos Regis subditos, ut usum Liturg. averterentur. Insuper amplificatum esse benedictione Dei Ducatum sub Fr. Carolo scimus. Hic enim ædificavit aliquot Civitates in Vermlandia, quæ hodieq; florent sc. *Mariaestadum* prope Vasbogiam, ubi Superintendententiam ordinavit: Item *Caristadium & Philippos*. Terra Vermlandia vulgo montosa est; Inter montes sunt convalles habitationi aptissimæ, has ædificari fecit Dux Carolus, magnos Tractus absolvens, quos jam habitationi dispositos nominavit à se fundatore *Caristoga*. Sic benedicetur populus, qui Nomen Dei honorat.

Superintend  
dencia Marie  
stad,

#### CAP. IV.

##### *Prava Educatio Ducis Sigismundi.*

**D**E institutione Papistica, quâ deceptus erat primogenitus Regis Svec. Joh. III. Sigismundus, pauca superius diximus. Cum enim hic natus esset matre Regina Svec. Catharina Jagellon. Regis Polon. Sigismundi I. Filia, quæ non solum  
erat

erat ab infantia in Religione Pontif. instituta, sed & eandem tanto zelo professâ sit toto tempore vitæ suæ, ut mallet omnes, præsertim maritum suum Illustris. Regem Johannem cum toto Regno Svec. in suam sententiam fidei; Rom. professionem adducere, quàm ut admitteret quicquam in sua diligentia defendendi agnitam Religionem desiderari. Quam hujus pietatem (see <sup>Fab. Quadr.</sup> *vocat Fab. Quadr. in Spec. piet.*) is studiosè commendat. Hæc mater R. Catharina enixa Filium, Sigismundum, cum in Religione Pontificia curabat eò studiosius educandum, quò propinquiori sanguinis vinculo hunc sibi unitum esse intellexerat. Sic Filius ejus informatus didicit se Religioni Pontif. unicè addictum esse. Quod cum esset contrarium Testamento Avî illius, p. m. Gustavi I. Regis Sveciæ admonebatur à magnis Patriæ viris ad Religionem Evangelicam redire, & relicto Papismo, justitiam Evangelicam credere, modò vellet de hæreditaria successione gaudere, & mortuo Patre in Regimine Patriæ succedere, fertur juvenis respondisse (teste Fab. <sup>Juvenis Sigismundus favebat Religioni Papistæ</sup> *in Spec. pietat.*) *se malle Religionem Pontificiam sine Regno, quàm Regnum sine hac Religione.* Cum itaq; necessum haberet Sigismundus suis obtemperare Præceptoribus, & voto Religioso inniti, factus tandem successor Patris permansit in Religione Pontificia sibi à pueris nota, quam summo studio in Patria procurandam curavit, consilia suorum deceptorum secutus.

Hoc modo cum frangeret non solum Avî sui Religiosum Testamentum ab Ordinibus

Regni publicè approbatum, sed simul Recentius Concilium Ubsal. 93. celebratum, quod tam ab Ordinibus Regni in universum, quam à singulis ferè subditis, tam Nobilibus quam plebeis simul cum Hæredit. Duce Carolo, magno applausu firmaq; subscriptione erat confirmatum: Ideò violatis his fœderibus (ut infra clarescet) tandem concluderunt Patriotæ satis justam se habere causam renunciandi Sigismundo debitam suo Regi obedientiam, quod publica acta testantur. *Tantum valuit prova educatio Sigismundi, ut Regem suo Hereditario Regno privaret.*

## CAP. V.

*Sigismundo Duci Finlandia St. Hofius.*

Hof. Tomj 2.  
Epist. 214.

*Admonet ut avitam Majorum Religionem colat, & munera mittit.*

**A**Nte 50 Annos erat Regnum Svec. quib; & Orbis totus Christianus terra labij unius, & sermonum eorundam: Quo nullum gloriosius cogitari potest. Simul ut autem in Saxonia turris Babel edificari capta est, tanta Lingvarum confusio est consecuta, ut non audiat vocem unuquiq; proximi sui, totq; jam existant fides quot voluntates. Ab ea confusione Deus ut servet Serenitatem V. supplex illius misericordiam imploro. Futurum autem id omnino confido, quandoquidem Deus illi matrem largitus est feminam lectissimam, insigni pietate Religioneq; præditam: Cui nullius rei cura prior est & antiquior, quam ut in ea, quam à suis Majoribus accepit, prisca Religione Christiana sic Serenitatem T. aducare queat, ut illius amore inflammata, præ illa posthabenda putet omnia, vitamq; prius

prius deserendam, quàm ab ea fide quâ sanctam Catholicam Ecclesiam nos credere profiteamur, ulla in re sibi discedendum existimet. Praclare dixit ille, quod à teneris assuescere multum est. Nam quo semel est imbuta recens servabit odorem testæ diu. Ne sis autem nescius Princeps Seren. quæ sit illa Catholica Ecclesia, quam in Symbolo nos credere profiteamur. Typum illius tibi mitto, tum & brevem quendam libellum, ex quo nonnulla Præceptor tuus, quem esse Catholicum persuasum habeo, prælegere tibi quandoq; poteris. Mitto & alia quaedam levidensia (quod ajunt) munuscula, tum tibi cum Seren. sorori tuæ una cum libellis in quibus præces ad Deum continentur &c. Datum Roma 24. Januarij Anno 1574.

Ecclesia Catholica in Symbolo scripta non est Romana.

## CAP. VI.

Initium Concilij Ubsal. Anno 93.

Congregati erant Ubsaliæ juxta Ordinum Regni deliberationem circa diem 25. Februarij dicto anno, simul cum Duce Carolo ac Senatoribus Regni, præcipui in tota Sveciâ Clerici, numero 306, quorum Nomina servantur in Archivo Regni; & convenerunt illo die, quæ erat Dominica. *Esto mihi* post præces vespertinas in Templo Cathedrali habitas, Professores Ubsal. & Pastores ex Diæcesi Ubsal. præsentés, quibus narravit Pastor Ubsal. M. Joachimus causam convocati concilij, monens ut singuli cogitarent eligendum esse Præsidentem concilij, sine cujus voce & directione vix viderentur communes Cleri posse de certa Sententia inter se convenire. Altera die advenit cum reliquis Clericis Episcopus Aros. & exposuit quænam

Præter Senatores R fuerunt in Comitij Ubsal. Clerici 306.

nam essent in hoc Concilio tractanda. vid. 1. *De Doctrina Christiana verbo Dei conformi.* 2. *De Ritibus & Ceremonijs Eccl.* 3. *De Disciplina Eccl.* 4. *De eligendo Archiepiscopo, qui huic officio gratiâ Dei rectè præesse possit.* Die 27. Februarij habuit publicè *M. Ericus Jacobi* longam Orationem, ferè memoritè recitatam, de Studio imprimis Theologico ritè instituendo, ubi exposuit causam vexatæ nostræ Ecclesiæ per factionem Liturgicam, fuisse hanc præcipuam, quod studia Theologica, fuissent hic à multis contempta, aut præposterè observata. Huic declamationi interfuit Senator Regni *Gustavus Baner* cum multis Nobilibus & omnibus præsentibus Clericis. A prandio ejusdem diei convenerunt Episcopi & Professores cum primarijs ex Clero præsentibus, qui deliberabant principium & processum futuri Concilij. Episcoporum erat concilium in pio proposito esse progrediendum, licet non esset Electus certus Archiepiscopus. Professores negabant se posse concilio interesse, nisi haberent certum Præsidem, qui locum Archiepiscopi teneret. Die 1. Martij venerunt in Collegium Ubsal. ubi congregati erant Episcopi cum toto Clero, ipsi *Senatores Regni, Illustres viri, Dn. Nicolaus Gyllenskierna, Dn. Gustavus Baner, Dn. Ericus Sparre, Dn. Claudius Bielcke, Dn. Steno Baner, Dn. Benedictus Ribbing.* Tunc in conventu publico surrexit *Dn. Nicolaus Gyllenskierna Regni Dapifer* (nobis dictus *Droß à Drotten* quod antiquis Gothis significat regere, siquidem hujus erat officium in absentia Regis præesse Regimini Svec-Goth) dictus Dapifer idemq;

Undè dicitur  
Sveis Droß.

Cancellarius R. aperuit Concilium, habitâ elegantî  
 Oratione, in qua causam hujus Conventus indica-  
 vit, additâ pia adhortatione, ut Clericî imploratâ  
 gratiâ Dei unicè laborarent in veræ Religionis  
 inquisitione, ejuſq; constanti defensione ac pro-  
 pagatione, affirmans fuisse Regis Joh. intentio-  
 nem convocandi ejusmodi liberum concilium ad  
 confirmandam Religionis & societatis incolarum  
 unionem. Sed cum mors præmatura piam inten-  
 tionem Regis anticipaverit, & consultum (ait)  
 ô pij Patriotæ, ne hoc Religiosum propositum,  
 Deo & Patriæ debitum, diutius differamus: Cau-  
 sa Liturgica sat diu Patriam nostram turbavit.  
 Rogamus vos Clericos secundo loco, ut provoce-  
 tis omnes quotquot Liturgiæ unquam favisse sci-  
 tis, ut omnia sua Argumenta pro defensione Li-  
 turgiæ proponant; quæ vos examinabitis, & jux-  
 ta verbum Dei resolvetis. 3. Svademus ut cer-  
 tam formam confessionis fidei vobis proponatis,  
 quam veritate verbi Dei probatam, instar Symbo-  
 li teneatis. *Ego pro mea persona approbo confessionem  
 Ang. Casari Carolo V. oblatam An. 1530. cui confor-  
 mæ est confessio Archiepiscopi nostri M. Laurentij Ne-  
 ricij senioris, quem fuisse suo tempore constan-  
 tem confessorem veritatis, jam tota Patria novit.*  
 Pro his Symbolis simul cum verbo Dei constan-  
 ter retinendis, vitam meam omniâq; bona se-  
 cularia deponam. Ultimò (ait Orator) non  
 opus est ut vos Rev. viri eò usq; differatis hujus  
 Religiosi Concilij processum, donec certus consti-  
 tuatur vobis Archiepiscopus. Adſunt Scaren. & Wex.

Clerici, Senibus suis Episcopis domi relictis: Sicut  
 hi possunt invocato Nomine Dei, confessionem,  
 suam dare, libereq; de propositis Quæstionibus dis-  
 fere; ita & Ubsalienses. Hac propositâ Oratione  
 surrexit *Episcopus Lincop.* agens gratias Nomine  
 omnium, quod *Illustriss. Dux Carolus* cum Senato-  
 ribus Regni, hoc pium Concilium convocaverint  
 eiq; interesse voluerint; rogans pro sua simplici-  
 tate, ut *Illustriss. Dux* cum Senatu Regni præscri-  
 bant modum & ordinem celebrandi hoc Con-  
 cilium. Ad quod verbum exceperunt statim Pro-  
 fessores Ubsal. cum *M. Erico Skippero*, fieri Con-  
 cilium eo modo coactum, non liberum. Tunc  
 interrogavit Senator Regni *Dn. Ericus Sporre* Cle-  
 rum Ubsal. num requirerent omninò Archiepisco-  
 pum, antequam inciperent Concilium? Hoc cum  
 affirmarent omnes voce conjunctâ, finem huic Ses-  
 sioni imposuerunt.

Requiritur  
 Frases Conci-  
 lij Ubsal.

### CAP. VII.

#### Continuatio Concilij Ubsal.

**D**IE 2. Martij convenerunt Clerici in Collegio,  
 & quia Dux Carolus consensisset in Clerico-  
 rum, præsertim Ubsaliensium petitionem, sc. con-  
 stituendum esse Archiepiscopum, aut ejus locum  
 tenentem; urgebant Ubsalienses: primò danda esse  
 suffragia ad electionem Archiepiscopi usitata, Con-  
 stituti sunt Notarij, vota colligentes, *M. Ericus Ja-  
 cobi & M. Olaus Martini*, qui invenerunt suffragia  
 196. data fuisse *M. Nicolao Olai Bothn.* Sed *Episcopo  
 Lincop.* dabantur sola 5. *Episcopo Strengn.* vota 56.  
 Hæc collecta attulerunt Principi Carolo & Sena-  
 tori

toribus Regni, qui processum eligendi approba-  
runt & personam plurimis votis selectam confir-  
marunt. Dum Notarij hoc Responsum retulerunt  
congregatis Clericis, excusavit se *M. Nicolaus Both.*  
tam ab ætate, adhuc infirmiori, ne gravitati hujus  
officij responderet, quàm à molestia determinan-  
di rectam ubiq; sententiam in difficilimis nego-  
tjjs, in tantorum virorum & seniorum Ecclesiæ  
Præsulum concessu concludendis. Permansit ta-  
men hic Electus hujus Concilij Præses. Postea  
surrexit *M. Ericus Jacobi* referens esse morem in  
alijs pijs Concilij usitatum, addere Præsidi 12. Af-  
fessores consideratissimos, qui allatas sententijs  
cognoscerent recteq; examinarent, quò una da-  
retur tandem constans, justaq; conclusio, ne di-  
sputandi *καταφύξες* in infinitum procederet, bonumq;  
propositum perderet. Vocati sunt ergò Episcopi  
præsentes cum Professoribus alijsq; consideratis  
Clericis, qui Præsidi essent à consilij. Altera die  
*convenerunt Senatores Regni cum multis Nobilibus ac  
Clericis* in Collegio: tunc ascendit Cathedram Præ-  
ses Concilij *M. Nic. Both.* habuitq; piam, licet bre-  
vem Orationem, de Ratione tollendi Schismata in  
Ecclesia, demonstrans per exempla liberorum &  
Æcumenicorum Conciliorum, verum & facili-  
mum modum colligendi animos Christianorum,  
in unam sententiam, & constituendi conformita-  
tem Religionis morumq; piorum, rectè fieri per  
congregationem usumq; verorum Conciliorum.  
Nam ibi informantur simpliciores in veritate Re-  
ligionis, veròq; sensu verbi Dei à pijs Doctisq;  
Clericis & exercitatissimis ministris Eccl. qui etiam

Electus Præ-  
ses Concilij  
Ubsal.

Oratio Præ-  
ses Concilij,



Theses propo-  
sitæ concilio,

possunt gratia Dei verbiq; efficaciam scrupulum conscientiam eximere tentatis, & in dubijs Quæstionibus omnia juxta Regulam verbi Dei examinare & concludere. Absolutâ hac Oratione, proposuit Preces quasdam Theses de autoritate, certitudine & perfectione S. Scripturæ. De autoritate S. Patrum, quod Scripta illorum non sint S. Scripturis adæquanda. De locis Scripturæ obscurioribus per clariores Textus illustrandis. Has Theses felicis exordij loco, & ad dandam huic concilio Amussin piè ventilavit Præses aliquibus Argumenta contraria opponentibus, non tam exercitij gratiam, quàm illustrandam toti auditorio veritatem.

CAP. VIII.

*Doctrina in Aug. Confess. comprehensa examinatur  
& approbatur.*

**A**rticuli Aug. Confess. Cæsari Carolo V. Anno 30. exhibitæ examinantur omnes, continuis 4. Sessionibus, in hoc Concilio Ubsal, frequentatis, quibus singulû etiam interfuerunt cum Clericis ipsi Senatores Regni. Quilibet Articulus confessionis à Notario recitatus, à Præsede Concilij est explicatus primò Latinè, deindè Svecicè in gratiam simpliciorum, qui de veritate Religionis & certitudine salutis essent hic rectè informandi. Post datam cujusq; Articuli explicationem exclamavit Præses: *si aliqui adfunt, qui aut quicquam desiderant in data explicatione, aut sententiam contrariam tenent, moneo illos propter Deum & conscientiam illorum, ut coram hoc celebri confesso compareant, animi sui sensa proferentes, ne quis conqueratur se dubiam sententiam approbasse, aut accuset hoc Concillium non esse liberum.* Dum factus est ser-

Libera vota  
dantur in Con-  
cilio,

sermo de Sacrificio Christi, provocavit Præses Pastorem Ubsal. *M. Joachimum*, monens ut explicaret suam phrasin de *Sacrificio applicatorio*, quod in defensionem Sacrificij Liturg. confinxerat. Sed nihil potuit Pastor respondere, & conclusum est, cum Aug. Confels. planè nullum esse Sacrificium N. T. neq; incruentum, neq; applicatorium propter unicum Christi Sacrificium propitiatorium, quod ipse in ara crucis proprio in corpore, pro Redemptione generis humani Deo Patri obtulit. De usu Ceremoniarum colloquentes Presbyteri, meminerunt declarationis à *M. Pet. Pauli* olim Pastore Holm. pro Liturgiæ defensione scriptæ; ubi affirmasset Pastor *duplicem esse modum informandi simplices* in Religione & pietate, sc. *per Ceremonias & per S. Scripturam*. Primus modus erit necessarius (ait) juvenibus ac Rudioribus ad salutem informandis, qui citius ab externa visione Ceremoniarum, quam ex auditu verbi Dei prædicati Scripturis proficiant. Adultiores vero facti, scriptum & prædicatum verbum magis attendunt. Hæc autem doctrina cum multipliciter erraret, est communi consensu damnata. Nam hoc modo 1. diceretur salutis ratio ab exemplo & Traditionibus hominum potius pendere quam à scripto Dei verbo. 2. Efficacia negaretur verbo prædicato, quasi simplicioribus inutili. 3. Necessitas servandi Ceremonias fingeretur contra verbum Dei & Ecclesiæ libertatem &c. Cumq; prætenderent aliqui Clerici contineri in Declaratione nominata plures errores, *impositum est à Concilio Presbyteris 28. perlegere eandem, & ad Concilium referre quas ibi invenirent corruptelas sana Doctrina,*

Sacrificium applicatorium est fictum.

Catechumeni non attendant prius exemplis quam verbo Dei.

Examinatur Scriptura M. P. P. Gothi.

Heretici non  
tolerandi in  
sota Syco-Gos-  
shia.

His de Dogmate fidei tractatis, & à toto Concilio juxta August. Confess. conclusis, promiserunt Senatores Regni se auxilio Ducis Caroli effecturos, *ne ulli Heretici, sive Pontificia, sive Calviniana Religioni addicti, locum in tota Patria inventrent, ubi falsum Dogma propagarent.* Item; conclusum est, ne ullus ordinaretur Clericus, aut aliquis fieret Scholæ particularis Rector in tota Patria, nisi hanc confessionem fidei profiteretur. Ut autem hoc in effectum rectè deduceretur, videbant omnes consultum, *generalem visitationem in Patria, plij Magistratus auctoritate esse instituendam.*

## CAP. IX.

*Examen Ceremoniarum Eccl. & quorundam Clericorum in errore deprehensorum.*

Liturgiæ ge-  
nerant suam  
subscriptio-  
nem.

**D**Atâ confessione salutaris fidei, juxta formam Aug. Confess. approbatæ, sunt in hoc Concilio institutæ deliberationes de Ceremonijs Eccl. in Patria observandis, quæ consultatio sequentibus 4. Sessionibus continuata est. Quoniam omnes Patriotæ renunciassent Liturgiæ cum omnibus suis Ceremonijs, *procedebant primò singuli Episcopi cum suis presentibus Clericis, qui Liturgia antea subscripissent, confitentes publicè se eo facto errasse, & Ecclesiam Christi Evangelicam vereq; sanctam graviter offendisse, addentes promissionem, quod in posterum sint futuri, Dei gratia, in causa Religionis cautiores.* Cum vero multi Clerici, præsertim pleriq; in Ducatu & alibi viventes, qui Liturgiæ constantè contradixissent, cum cæteris qui  
Car-

Carceres & proſcriptiones à Rege Joh. fuiſſent peſſi, devorâſſent multas Calumnias à ſeduciſis Clericis, ſeu Liturgiſtis eructatas: Unde mutuo arderent, præſertim impatientiores, odio, idſo facta nunc eſt plena ἀμνηſία. Etiam promiferunt Senatores Regni inquirendas eſſe obligationes Clericorum, quibus ſe uſui Liturgiæ aſtrinxiffent; Has delendas eſſe iudicarunt, ne ſemina renovandi odij darent. Adprobendam damnationem Liturgiæ, conſenſu Orthodoxorum in exteris viventium ritè factam, fecit Dux Carolus Concilio prælegi aliquot Teſtimonia Doctorem Theologorum, quæ Dux conquiſiverat ſub prima publicatione Liturgiæ, præſertim *Tilemanni Hes Hufij* Profefſ. in Acad. Helmſt. & *Selnecceri* Profefſ. in Acad. Lipſ. &c. De Ceremonijs Eccl. decretum eſt, illas eſſe plerunq; ſervandas, quæ in publicata Ordinantiâ Eccl. Svec. erant olim ſine ſuperſtitione approbatæ. Ad amovendam ſuperſtitionem, alicubi præteritis annis in Patria uſitatam, *Conſtituit Concilium ſuperflua in Templis Altaria eſſe diruenda*, cum ſufficeret unum in ſingulis Templis, diſtributioni S. Cænæ ex more Eccleſiæ inſerviens. Item; voluit Concilium ut auferrentur parvæ Campanæ, quas Ædituus pulſabat tempore Liturg. ſub elevatione ſuperſtitioſâ S. Hoſtiæ, recitatis verbis institutionis Chriſti. De abrogatione plurium Rituum ſuperſtitioſorum habet ipſum Concilij Decretum. De Exorcifmo circa Baptiſmum obſervato, fuit diu diſputatum, an eſſet abrogandus, an diutius ſervandus: De Baptiſmi eſſentia cum non eſſe, omnes affirmabant: Aliqui hunc eſſe Riturum ſuper-

ἀμνηſία  
Clericorum.

Exteri Theo-  
logi damna-  
rant Litur-  
giam.

Corrigentur  
Ritus ſuperſti-  
tioſi.

Exorcismus  
retinetur mo-  
deratis verbis.

Examinantur  
præcipuè de-  
fensores Li-  
urgie.

perfitiosum more Exorcistarum Pontif. introdu-  
ctum censuerunt, ideò rectius abrogandum esse  
volebant. *Judicabat autem Concilium utilem esse*  
*Ritum Exorcismi in Baptismo, ad notandam militiam*  
*Christianorum cum Satana ejusq; dotis, in qua militis*  
*infans Baptizatus simul cum omnibus Christianis se quo-*  
*tidie exercebit.* Verum cum verba illa Ordinan-  
tiæ nostræ Eccl. Exorcismum recitantiæ *Saar hâr*  
*yrh / Exi ab hoc immunde spiritus, viderentur ju-*  
*sto duriora, voluit Concilium illa sic moderanda*  
*Wijf hâr isfrâ / discede ab hoc S. actu Sathan, ne*  
aliquis præsumeret infantem corporali obsessio-  
ne esse correptum, & à Sacerdote Baptismum admi-  
nistrante, per Ritum Exorcismi liberandum. Ab-  
solutis his actis: provocati sunt quidam Clerici,  
qui operam præcipuam navassent Liturgiæ, neq;  
adhuc satisfecissent Concilio, actâ singulari peni-  
tentiâ. Hic rursus examinata est *Declaratio Li-*  
*turgie à M. P. P. scripta*, atq; retulerunt ad Con-  
cilium illi 28. Presbyteri quibus demandata erat hu-  
jus scripti revisio, quas invenerunt in hoc libro  
corruptelas sanæ doctrinæ, ac errorum semina;  
Jussus ergò est M. P. P. Decreto Concilij scribere  
Retractionem. Advenerunt etiam Cives Holm.  
pristini ejus auditores, Concilio referentes illum  
vocasse suos auditores sine discrimine viros Belial  
& proditores: Sed hanc criminationem tunc re-  
tractavit, quod testantur Literæ Senatus Regni  
ibidem scriptæ, quæ in Archivo R. servantur. Ju-  
dicavit itaq; totum Concilium, esse illum ab offi-  
cio removendum, donec ageret seriam peniten-  
tiam. Adducti sunt plures Clerici, quos noverunt  
alij

alij fuisse præcipuos Liturgiæ fautores: Hos examinavit Præses Concilij, & examinerum rationes audivit: Cumq; hi nullam veram causam approbandi Liturgiam haberent, falsam suam sententiam & factum scandalosum publicè agnoverunt & deprecati sunt. Inter hos fautores Liturgiæ erat Pastor Aboënsis *D. Thomas* cum nonnullis alijs minus consideratis, qui Exemplo Doctiorum seducti, præbenda magis quam Religionem curarunt. Omnes tamen ingenuam fecerunt confessionem, additâ promissione diligentis cautionis, ne in posterum ab agnita veritate Evangelij deficerent.

## CAP. X.

*Conclusio Concilij Upsal. Anno 93.*

**D**IE 18. Martij convenit totum Concilium loco solito, ut omnes audirent Decretorum conclusionem. Tunc recitavit Notarius *M. Ericus Jancobi* confessionem fidei desumptam ex August. Confess. Cæsari Carolo V. Anno 30. exhibita, quam in Svecicum sermonem rectè translata fuisse, omnes intelligebant. Hæc confessio fidei, quia ab exemplari Latino & Germanico Aug. Confess. genuino est exscripta, & alibi extat publicata, non opus est ut hic recitetur. Recitavit etiam Notarius reliqua puncta à Concilio approbata, de Ceremonijs superstitiosis abrogandis & utilissimis observandis, sicut in ipso Decreto Concilij infra recitando scriptum invenitur. Deinde fit nova consultatio de Eligendo Archiepiscopo, numeratis in Electione, non solis præsentibus Doctissimis viris, sed etiam *Exule M. Abrahamo*, cujus constantiam in defendenda veritate Religionis, & passionem Nomine Liturgiæ

Eligitur Archiepiscopus Upsal.

negatæ ipsi illatas tota Patria seiverat. Itaq; magno processu hanc Electionem instituerunt Clerici, positâ vacuâ ollâ in medio præsentium, in quam miserunt singuli sua vota chartæ inscripta. Collectis igitur singulorum votis, invenerunt Notarij data fuisse *M. Abrahamo* vota 243, *M. Petro Jona*, Episcopo Strengn. vota 16. *M. Nicolao Bothm.* 38. & *M. Pet. Kenicio* 3. vota communicata. Postea accessit Præses cum Episcopis Ducem Carolum, cui hæc omnia in Concilio acta & Decreta significarunt, humilimè petentes ejus subscriptionem & Decretorum confirmationem. Tunc Nova exorta est Disputatio de Exorcismo, quem Dux voluit omninò abrogandum, hac datâ cautione, quod si Concilium non concluderet. Exorcismum esse abrogandum, negavit Dux suam subscriptionem, esse Decretis addendam. Hoc referentes ad Concilium Episcopi, disquirebant Doctiores *Num posset aut deberet Concilium concedere id Principi urgenti?* Tandem conclusum est servandam esse in re indifferenti libertatem Ecclesiæ, atq; in priori publicè ac unanimi consensu approbatâ sententiâ permanendum. Tunc persuasit Duci Præses Concilij, *retinendum esse exorcismum, tanquam liberam Ceremoniam, propter utilem Communionem ad Auditores & Baptismi spectatores promanantem.* Quoniam aliqui in Concilio præsentibus monerent consultum esse, ut inter damnatos ab Ecclesia Hæreticos, nominarentur in confessione fidei ipsi Calviniani, retulit Præses id ipsum ad Ducem, qui non solum consensit id fieri debere, sed insuper dixit, *Si vultis singularitè Nominare Bucerum, Bezam*

Damnantur  
Hæretici cu-  
juscuq; ge-  
neris sint, in  
Concilio,

zam, aliosq; quos scitū Hæresi infectos, per me licebit.  
 Cum his enim mihi nihil commercij. His omnibus piè absolutis, congregati sunt Præsentes Clerici in Templo Arcis Ubsal. audituri Orale[m] declarationem Decretorum à Duce Carolo proponendam, & ipsius Concilij finem. Itaq; convenerunt eo in loco Dux Carolus & Senatores Regni, qui conjunctis votis omnia Decreta Concilij approbarunt, promittentes Exemplar Decretorum rectè exscriptum sequenti die offerendum esse omnibus Presbyteris, qui simul cum Duce ac Senatoribus Regni Nomina sua illi subscriberent. Ne autem scrupulus alicui maneret, posse Auctoritatem hujus concilij infringi: jussit Dux publicè prælegi literas Electi & Hæred. Regis, quibus commendabatur Duci Carolo cum Senatoribus Regni potestas administrandi Regimen Patriæ, donec Rex in persona adveniret. *Ultimò hortabatur Dux omnes Clericos suo fidelitèr attendere officio, ne suis essent in Doctrina aut vita auditoribus scandalo. additâ seriâ admonitione, ut constanter permaneant singuli in confessione agnita veritatis, si alla unquam tentatio in causa Religionis Patriam divexet.* His omnibus declaratis venja data est præsentibus Clericis, ut domum pergerent postquam singuli decreto subscripsissent.

Declaratur  
 auctoritas  
 concilij.

## CAP. XI.

*Decretum Concilij Ubsal. sic sonat.*

**N**OS Carolus D. G. Regni Svec. Princeps Hæredit. Dux Sudermannæ Neric. & Vermlandæ &c. Regni Svec. Senatores, Episcopi omnesq;



„ Clerici in hoc Religioso conventu Ubsaliensi præ-  
 „ sentes, Notum facimus ac confitemur non solum  
 „ nostro, sed omnium Regni incolarum nomine,  
 „ quod dilecta Patria aliquandiu magnam per-  
 „ turbationem hactenus senserit in causa Religio-  
 „ nis: Unde Patriotas fovisse plurimas dissentio-  
 „ nes, odia & similtates intelleximus. Cum igitur  
 Necessitas Concilij Ubs. tur unio sit vinculum societatis nostræ, ani-  
 „ mosq; maximè firmet concordia unius Reli-  
 „ gionis, non possumus non laudare piam inten-  
 „ tionem Sereniss. Regis Suec. Joh. Fratris nostri, ac  
 „ Domini nostri Clementiss. (nunc piæ recorda-  
 „ tionis) quâ cogitabat paulò antè mortem suam,  
 „ conscribere liberum Concilium in Patria cele-  
 „ brandum, ubi de veritate Religionis juxta ver-  
 „ bum Dei pia unio concluderetur. Hanc in-  
 „ tentionem Regis nostri cum mors præmatura  
 „ anticipaverit, id Concilium hoc anno omnium nostrum  
 „ consensu celebratum est Ubsalle, die 25. Februarij,  
 „ quæ erat Domin. ESTO MIHI. In hoc Concilio tra-  
 „ ctata sunt Necessaria de veritate Doctrinæ, Evangelij  
 „ de Ceremonijs & Disciplina Eccl. Item de Electio-  
 „ ne Archiepiscopi aliorumq; Episcoporum; quæ pro-  
 „ posita puncta cum invocatione Nominis Dei, libero  
 „ Christiano animo, nullâ adhibitâ cujusquam (nisi Dei)  
 „ sive persuasione sive absoluta directione, deliberavimus  
 „ ea quæ sequuntur.

Conclusiones  
 Concilij Ubs.

In  
 Purum verbū  
 Dei est iudex  
 controversiarum,

Primò confitemur verbum Dei scriptis Pro-  
 phetarum, & Apostolorum comprehensum,  
 „ esse unicam Regulam veræ fidei, piæq; vitæ, atq;  
 „ hoc verbum esse iudicem controversiarum Reli-  
 „ gionis agnoscimus, hoc esse perfectum Cano-  
 nem

nem cognoscendæ salutis profiteamur, ut nullius interpretatiōe necessariō indigeat, nullius interpretis sive antiquioris sive Recentioris, in quacunq; tandem dignitate constituti, voluntariæ expositioni subiaceat. Huic scripto verbo Dei nos obligamus, unanimiter affirmantes velle nos id purum & incorruptum, Dei gratiā, constanter perpetuoq; retinere. Deinde vera esse Symbola Eccl. ex verbo Dei desumpta confitemur, videlicet, Apostolicum, Nicænum, & Athanasij; simul cum invariata Aug. Confessione, Cæsari-Carolo V. Anno 1530. oblatā, cui consonat Religio Patriæ, quæ ultimo tempore Regis Gustavi p. m. & Archiepiscopi Laurentij Nericij erat solenniter hic observata, quam explicat nostra Ordinantia Eccl. Anno 72. publicata. Verum cum in illa Ordinantia reservatæ sint quædam Ceremoniæ, præsertim in administratione Sacramentorum usurpatæ, scil. Sal & Lucerna in Baptismo? Elevatio S. Hostiæ, cum pulsu Tintinnabuli sub recitatione verborum institutionis Christi in S. Cæna prolatorum. Item promotio libri Missalis ab uno cornu Altaris ad aliud, qui Ritus videntur ex superstitione quadam in Ecclesiam introducti, ideoq; in plerisq; Ecclesijs Evangelicis abrogati sunt, cum plus mali pareret abusus, quam boni quicquam aleret Ceremonia. Igitur impositum est Episcopis & Pastoribus diligenter informare populum datâ occasione, præsertim in visitationibus, ne abusum talium Ceremoniarum admittant. Sin vero cognoscant abusum tolli non posse, nisi simul Ceremonia ex oculis

2.  
Symbola veræ  
Ecclesiæ con-  
firmant veri-  
tatem Reli-  
gionis.

3.  
Ordinantia  
Eccl. Sveo.  
corrigetur.

4.  
Exorcismus  
retineatur.

„ auferatur conclusum est ut Episcopi cum Capitu-  
 „ laribus ac primarijs Sacerdotibus in Diæcesi deli-  
 „ berent verum modum auferendi sine Tumultu ac  
 „ populi invidiâ scandalosos Ritus Eccl. Exorci-  
 „ smum in S. Baptismo usurpatum fatemur non ser-  
 „ vari ea necessitate, ut sine eo Baptismus sit inef-  
 „ ficax: Sed cum hic Ritus commonefaciat præsen-  
 „ tem Ecclesiam, tum miserrimæ conditionis ho-  
 „ minum non Baptizatorum, tum militiae Christia-  
 „ næ cum Sathana & mundo continuandæ, Exorci-  
 „ smum tanquam liberam Ceremoniam in nostris  
 „ Ecclesijs retinemus. Verba autem Exorcismi du-  
 „ rius sonantia, tanquam infans de corporali Satha-  
 „ næ obsessione esset per vocem Sacerdotis liberan-  
 „ dus, moderanda censemus, ut non dicatur *ſaar*  
 „ *hâr vth / Exi ab hoc: Sed Wjſ hâr iſrâ /* discede  
 „ ab hoc S. actu Sathan. Hoc facto non damna-  
 „ mus Ecclesias in terris exoticis, quæ Exorcismum  
 „ abrogarunt, dum nobiscum in causa fidei consen-  
 „ tiunt. Liturgiam, quam aliqui Clerici in hoc Re-  
 „ gno receperunt, quia eam ex Canone Missæ Pap.  
 „ desumptam, verbo Dei esse contrariam, & unico  
 „ Christi Sacrificio propitiatorio derogare efficaciam  
 „ videmus, ipsamq; agnoscimus causam fuisse mul-  
 „ tæ perturbationis plurimorum Patriotarum, præ-  
 „ fertim Clericorum hæctenus aut pressorum, aut se-  
 „ ductorum; illam ipsam, quoad Doctrinam, Ritus  
 „ & Disciplinam uno ore damnamus omnes, quam  
 „ nunquam recipere cogitamus: Neq; aliam Hære-  
 „ ticam Doctrinam, sive à Papistis propter seculare  
 „ commodum exhibitam, sive à Sacramentarijs,  
 „ Zwinglianis, Calvinistis, alijsve cujuscunq; nominis  
 „ Secta-

5.  
Liturgia  
mutatur.

6.  
Omnes Hære-  
tici vitentur.

Sectarijs excogitatum, unquam in Patria tolera-  
 bimus. Disciplinam Eccl. quod attinet, inveni-  
 mus plurimā necessaria in ordinantia nostra Eccl.  
 fundamentaliter contineri; Sed illam Ordinan-  
 tiam minus observatam aliquandiu fuisse fatemur.  
 promittimus itaq; , ut quocunq; possimus modo  
 Disciplinam Christianam in Ecclesia nostra resti-  
 tuendam curemus. Si quid deest in Ordinantia,  
 non præscriptum, datur pro Tempore, Episcopis  
 cum suis Capp. potestas addendi publico iudicio  
 necessaria. Quanquam sentiamus utilissimum ef-  
 se, prohibere addictos falsæ Religioni Habitatio-  
 ne in Patria, ne societate sua seducant Patriotas:  
 Tamen commercia variorum populorum hic fre-  
 quentata, hanc prohibitionem excludunt. Defi-  
 nit attamen hoc Concilium, ne Hæreticis adve-  
 nientibus detur locus publicè conveniendi, suaq;  
 Sacra dissona administrandi; multò minus indul-  
 gebimus illis, ut nostram calumnientur Religio-  
 nem, quin justam luant talis facti pœnam. Ut  
 autem notum fiat omnibus quid in hoc Religioso  
 concilio ad Dei gloriam & Patriæ Ecclesiæ utili-  
 tatem concluderimus, promittimus confessionem  
 fidei esse prima occasione per Typographum pu-  
 blicandam, in qua solenniter approbata, usq; ad  
 mortem, Dei gratiā constanter permanere cogi-  
 tamus. In confirmationem certamq; contesta-  
 tionem quod hæc omnia à nobis Decreta constan-  
 ter & sine dolo serventur. *Nos Carolus D. G. Ha-  
 redit, Princeps Svec. Dux Sudermannia, Nericia &  
 Wermantia &c. Nosq; Senatores Regni, cum Epi-  
 scopis, Nobilibus, Clericis, nostro & absentium Fratrum,*  
 omnium

7.  
Disciplina  
Eccl. servetur.

8.  
Publicum ex-  
ercitium pro-  
hibetur do-  
centibus Hæ-  
resin.

omnium Regni incolarum nomine, à quibus plenipotenti-  
 am hac decernendi habemus, huic Decreto nostris  
 manibus subscribimus, propriaq; sigilla apponi curamus,  
 quod idem absentes esse facturos confidimus, ne ulli,  
 imò ne posteris hoc pium Decretum improbent, Actum  
 Ubsal. 20. Martij Anno 1593.

## CAP. XII.

*Provincialis Conventus in Ducatu, ubi Decretum  
 Ubsal. confirmatur.*

**I**llustris. Dux Carolus coëgit Provinciale Con-  
 cilium in suo Ducatu Anno 94. volens suos sub-  
 ditos eidem Confessione fidei Ubsalæ exscriptæ,  
 singularitèr ac unicè addictos esse, eamq; con-  
 fessionem ab omnibus suis subditis approbatam  
 & manuum subscriptione confirmatam, voluit  
 Dux in posteritatis informationem asservari Stren-  
 gnesij, ubi hodieq; ipsura Exemplar Confessionis  
 fidei in Capitulo invenitur, hac forma exaratum,  
 " NOS infra scripti Comites, Nobiles, Cives & Ru-  
 " stici in amplissimo Ducatu *Illustris Principis Ca-*  
 " *rolis D. G. Hæredis Regni Suec. Ducis Suderm, Neric;*  
 " *& Wermlandia &c.* Significamus, postquam Illu-  
 " stris. noster Princeps convocasset petitione & con-  
 " sensu Ordinum Regni liberum Concilium Ubsal.  
 " Anno præterito Mensibus Febr. & Mart. celebra-  
 " tum, ubi de vera Religione Evangelicâ constan-  
 " ter servandâ, & pijs retinendis Ceremonijs Eccl.  
 " cum alijs punctis necessarijs, Religiosæ sunt factæ  
 " constitutiones, quod Decretum rectè exscriptum  
 " sic sonat. (*hic inscribitur ipsum plenis verbis Decretum,*  
*supra*

*superiori Capite traditum*) Quandoquidem intelligimus hoc Decretum esse verbo Dei per omnia conforme, alijsq; omnes incolæ Regni, tam Nobiles quam plebeji, sua cum Clericis addiderunt huic Decreto nomina, volumus & nos in Ducatu Illustri. Principis viventes, huic piæ confessioni factoque Decreto subscribere, neq; ab hac pia unione nos unquam abstrahi patiemur. Quod tam posteritate nostra, quam pro nobis ipsis constanter esse servandum, invocata Nominis Divini gratiâ, serio promittimus. In certiore confirmationem, nomina nostra volentè cum propriorum sigillorum impressione, singuli apponimus, Dat. mense Augusto An. 94.

*Carolus Sture Comes in Hugholm / Westerwijl / L. Baro in Hörningzholm & Tulliegarn.*      *Mauritius Comes in Rassa burg / L. Baro in Grafsås & Rågleholm.*

*Omnia Nobilitum & officialiorum in Ducatu subscriptiones & sigilla, simul cum Civitatum Nycopensis, Drebri / Strängnäs / Torstilla / Tälja ac Territoriorum Ruralium sigillis & subscriptionibus, visuntur hodieq; in Exemplari, quod Strengnesij in Capitulo reservatur.*

## CAP. XIII.

*Acta Eccl. Holmiæ tractata sub Adventu R. Sigism.*

**A**N. 93. circa Festum Michaëlis, venit R. Sigism. Holmiam, stipatus magno comitatu exterorum hominū, Non tantum servorū domesticorū, sed etiā clarorum virorum, inter quos erant Legatus Apost.

*Franciscus Mala Spina*, & Presbyter Jesuuit. *Fabianus Quadrantinus* &c. Postquam ad incolas Regni Svec. relatum esset advenisse Holmiam Regem Electum & Hæreditarium, congregati sunt subditi ex præcipuis plurimi; præsertim Nobiles & Clerici; partim ut salutarent Novum Regem, partim ut impetrarent à Rege approbationem Evangelicæ Religionis, in Concilio, nuper Ubsalæ celebrato, confirmatæ, etiam ut confirmationem usitatorum privilegiorum obtinerent. Quoniam Episcopi & Capitulares in Patria haberent præcipuam curam Religionis, advenerunt ipsi ex propinquioribus Diæcesibus Ubsaliensi & Arosiensi, qui submissè obtulerunt futuro Regi obedientiam Magistratui debitam, cum humilima petitione, ut S. R. R. declaret se Clementissimum Ordini Eccl. imprimis ut approbaret & Regiâ autoritate confirmaret prædictum Concilium Ubsal. Hanc supplicationem Clericorum per aliquot Septimanas ventilavit Rex, differens Responsum suorum Papist. Jesuuitarum. Tandem per *Job. Tidike*, obtulit Senatoribus Regni resolutionem Postulatorum à Clericis oblatorum, ut Senatores ad Episcopos & Clericos præsentem eam referrent. Sed quia durius erat responsum, quam huic Tempori conveniret, ipsumq; à Regiâ Clementiâ differret, suaserunt Senatores Regni moderandum esse Responsum Clericis dandum. Interea multa pietati contraria machinati sunt Jesuuitæ, ex Polonia cum Rege venientes, quorum malorum authores præcipui erant Apostatæ Natione Sveci, qui reliquâ veritate Evangelij ad Religionem Pontificiam dese-

defecissent. Hi Apostatae conjuncto Jesuuitarum concilio suaserunt.

Confilia Jesu-  
uitarum no-  
xia Ecclesie  
Patrie;

1. Infringendam esse Concilij Ubsal. auctoritatem; quod ut obtinerent, divulgabant Ducem Carolum illius Concilij subscriptionem improbasse.

2. Templum in Civitate Holm. insulare, quod olim erat Monasterium, concedendum esse Jesuivico ministerio voluerunt.

3. Typographiam Holm. prohiberi Clericis Svecis laborarunt, præsertim ne excuderetur & in publicum veniret Concilium Ubsal.

4. Judicarunt omninò removendos esse ab officijs, Electum Archiepiscopum M. Abrahamum, & Pastorem Holm. M. Ericum Skipperum, quia hi ad summum restitissent actioni Liturg. tempore Regis Joh.

5. Urgebant Religiosa in Regno esse disponenda per præsentem Legatum Apost. Cum itaq; hæc seriò tractarentur, anceps erat multorum cogitatio, quid de libertate veræ Religionis in Patria constitueretur.

#### CAP. XIV.

*Tumultus in Templo Holm. factus à Servis Regis de Polonia venientibus.*

**D**UM Rex Sigismundus differret Responsum dare supplicantibus Clericis, accidit impius maximeq; scandalosus tumultus in Templo insulari Holm. cujus occasionem & actionem, quia Fab. Quadr. qui tunc erat præsens, impij; ludi aspector, descripsit, ejus verba referam, ex quibus



clarescet voluntas Papistarum, modusq; Papistæ tractandi homines Evangelicos; etiam patebit Consilium horum hominum Regi datum, quomodo is tractaret suos Patriotas. Sic enim Scribit Spec. piet. part. I. c. 8.

Fab. Quad.

*Catholica negatur sepultura mortuo Regi Servo; Mandavit Rex, ut in Templo Monasterij S. Francisci, citra cuiusq; respectum sepeliretur. Deducunt suavis S. Sacerdotes precedente cruce, facibusq; ferallibus, feretrum cingentibus. Superintendens Ministrorum Svec. Furiensium interdixit omnibus suis complaceronibus exercitium, si Dije placet, ministerij &c. Misit ergo Rex, qui significaret non deesse sibi quos in ipsorum locum sufficiat. Ad 13. Calend. Decembris vita excesserat Mustus Regius, huic nihilominus & acrius etiam quam superiori, sepultura beneficium negatum fuit. Rex Reginaq; jusserunt eodem in Templo quo prior, hic quoq; citra ulteriorem moram terra ut mandaretur, quid enim aliud agerent ipsi? An vero Rex Catholicus in suo Regno, eodemq; Hereditario, Templiq; olim Catholicis, & opera Catholicorum erectis, fundatis, dotatis, id potestatis non habeat? Nimia fuit bonitas, nimia patientia Regis, qui si anima ista ventri obediens, in malam crucem obire jussisset, nec ipse nihil à dignitate sua Regiâ alienum, Nihil à Majestate Regali remotum commisisset. At enim Comptuli illi concursantes Cathedrali Templi obstruxerant, eamq; conscendere volentem è nostris unum prohiberi conati sunt: Sed malo suo. Nam blatero quidam à Regijs malè exceptus muldatusq;, Cathedrali effractâ Scholaris audaculus crebris pulsatus ictibus, ceteri sibilo convictoq; explosi, deniq; hic demum finis Comædiæ fuit.*

Nota humanitatem Jesuisticam.

Item

Item. Regi leges prescribere atq; obtrudere ausi sunt nefarii isti, multis propositis articulis libertatem Religionis ore magno extorquentes? o linguas praecidendas, Haftenus Fabian.

Quod dicit sepulturam Catholicam fuisse mortuo Regis Servo negatam, id calumnia, non veritas est, quia Senatores Regni cum Clericis praesentibus obtulerunt Catholicis sepulturam suorum, mortuorum in loco honesto Holm. Urbis Septentrionalis, scil. Cemiterio S. Clara, quod sequentes Epistolae indicabunt.

## CAP. XV.

*Apologia Legati Apost. Fr. Mal. Sp. quae negat se fuisse ullius tumultus causam.*

**L**egatus Apostol. exponit S. R. M. ad se perlatum fuisse a multis viris fide dignis, ministros hujus Civitatis in Concionibus conatos fuisse populo persuadere, ex ejusdem Legati domo jacitatos lapides fuisse in pauperes Scholares stipem quarentes: Nec non eundem Legatum hortatum esse Polonos, ut armati ad corpus defuncti sepeliendum accederent. Et quamvis persuadere sibi Legatus non possit, quenquam hominum recta mente praeclitum, vel Nobili genere ortum, tanta jam ab omni humanitate aliena suspicari de ministro summi Pontificis, cujus studium in S. R. M. Regnoq; & populos sibi subditos bene notum est, eum pacem conservare & si abesset, inducere plurimum cuperet: Tamen iterum Legatus admonitus fuerit a Dn. vice Cancellario Suecia, quod quidam non solum dicunt lapidationem factam ex illius domo; Sed etiam manualia Tormenta missa esse affirmant. Idem Legatus rogat S. V. M. ut rem tota cui magis liberis cognoscendam mandare velit.

Optasset quidem Legatus, ut divini atq; humani juris ordo in hoc observatus fuisset: Siquidem ex charitate prius admonendus erat, quam in Concionibus accusaretur. Nec debet quis Reus publicari, si de accusatore non constat. Verum tamen, quando ita rem esse ut asseritur, comperiat (quod comperi non poterit, imo certum est, quod ejusmodi mendacij auctor non reperiat) Non recusat Legatus, quin gravissimum quodq; supplicium de nocente sumatur, quin imò, si talis delinquens ex sua Familia fuerit, eundem exhibere pollicetur. Rogat Legatus S. R. M. ut licentiam illorum, qui in Suggestu in alicujus existimationem nominatim invecti audent, comprimere velit. Loco enim illo uti ad Dei verbum Evangelizandum, Christianos Concionatores decet, Non autem abuti ad maledicendum cuiquam, & præsertim externis & publicis personis, quarum secundum jura etiam politica rationem haberi æquum est. Hoc enim pacto S. R. M. V. non solum gloriosum Nomen, quod hoc Regnum suum Heredit, Antiquissimum atq; Nobilissimum apud exteros, jam per multa secula comparabit, suebitur: Sed seipsum quoq; immortalitati commendabit.

## CAP. XVI.

*Epistola Senatorum Regni scripta Regi Sigism.*

S. R. M. fidele nostrum obsequium semper paratissimum.

Scriptum Responsum S. R. M. legerunt Senatores Regni præsentis, ante paucos dies sibi oblatum, in quo resolvit S. R. M. quæstiones ac puncta à Cellissimo Duce Carolo, Nomine totius Regni, in principio sui Adventus, scil. 3. Octobris sibi

sibi tradita. Quanquam exinde satis intelleximus S. R. M. voluntatem: Tamen monet præsens Regni status, & incolumitas S. R. M. V. moderandum esse Responsum, quod ipsum nos, causâ fidelitatis in S. R. M. V. & Patrias paratissimæ, sedulo suademus.

1. Rogant S. R. M. V. subditi submissè, ut Electus Rex confirmet libertatem Religionis Evangelicæ, juxta pium Testamentum sui avi p. mem. etiam justa privilegia cujusq; Ordinis & personæ stabiliat; Non quod diffidant Clementiæ Electi Regis, in Patrias propensissimæ, multò minus ut hoc modo quicquam contra jus & æquum obtinere velint, quod Hæredit. Regi in præjudicium vergat (ut quidam inepti interpretes exponunt) Sed ita volunt animos Magistratus & subditorum uniri, præsertim ut subditi longissimo bello, ultra an. 33. vehementèr pressi, consolentur Clementiæ Regis, datâ immunitate vires subditorum resciciente. Hujus supplicationis responsum clementissimum anxij requirunt subditi, quod maturè dandum esse consulimus, ne tempus coronationis Regiæ, propter hanc dilationem, prolongetur. Solent quidem subditi etiam externi Regis Eclogici clementiam invenire: Quare sperant Patriotæ se bonum Responsum à suo Rege germano ac Hæred. eò maturius & affectu clementissimo habituros. Sic Svecos honorat & sibi beneficijs devincit *Rex Hæreditarius, qui de Sanguine Suetico oriundus, à Svecis omnes honores avitos & gloriam seculi primò perceperat.*

2. Quod nolit S. R. M. suis de causis confirma-

„ re Electum à Clericis Archiepiscopum, fidelitèr.  
 „ Suademus hoc dandum esse supplicantibus Cleri-  
 „ cis. Neq; tantum cogitet Electus Rex quid sibi  
 „ reservavit parens suus, olim Rex Svec. p. m. quan-  
 „ tum consideret morem Patriæ antiquitus receptum.  
 „ Solent Clerici, præsertim Capitulares, graduq;  
 „ superiores eligere Episcopum, quem agnoscunt in  
 „ conscientia, sine personarum respectu huic officio  
 „ convenientissimum. Hanc Electionem consuevè-  
 „ re Reges Svec. confirmare, non improbare, sicut  
 „ monet Ordinantia nostra Svet. Rogamus igitur  
 „ submissè & consulimus seriò, ut *M. Abrahamus*,  
 „ qui vota plurima in Concilio Ubsal. nactus erat,  
 „ cui etiam reliqui in Archiep. electione nominati,  
 „ sua dederunt vota, jam Regiâ authoritate in of-  
 „ ficio Archiep. confirmetur. Non enim ipse se in-  
 „ trusit: Sed extra Patriam constitutus, à plerisq;  
 „ Regni Clericis est Electus Archiepiscopus. Hoc si  
 „ non fiat, sentiat S. R. M. magnam Clericorum in  
 „ omnibus Regni Diæcesibus commotionem. Eo-  
 „ dem modo rogamus submissè, ut S. R. M. confir-  
 „ met Pastorem Holm. *M. Ericum Skipper*. quem  
 „ non solum Concilium Ubsal. sed tota Civitas ele-  
 „ gerat. Quod si infringatur Privilegium hujus Ur-  
 „ bis eligendi Pastorem, ab antiquis Temporibus  
 „ usitatum, & à Regibus longo tempore confirma-  
 „ tum, *nescimus quâ fidelitate Electus Rex sibi velit*  
 „ *obligare suos subditos, quorum privilegia corrumpit.*  
 „ Sollicitè rogamus, ne S. R. M. iniquis hominibus  
 „ de his alijsve Clericis vana referentibus facile credat.  
 „ 3. Concilium Ubsal. quod attinet, licet osores  
 „ referant id in præjudicium S. R. M. factum fuisse:

Testa-

Testamur tamen Deum & conscientiam nostram, id congregatum fuisse multis Necessarijs de causis, quæ conciliarent pacem Patriæ, & unam veram Religionem confirmarent; Hinc etiam emergere fidelitatem subditorum tum inter sese, tum Magistratui declarandam speramus. *Tale Concilium fore instituendum approbavit Rex olim Svec. Johannes III, p. m.* postquam Smolandenses Clerici Novam missæ Ordinariam, dictam Liturgiam, planè renunciassent; idq; Rex in effectum produxisset, si præmatura ejus mors deliberatum non impedivisset. *Dictum Concilium Ubsal. cum sit approbatum ab omnibus Regni incolis, qui amissione aterna salutis promiserunt & subscriptione confirmarunt, se constantissime servaturos hanc confessionem fidei in Aug. Conf. comprehensam;* Suademus seriò ut S. R. M. hoc ipsum Concilium velit esse ratum. Quod si non fecerit, indubitanter sciat Electus Rex magnas in Patria exorituras, causâ Religionis turbas. Audivimus relatum esse S. R. M. hoc Concilium non fuisse liberum, sed aliquos ad subscriptionem fuisse coactos, nec Ducem Carolum subscripsisse huic Concilio ante S. R. M. adventum. Hoc totum nunquam probari potest. Nam omnes unam Religionem Evangelicam Testamento pijsissimi Regis olim Svec. Gustavi I. p. m. approbatam, & principio Regiminis Joh. III. hic usurpatam, liberrimè eligebant, hanc constantè ore & manu confitebantur. Moneamus S. R. M. submissè, ne vaniloquis nuncijs diversa suggerentibus fidem adhibeat.

4. Academiam Ubsal. aliquandiu collapsam rogant Clerici instaurandâ, idq; videtur honori ac utilitati

„ Patriæ maximè conducere. Nam locus est supe-  
 „ riori seculo huic pio usui destinatus, & privilegijs  
 „ confirmatus; priores Reges stipendia ordinarunt,  
 „ Professoribus. Quamdiu studia liberalia piaq; ex-  
 „ ercitia floruerunt in Patria, inveniebantur in  
 „ Scholis & præcipuis Patriæ Ecclesijs docti piq; do-  
 „ centes, neq; vera noverat Religio tunc dispen-  
 „ dium: Secus nunc fieri videmus, postquam Aca-  
 „ demia nostra sensit ruinam. Petimus igitur hu-  
 „ milimè, ut S. R. M. velit Nominatam Acad. in-  
 „ stauratam, datis necessarijs stipendijs tam docen-  
 „ tibus quam pauperibus ibid. discantibus; etiam Cle-  
 „ ricis in Templis & Scholis laborantibus necessariam  
 „ sustentationem benignè contribuat. Quod hæc  
 „ consulamus animo fidelissimo tempus edocebit.

„ 5. De Legato Apost. hic præsentem monuimus  
 „ submissè S. R. M. aliqui nostrum Dantischi, ante-  
 „ quam ingrediebamur Patriam, videri commodius  
 „ statui Patriæ nostræ illum abesse. Meminerit S.  
 „ *R. M. Patrũ sui prudentiam, nominantis Anton. Pof-*  
 „ *sevinum, tunc Romã huc venientem, Legatum Casa-*  
 „ *reum, non Apostolicum.* Jubet quidem S. R. M. hos  
 „ Papist. Doctores non esse contemnendos, aut lu-  
 „ dibrio excipiendos; continent se nostri homines,  
 „ monitis nostris obsequentes. Sed deberent etiam  
 „ illi, præsertim Apostatæ Svetici, abstinere à convi-  
 „ ctijs, in nostros Docentes nostramq; Religionem  
 „ frequentèr projectis.

„ 6. Rogant humilimè Clerici liberam Typo-  
 „ graphiam, ne impediatur publicatio utilium scri-  
 „ ptorum. Si metuenda sit fraus abutentium hac  
 „ publicandi libertate, poterit facilè dolus, adhibitâ  
 cau-

cautione amoveri. Nec videmus fraudem posse  
citius per usum Typographiæ seminari, quàm per  
alium modum à vanis hominibus excogitatum.

7. Indicavit S. R. M. per Olaum Sverkeri, di-  
splicere sibi tumultum in Templo Insulari nuper  
factum, quem etiam nos videmus cum maximo  
scandalo esse conjunctum. Quærit S. R. M. ubi  
habeant Exteri sepulturam? Responsum prius da-  
tum repetimus: *Exteris Religioni Pontif. additis,*  
*ijsq; vulgaribus concedatur honestus Locus Sepultura in*  
*Camiterio S. Clara: Nobilitoribus autem possit Sepultura*  
*in Templo insulari tribui hac conditione, ne Sacerdo-*  
*tes Pontificij accedant suggestum aut Altare, ministe-*  
*rium à nostra Religione alienum celebraturi.*

8. Ultimò offerimus nos Regni Senatores, de-  
bitum S. R. M. fidele servitium, rogantes submis-  
sè, ne fidele nostrum consilium postponatur: Sed  
statuat S. R. M. nos in officio ac libera consulta-  
tione esse synceros ac fideles consiliarios, Regi ac  
Patriæ optimè cupientes. Si quandoq; displiceat  
S. R. M. nostrum consilium, testabitur tamen  
eventus rei nos utilia consuluisse. De his petimus  
supplices, ut S. R. M. responsum clementissimum  
reddere dignetur. Holm. 20. Nov. An. 93.

Nicolaus Gyldestierna.	Claudius Bielle.
Hogenstild Bielle.	Secno Bansev.
Gustavus Bansev.	Benedictus Ribbing.
Ericus Sparre.	Gustavus Gabriells.

## CAP. XVII.

*Epistola Clericorum scripta Duci Carolo.*

SALUTEM & pacem per Jesum Christum, una cum  
nostro servitio semper paratissimo.



**C**ELSISSIME Princeps Dn. Clementissime, Cels.  
 V. notum sit tumultum nuper factum esse  
 impijssimum in Templo Holm. insulari, instin-  
 ctu potissimum ac directione Svecorum Aposta-  
 tarum, qui relicta Religione Patriotarum Evan-  
 gelicâ, Pontificiam elegerunt. Quare hi ipsi cum  
 suis, odio nostræ Religionis referunt causam tu-  
 multus, præter meritum, in nostros Prædica-  
 tores. Nos autem præsentis Clerici ex Diacesi-  
 bus Ubsaliensi & Arosiensi congregati, unâ cum  
 Holmensibus Concionatoribus, contestamur ve-  
 ritatem hujus rei, quam Cels. Vest. indicabimus  
 humilimè, ut & rei veritas innotescat, & sciat  
 Cels. Vest. benè consulere nostro ordini ac Re-  
 ligionis veritati, quid nobis in hoc periculoso  
 statu sit faciendum. Postquam peracta esset pri-  
 ma sepultura hominis Catholici more Pontificio,  
 hic in Templo insulari, & oblatum esset Sacri-  
 ficium in illorum Missâ pro Redemptione demor-  
 tui excogitatum, duximus meritò abstinendum,  
 esse aliquandiu à publico officio ministerij Eccl.  
 in nostris Templis usitato, ut excitaremus no-  
 stram Ecclesiam rectè attendere periculo præsen-  
 ti: Neq; enim locum daremus prave Religioni  
 contra recens Concilium Ubsaliense. Post ali-  
 quot septimanas rursus ministerio Ecclesiastico in-  
 cubuimus more solito, additâ tamen protestatio-  
 ne solenni, ne Electus Rex admitteret denuò no-  
 stra Tempa & Religionem dehonestari his Ce-  
 remonijs & ministerio Pontif. Verum elapso vix  
 octiduo deducunt Pontificij Sacerdotes aliud suum  
 funus: Senatores Regni cum Magistratu Civili &

Capitularibus obtulerunt eis duplicem locum honestæ Sepulturæ aptum in Cæmiterio Urbis Septentrionali vel australi, eligerent quem maximè vellent, præmissâ conditione: ut in Polonia Svecis Servis Regis Evangelicæ Religioni addictis, commodus Sepulturæ locus daretur, factum autem est insidijs Jesuiticis, ut etiam hac vice sepelirent Poloni, adhibitâ violentiâ, in Templo insulari suum mortuum: *Illuc enim venerunt omnes Servi Regis Heuducki armati, qui non solum frugerunt resecatas fores Suggesti, ut locum ascenderet Jesuvita publicè concionaturus, Sed etiam Ministros Templi verbis lacerarunt, unum Scholarem cranio fracto interfecerunt; Omnes autem presentes nostræ Religionis socios calumnijs abegerunt, quorum multum in fuga pedibus sunt conculcati ut de vita desperarent.*

Hoc factò supplicavimus S. R. M. ut nostram Ordinantiâ Ecclesiæ defenderet. Nec potuimus ab eo tempore causâ multiplicis scandali, in illo Templo insulari publicum officium facere. Hunc Tumultum & patratas cædes, non solum concessas videmus; Sed & quotidie augeri hoc malum cognoscimus. Unus illorum per aliquot septimanas insidiatus est Pastori Holmensi M. Skippero, ut illum datâ occasione perfoderet. Legatus Apostolicus graves contra Electum Archiepiscopum accusationes instituit; *Publicèq; testatus est sibi hunc tumultum non displicuisse, dum postmodum ad se invitavit hujus tumultus authores, eosq; honorificè tractavit.* Addunt Apostatæ graviolem adhuc calumniam, Cels. Vest. impiè defamantes,

dicendo (cum veniâ hoc referimus) Cels. V.<sup>m</sup> totum damnasse Concilium Ubsal. nuperrimè celebratum. Augent malum hi homines, prohibendo Nostram Ecclesiam publicâ Typographiâ, ne excudantur & in lucem prodeant pia illius Concilij acta: Quæ prohibitio nos tam diu hic detinet. Quare ad Cels. V.<sup>m</sup> Illustriss. Princeps supplices confugimus, orantes ut huic pio instituto, & publicationi Concilij Ubsal. Clementissimo animo faveat, & apud S. R. M. hanc causam fideliter agat, ut tandem eventum attingat optatum. Dei Omnipotentis tutelæ Cels. V.<sup>m</sup> cum omnibus Dilectis devotè commendamus. Holm. 4. Decemb. An. 93.

*Cels. V. subjunctissimi*

*Capitulares Ubs. Aros. & Holm. cum congregatis Clericis.*

CAP. XIIII.

*Responso Ducis Caroli, scripta Clericis Holm.*

“ **G**Ratiam & Clementiam præmittimus. Epistolam vestram accepimus, cum Exemplari vestræ supplicationis Regi datæ: Vnde cognovimus, quæ puncta supplicando obtulistis S. R. M. Fratri nostro Dilectiss. quorum aliqua poterant hoc statu Patriæ intacta manere; Reliqua postulata sunt talia, quæ confirmare potest ac debet Rex; nec diffidimus fratrem nostrum huic rei suam declaraturum benevolentiam; Ad quod efficiendum apud S. R. M. nostram promotionem ultrò offerimus. Quod attinet defamationem de nobis sparsam, quâ osores di-

divulgarunt Nos à Decreto Concilij Ubsal. præte-  
 ritâ Hyeme celebrati defecisse, relinquimus hoc  
 mendacium suo Authori, protestando talia de  
 Nobis nunquam posse probari. Solemus in re se-  
 culari promissis stare: quantò magis in re salutis,  
 confessionem nostræ fidei servamus inviolatam.  
 Ab hac salutis cognitione in verbo Dei fundatâ,  
 nos nullo nec amicitia vinculo, nec violentiæ  
 metu abstrahi patiemur, quod constanter credere  
 debetis. In hac vos à Nobis non deseri cogitabitis.  
 Intelleximus ex eodem vestro scripto Tumultum  
 esse factum in Templo Holm. Insulari, à Papistis  
 urgentibus sibi deberi ibidem mortuorum sepul-  
 turam. Quanquam hac de re utilissimum esset  
 minimam movere controversiam; Siquidem non  
 omnes honorificè sepulti resurgent ad vitam, sed  
 multi ad iudicium: Tamen indiget consultatione,  
*Num Ritus Papistici in illorum sepulturâ usitati, in  
 nostris publicè peragantur Ecclesijs?* Præsertim cum  
 nullus in Polonia relinquatur nostræ Religionis ho-  
 minibus honestus sepulturæ locus. Ultimò pro-  
 mittimus nostrum studium & fidele auxilium pro-  
 movendi utilitatem Patriæ, spectantem tum spi-  
 rituale tum Bonum seculare, pro quibus bonis re-  
 rinendis vitam omniaq; nostra offerimus paratissi-  
 ma. Huic clementissimo nostro Responso vos  
 acquiescere & benè valere volumus, Nycopiæ  
 13. Decemb. Anno 93.

## CAP. XIX.

*Responsio Regis Sigism. ad postulata Senatorum,  
 data 5. Decemb. Anno 93.*

Prin-

**P**incipio Postulant Senatores Regni, ut Religionis Evangelicæ usus confirmetur subditis. Miramur quam illi requirunt ulterius confirmationem: Cogitavimus nos hac in parte satisfecisse subditis, data ore & manu promissione liberali, cui meritò acquiescerent.

2. Stipendia Clericis distribuenda censemus, juxta cujusq; diligentiam in officio, & fidelem subjectionem nobis præstitam: Infidelibus autem ministris Ecclesiæ, qui auditores suos contra Magistratum irritant, nos nihil stipendij debere judicamus.

3. De processu Sepulturæ Regiæ, suo Tempore Ubsaliæ peragenda, Senatores Regni hætenus nihil definiverunt: Neq; de Exterorum Sepultura Holmiæ determinanda quicquam certi novimus. His de rebus Senatorum consilium requirimus.

4. Supplicationem Clericorum nobis oblatam esse noverunt Senatores, volumus ut recognoscant singula illorum postulata, & deliberent quid possit concedi, quid non: Videntur enim quædam in præjudicium Regis imperantis disposita, quæ concessa officium Magistratus tolerare nequit.

5. Non satis allequimur, cur subditi requirant affectuosius nostram confirmationem Religionis usitatæ, quam soleant prioribus Temporibus subditi suos molestare Reges. Moris quippe est, ut subditi reddant se contentos confirmatione privilegiorum & immunitatis, tempore Regiæ coronationis præstandæ. *Dilatio requisita confirmationis idèd facta est, ut intelligerent subditi Discrimen inter Regnum Hæreditarium & Ectogicum.* Volumus ut

ut Senatores conscribant formam confirmandæ Religionis.

Post 2. circiter menses, vid. 28. Jan. An. 94, fecit Rex Sigism. hoc modo conscribi Religionis confirmationem. *Electo Regi Svec. non quidem liberum est ratione conscientie, altam Religionem approbare & publicatam velle, propter eam in qua educatus sit, & quam ipse veram noverit: Tamen avitam Patria Religionem ab Avo nostro pia mem. instauratam & confirmatam facile approbavimus, ejusq; usum integrum subditis concedemus, modò explicitens Patriota quantum concedant vice versa Religioni Catholica, & quid privilegij cognoscant Servi nostri Catholici sibi in Svecta contingere. De Ritibus Eccl. urgent Clerici tantum servandos esse in Evangelicis Ecclesijs usitatos. Respondet Electus Rex se nullos Ritus in Ecclesia servandos adhuc determinasse: Quod etiam si fecisset, nihil ab officio alienum se commississe cogitat.* Volunt subditi Legatum Apost. hic remanere, ne in processu Ubsalia futuro, aut Funeris Regij ad Sepulturam deducendi, aut nostræ Coronationis Regiæ conspiciatur; Fatemur hunc Legatum non vidisse: Sveciam propter ullum officium publicè administrandum: Sed propter propriam Regis personam, quam accelerare iter in Patriam, & vocationi Svecorum maturè satisfacere Legatus sedulo hortatus est. Quo Nomine se gratias à Svecis, non ignominiam promeruisse præsumit.

Has omnes Epistolas, ipsaq; acta Concilij Ubsal collegit magno studio *Dn. Steno Magni* olim, Cathedr. Præp. Wex. qui omnibus his actibus præfens adfuit, & nuper mortuus est.

Dubia confirmatio Religionis Evangel.

*Iterata supplicatio Clericorum Holmiæ  
presentium.*

**M**Anserunt Holmiæ circiter 3. Menses Clerici, ut haberent Clementissimam Regis resolutionem postulatorum, Nomine totius in Patria ministerij Eccl. humilimè oblatorum: Sed cum nulum certum Responsum daretur, supplicarunt S. R. M. ultimò die 28. Decemb. additâ protestatione, quod recognosceret Rex Clericos Patriæ, utpote fideles subditos suum officium fecisse, offerendo debitam subjectionem ac fidelitatem; Deinde rogando defensionem tum officij Eccl. tum veræ Religionis, communi omnium Regni Ordinum, fereq; singulorum indigenarum Decreto approbatæ. Hujus supplicationis justæq; petitionis ratio cum haberetur nulla, indicarunt S. R. M. Clerici nulum sibi restare tempus, quo à suis Ecclesijs diutius abessent, sed necessitate officij cogerentur singuli ad suas redire Ecclesias. Itaq; *sciret Rex se suo tempore responsurum Deo ejusq; Ecclesia in Patria, quod Supplicationem Clericorum planè neglexisset.* Hac scriptâ Apologiâ, ablegarunt Clerici Holmiæ congregati duos Presbyteros, ut Ducem Carolum adirent, quasituri Consilium quid hic esset agendum? Dabantur illis hæc puncta coram Illustris. Principe tractanda.

Legatio Clericorum ad Ducem Carolum.

I. Præmissâ deprecatione quod Clerici tam audactè & frequentè sollicitassent Principem, peterent Presbyteri submissè Consilium & auxilium Illustris. Principis in publica causâ Ecclesiæ & pro-

& promotione ejus ministerij, quam curam Deus largè compensabit.

2. Præcipua cura esset omnium Regni Ordinum, imprimis Hæredit. Principis retinere veram Evangelicam Religionem, novissimo Concilio Ubsal, solennitèr approbatam. Ab hac si nos recesserimus, actum erit de fidelitate nostra Deo debitâ, nec effugere possimus crimen perjurij, quid dicam nos incertos esse de salute aterna.

3. Quoniam legitima vocatio requiritur ad utilem officij Eccl. administrationem, erit certè maxima cura adhibenda, ut Electio Archiep. Regni legitimè procedat. Ergò rogamus submissè Illustris. Principem, ne concedat M. Abrahamum in Concilio Ubsal. legitimè & solennitèr Electum, ab officio Archiep. removeri, ne obtrudatur Patriæ alius fortè impius, à nostra Religione alienus.

4. Illustris. Princeps humilimè rogatur dare Responsum scriptum, ut ministri Eccl. de Clementia Illustris. Principis sibi gratulentur. Crescit, iniquitas & superba gloriatio nostrorum adversariorum indies augetur; hoc malum, nisi maturè tollatur, trahunt illi Regem quò volunt. Dat. Holm. ultima Decemb. An. 93. Subscripserunt

*Abrahamus Electus Ubsal; Jacobus Erici Stocholm.*

*Pet. Bened. Episc. Lincop. Petrus Kentcius.*

*Olaus Steph. Episc. Aros, Ericus Jacobi.*

Dedit Dux Carolus Responsum, ut Clerici expectarent patientèr tempus Coronationis Regiæ, tunc se promoturum Regium Responsum Clericis acceptum promisit, quod factum esse infra patebit.



Epistola Ducis Caroli scripta Regi Sigism. ex Castro Grippsholm. An. 94. 19. Jan. quâ Rex seriò admonebatur confirmare libertatem Religionis Evangelicæ Patriotis exoptatam, legitur in Exeg. Hist. Holmiæ impressâ Anno 1610. pag. 113.

## CAP. XXI.

*Supplicatio omnium Ordinum Regni Suec. Electo Regi Suec. Sigism. scripta.*

S. R. M. V. sit nostrum fidele obsequium semper paratissimum.

„ S Ereniss. Rex Dn. Clementiss. S. R. M. V. No-  
 „ tum facimus nos Regiæ vocationi obtemperan-  
 „ tes, huc maturè venisse, ab omnibus nostris fratri-  
 „ bus, Regni incolis, donati plenipotentiâ dicendi  
 „ & concludendi necessària.

„ Primò offerimus S. R. M. V. submissam omnium  
 „ servitutem ac fidelitatem, cum assidua exoptatio-  
 „ ne, ut Regiæ Coronationis actus felicissimè succe-  
 „ dat in Dei gloriam Patriæq; utilitatem.

„ Deinde postulata subditorum humilimè exhibe-  
 „ mus S. R. M. V. quæ Clementiss. Regis resolutionem  
 „ ac approbationem necessariò requirunt. Sunt enim  
 „ talia postulata, quæ Hæred. Rex suæ Patriæ optima  
 „ cupiens, facilè largiri velit ac poterit. Hoc si S. R. M.  
 „ V. Clementiâ Regiâ subditis donaverit, & hæc æqua  
 „ postulata toto tempore Regiminis sui impleverit,  
 „ nullum erit dubium, quin felix erit Dei gratiâ, vestrū  
 „ imperium, nosq; unanimes consensu declarabimus S.  
 „ R. M. V. totiq; familiæ Regiæ omnem fidelitatem ac  
 „ subjectionem. Quod si Et. Rex denegaverit subditis Re-  
 „ glam approbationem horum postulatorum, inbibent nostri  
 „ fratres domi remanentes publicum Homagium esse S. R. M.  
 „ V. præ-

*V. præstandum* Quid Deinde eveniat, & quæ exinde sit  
 expectanda Patriæ fortuna præstolabimur omnes. “  
 Sciat autem S. R. M. V. nos excusatos, ne nostra taci- “  
 turnitas cupiat damnum Patriæ illatum. Sunt “  
 autem hæc postulata æquissima. Usus Religionis “  
 Evangelicæ in Reformata Ecclesia Patriæ appro- “  
 batus, & ultimo tempore Regis Gustavi, prin- “  
 cipioq; Regiminis Joh. III. piè usurpatum, nuper “  
 etiam in Concilio Ubsal. juxta invariata August. “  
 Confess. confirmatum, rogamus in Patria manere “  
 integrum ac incorruptum, nullis additis vel muta- “  
 tis Ceremonijs Eccl. Item supplicamus, ne S. R. “  
 M. V. ullam aliam admittat Religionem publicè “  
 in nostris Ecclesijs administrari (*excepto S. R. M. V.* “  
*Sacello, dum præsens adest Rex*) nedum ut alieni do- “  
 centes in Tempa & Scholas intrudantur, aut do- “  
 lis adversariorum subornentur. Adhuc petimus ut “  
*Electus Archiep. M. Abrahamus* in officio suo Regiâ “  
 authoritate confirmetur, & Academia Ubsal. re- “  
 stauretur, ordinatis Professoribus, quibus dentur “  
 liberalia stipendia ad Studiorum liberalium & Sacro- “  
 rum feliciter continuandum exercitium. Estq; ne- “  
 cessaria pauperibus Studiosis libera Mensa, ut inge- “  
 niosi discipuli fidelius studeant, & Regnum habeat “  
 personas necessarijs officijs idoneas. Non erit incon- “  
 veniens alere publicis sumptibus quosdam Studiosos “  
 in exteris Evangelicis Acad, qui majorem sibi conci- “  
 lient experientiam, & sciant majori dexteritate pu- “  
 blicis officijs præesse. Item erit necessarium, ut “  
*qui officijs etiam Politicis præstantur, sint nostra* “  
*Evangelica Religioni addicti:* Non enim officiarij “  
 alienæ Religioni favorabiles, veram nobiscum, “

Rogant sub-  
diti confirma-  
tionem

Religionis  
Evangelicæ

2.  
Archiepiscopi  
legitimè ele-  
cti.

3.  
Academia  
Ubsal.

unionem ac vinculum pacis volunt servare. Jura Svetica & privilegia cujusq; Ordinis ac Personarum, longo usu, aut literis Regum confirmata, censemus inviolata manere, quod S. R. M. V. nec improbaturam confidimus. Grave attulit Patriæ damnum moneta per triennium adulterata. Multi divites omnibus suis bonis hoc modo sunt spoliati: Multi liberi parentibus orbatî, simul hæreditate suâ exciderunt, dum pro ampla hæreditate in monetam translata, sit illis relicta pecunia nullius pretij. Itaq; S. R. M. V. submissè rogamus, huic malo occurrere, justam monetam cudendo, quæ inter subditos distributa reddat præmium æquivalens bonis per emptionem acquisitis. Adhuc

4. Privilegiorum & juris Svec. 4. ra Svetica & privilegia cujusq; Ordinis ac Personarum, longo usu, aut literis Regum confirmata, censemus inviolata manere, quod S. R. M. V. nec improbaturam confidimus. Grave attulit Patriæ damnum moneta per triennium adulterata. Multi divites omnibus suis bonis hoc modo sunt spoliati: Multi liberi parentibus orbatî, simul hæreditate suâ exciderunt, dum pro ampla hæreditate in monetam translata, sit illis relicta pecunia nullius pretij. Itaq; S. R. M. V. submissè rogamus, huic malo occurrere, justam monetam cudendo, quæ inter subditos distributa reddat præmium æquivalens bonis per emptionem acquisitis. Adhuc

5. Justæ moneta. 5. ti divites omnibus suis bonis hoc modo sunt spoliati: Multi liberi parentibus orbatî, simul hæreditate suâ exciderunt, dum pro ampla hæreditate in monetam translata, sit illis relicta pecunia nullius pretij. Itaq; S. R. M. V. submissè rogamus, huic malo occurrere, justam monetam cudendo, quæ inter subditos distributa reddat præmium æquivalens bonis per emptionem acquisitis. Adhuc

6. Pacis publicæ. 6. rogant indigenæ submissè, ut S. R. M. V. faciat pacem cum Muschovitis, quò subditi liberentur à multis belli gravaminibus, quæ Patriotarum penarium hæctenus miris modis expilarunt. Non quidem ferunt molestè subditi imponi contributiones extraordinarias ad Regni defensionem necessarias, si fuerit primò data illis respiratio vires recolligendi in hoc funesto bello fractas: Dum vero imponantur tales contributiones, rogamus id fieri juxta Patriæ Legem in publicis Comitijis, ubi causæ contributionis examinentur, & contributio omnium consensu approbetur. Exoptatio subditorum constans & fidelis est, ut S. R. M. V. diu in Patria maneat, & in persona Regimen feliciter administret: Sin vero extrema necessitas urgeat regressum fieri in Poloniam, rogamus ut S. R. M. V. definiat certum tempus redeundi in Patriam, ne dispendium Ordinarij Regiminis quid

7. Impositionis contributionum juxta legem Svec. 7. tiones extraordinarias ad Regni defensionem necessarias, si fuerit primò data illis respiratio vires recolligendi in hoc funesto bello fractas: Dum vero imponantur tales contributiones, rogamus id fieri juxta Patriæ Legem in publicis Comitijis, ubi causæ contributionis examinentur, & contributio omnium consensu approbetur. Exoptatio subditorum constans & fidelis est, ut S. R. M. V. diu in Patria maneat, & in persona Regimen feliciter administret: Sin vero extrema necessitas urgeat regressum fieri in Poloniam, rogamus ut S. R. M. V. definiat certum tempus redeundi in Patriam, ne dispendium Ordinarij Regiminis quid

8. Ut maneat Rex Sig. in Patria. 8. diu in Patria maneat, & in persona Regimen feliciter administret: Sin vero extrema necessitas urgeat regressum fieri in Poloniam, rogamus ut S. R. M. V. definiat certum tempus redeundi in Patriam, ne dispendium Ordinarij Regiminis quid

nobis mali adferat, Sin justo diutius differat Rex  
 ad nos redire, supplices oramus ut S. R. M. utatur  
*auxilio Principis Hæredit. Regni Caroli, ac Senatorum*  
*in Patria consilio,* quibus certa Regiminis forma  
 præscribatur, ut utilitatem amplissimi Regni Sveo-  
 Goth, ordinata, ne nobis sit necesse supplicatio-  
 nes in Poloniam transmittere, & inde non sine  
 maxima difficultate ac mora resolutionem expe-  
 ctare. Insuper monet supplicatio nostra, ne Re-  
 galia armamenta vel ornamenta publica de Regno  
 efferantur: Sed ad Patriæ præsidium ac honorem  
 in proprio loco maneant, Tantum absit ut quic-  
 quam de Provincijs Regni nostri ad R. Poloniæ  
 amplificationem addatur. Quoniam veterani  
 milites Patriæ habeant supplicationem specialem,  
 etiam singulæ Provinciæ Regni suam quælibet  
 quærelam necessariò resolvendam & clementèr  
 determinandam offerre velint, rogamus supplices,  
 ut S. R. M. V. constituat examinatores Supplicatio-  
 num, qui referant ad S. R. M. V. quærelas subdito-  
 rum, ut citius resolvantur, & singuli clementiâ Re-  
 giâ refocillati ad suos redeant.

His æquissimis postulatis à S. R. M. V. approba-  
 tis, erit Electus Rex de nostra debitâ subjectione  
 & solenni Homagio certissimus. Dei omnipoten-  
 tis Tutelæ S. R. M. cum Illustris. Coniuge & Familia  
 Regiâ supplices commendamus. Ubsal, 6. Feb. An. 94.

S. R. M. 11

Subiecti.

Regni Svec, Senatores, cum Or-  
 dine Nobilium, Clericorum, Ci-  
 vium, Montanorum, Milium &  
 Rusticorum, CAP.

9.  
 Ut Dux Caro-  
 lus substitua-  
 tur in absen-  
 tia Regis.

10.  
 Ut Regalia  
 maneant in  
 Regno.

*In actu Coronationis Regis Sigism. confirmatur Sveciæ Religio Evangelicæ.*

**P**rocessum Coronationis Regiæ non decet hic referre: Tamen subticendum non erit diu ventilatum fuisse, à quo perficeretur Coronatio, seu quis imponeret Capiti Regis Coronam? Mos erat Regni Svec. toto Tempore Christianismi servatus, ut Archiepiscopus Ubsal. hoc opus perficeret, & in publico processu, præsentibus omnibus Regni Ordinibus, Regem ungeret ac solennitè coronaret, eiq; Divinam benedictionem nomine omnium Subditorum optaret. Hunc processum hoc Tempore servare erat difficilimum. Nam nullus erat adhuc confirmatus à Rege Archiepiscopus, nec suaferunt Jesuvitæ Electum à tota Patria M. Abrahamum esse confirmandum Archiepiscopum. Quoniam vero Religiosus mos Patriæ esset necessariò servandus, etiam erat conclusum in publico conventu Calmarn. (ut supra legitur lib. 3. c. 50.) Coronationem R. Sigismundi suo tempore futuram per

Bulovius,

Vitæ & Religionis veræ sit cura eadem,

*Archiepiscopo ES Processu Coronationis Regiæ Religio est vita hominum, retinens societatem firmam. Cuius Sveci suam sibi relinquendam flagitans, illis ceriè concedenda erit, quæcumq; tandem sit: Nam ut Poëta ait*  
*Dextra præcipuè capiti indulgentia mentes,*  
*Asperitas odium, savaq; bella movet.*

Ar. hie-

Archiepiscopus eligatur juxta morem Patrie, non  
 est quod Rex consuetudinem suorum Patriotarum per-  
 turbet. Processum Coronationis observarunt Antiqui  
 varium. Militares olim sibi erant Reges; Nec est  
 de Ceremonijs scrupulose controversandum; Si velit Rex  
 ab Archiepiscopo Sveci coronari, tentet sine Ceremonijs  
 Rex Patria proclamari. &c. Consilium Bulovij an-  
 notat prolixè Chytr. in Chron. mem. Rer. pag. 70. &c. Chytr.  
 Motus itaq; Rex Sigism. tum Argumentis allatis,  
 tum constanti postulatione Svecorum, confirmavit  
 M. Abrahamum Archiepiscopum, ut ab eodem Rex  
 coronaretur. Sed quam difficulter id concesserit  
 Legatus Apost. cum Jesuicis presentibus, placet  
 audire unius illorum, sc. Fab. Quadr. in Sp. piet. Fab. Quad.  
 part. 1. c. 8. Relationem, amaritudine & cavillis  
 plenam, quæ sic habet: Summis studijs conatibusq;  
 laborabant Rex & Regina, ut Coronatio ab Episcopo Ca-  
 tholico, & quidem Nuncio Apost. ipsis exhiberetur. At  
 omnem ludebant operam. Nempe prodij Coronationis  
 initio quidam ANIMARUM LATRO, OVIVM LM- Humanitas  
 PUS: Prodiit MORIO, qui ne umbram unquam ho- Jesuistica.  
 nesti viderit &c. Pari NUGAS istas Rex Regi-  
 naq; longè invictissimi, solâ injuriâ perditissimorum  
 Temporum coacti debuere. Nam ut ait Plaut. Jussa  
 ab INIUSTIS petere insipientia est;

In hoc processu Coronationis solennitèr con-  
 firmavit Rex Evangelicam Religionem in tota Sve-  
 cia publicè excolendam esse, ut in Templis & Scho-  
 lis Patriæ primum Evangelium absq; superstitione  
 humanâ tractaretur, & Sacra in Templis perageren-  
 tur simplicibus Ritibus in Ecclesijs Evangel. usitatis.

Hanc confirmationem publicis Edictis se scripturum Rex coronatus promisit.

## CAP. XXIII.

*Generalis confirmatio postulatum Regi Sigismundo à Svecis obtatorum.*

„ **N**OS Sigismundus D. G. Svec. Goth. & Vand.  
 „ Rex Hæred. magnus Princeps Finlandiæ, Ca-  
 „ reliæ, Votzkepetin & Ingridiæ in Russia &c. Sicut  
 „ & Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuan. Borussia,  
 „ Massuria, Samogitia, Kiovia, Volhonia & Livo-  
 „ nia &c. Dominus, Notum facimus nos Divinâ di-  
 „ sponente gratiâ, & jure Hæreditariæ successio-  
 „ nis ab omnibus Regni Svec. Ordinibus approbatâ,  
 „ pervenisse legitimè ad Thronum & Coronam hu-  
 „ jus Regni, quod hodiè libero consensu omnium  
 „ subditorum ratificatum est. Ideo promittimus  
 „ omnibus nostris subditis, Nobilibus & plebeis, Ec-  
 „ clesiasticis & Politicis Regiam Clementiam & Di-  
 „ lectionem. Imprimis offerimus illi libertatem Evan-  
 „ gelicæ Religionis, qua Patriotus erit integra, & in to-  
 „ to Regno Svec. usurpanda, juxta Invariantam August.  
 „ Confess. Cesari Carolo V. An. 1530, oblatam; velut  
 „ mansit hæc Doctrina Patriotus incorrupta, ultimo  
 „ tempore Avi nostri & Principio Regni Patris no-  
 „ stri (utriusq; memoria sancta) & sicut confessio  
 „ ejusdem fidei nuper approbata est ab omnibus Re-  
 „ gni Ordinibus in libero Concilio Upsal. Anno 93.  
 „ in Martio. Hanc Religionem in Patria factam te-  
 „ tam defendemus, non admittentes ut alieni Do-  
 „ centes in Templis vel Scholis Patriæ alicubi suam  
 „ Doctrinam, per vim aut dolum admisceant. Sin  
 „ vero

vero privatam agunt vitam in hoc Regno, qui  
 alienæ Religioni sunt addicti, utantur legibus Ci-  
 vilibus cum Patriotis, quamdiu quietè vivunt, nec  
 hæresin propagatam cupiunt. Ad officia publica  
 etiam Politica nulli promovebuntur in Patria qui  
 Religionem Evangelicam nolunt salvam, quin po-  
 tius qui eam seriò defendere volunt publicis offi-  
 cijs præfiantur. Deinde affirmamus sanctè nos  
 velle dilectam Patriam sincero amore amplecti,  
 subditorum commodum & utilitatem fideliter quæ-  
 rere, jura & justitiam singulis, ita pauperibus ut  
 divitibus rectè distribuere, atq; singulorum privi-  
 legia & immunitates, pro cujusq; dignitate & of-  
 ficio conservare laborabimus. Scriptam Legem  
 Svet. non patiemur infringi (*excepto Article de  
 successione Regum Hæreditaria, quem omnes Patriota  
 Libera voluntate concluderunt*) in summa, de nobis  
 polliceantur sibi singuli & universi nostri subditi,  
 majores & minores, clari genere & ignobiles, nos  
 fore fidelissimum & Clementiss. Regem Patriota-  
 rum, singulis jura ordinantem, & singulorum in-  
 commoda avertentem. Quare omnes ac singulos  
 Regni hujus Ordines, in illisq; singulas personas  
 cum omnibus cujusq; possessionibus, sub nostra  
 Tutelâ ac Regia defensione accipimus protegen-  
 das, nemini concedentes nostrorum alicui subdi-  
 torum quicquam contra jus & æquum inferre.  
 Hoc majori studio servare conabimur, cum nostri  
 subditi suam fidelitatem nobis repromiserint, idq;  
 solenni Homagio contestentur. Ad confirmatio-  
 nem hujus Regij promissi, constanter juxta fidem  
 nostram Christianam, honorem Regium, ac ve-



ritatem avitam servandi, subscribimus propriam  
manum & Sigillum Regium imprimi curamus.  
Dat. Ubsal. 19. Febr. Anno 94.

## CAP. XXIV.

*Specialis confirmatio postulorum à supplicanibus  
Clericis oblatorum.*

NOS Sigismundus &c. Significamus nostros in  
universum subditos humilimè rogasse nostram  
confirmationem Religionis Evangel. quam licet  
publico Ediçto hactenus dederimus: Tamen ean-  
dem in hac resolutione Clericis data repetimus,  
*approbantes usum illius in omnibus Regni Sweo-Gothæ  
Ecclesijs, juxta invariata[m] Aug. Confess. Casari Caro-  
lo V. An. 30. oblatam, & in Ubsal. subscripçionibus Pa-  
triotarum confirmatam, ritè servandum;* Non admif-  
suri aliquem Docentem in Templis aut Scholis  
Patriæ, qui contraria doceat, neq; in publicis Ec-  
clesiæ officijs alienum ab Evangel. Religione uni-  
cum, in hoc Regno sumus visuri. Adhuc confir-  
mamus jus eligendi Episcopum competere Capitu-  
laribus cum præcipuis in Diæcesi Presbyteris, ut  
juxta Ordinantiã Svet. nominent Aliquos sine  
personarum acceptione ad dirigendum hoc officium  
dispositos, cum invenerimus illos maximè ido-  
neum elegisse, hunc in officio confirmabimus. Da-  
mus etiam Episcopis jus ordinandi Clericos & præfi-  
ciendi Ecclesijs Pastores, sicut ordinatum est in Pa-  
tria An. 73. & in Ordinantiã Eccl. Svet. legitur ex-  
pressum: Servatis tamen & jure patronatus & inte-  
grâ Regiã potestate conferendi beneficia Regalia  
Clericis, in aula & militia benè meritis. Si quod  
gravius occurrat erratum in Ecclesijs Svec. quod  
Epi-

Episcopus Diæceſeos neq; in viſitationibus neq; conſilio Capitularium poſſit corrigere; inſtituetur ſolemnis viſitatio ab Archiepiſcopo, additis eidem cum Epifcopo Diæceſeos, Noſtris officiarijs, qui conjunctis ſuffragijs & auxilijs Errata Eccl. corrigent. Nolumus autem publicum Concilium ſub noſtro Regimine in abſentia noſtra eſſe celebrandum. Academiam Ubfalienſ. reſtaurabimus, addendo Stipendia Docentibus & Diſcentibus neceſſaria. Bona Eccl. quæ olim ſunt liberalitate majorum noſtrorum amplificata, volumus Eccleſijs eſſe conſervata, ne quiſquam ſubditorum præſumat quicquam detrahere Eccleſiæ. Trientem Decimarum ex omni frumento Agricolarum Paſtoribus hætenus datum, dehinc illis retinendum confirmamus. Inquiſitio Decimarum fiat quotannis in quovis diſtrictu à Præpoſito, Præfecto & Legifero Territorij. Quod frumentum ſolet de ſingularum paræciarum granarijs annuatim dari Templis, tum Cathedrali, tum Parochiali, tum Præpoſito, jubemus Regiâ authoritate manere illis integrum. Intelligimus Paſtores Eccl. in bello Muſchovico inſolitis gravaminibus fuiſſe afflictos, igitur Regiâ Clementiâ confirmamus illorum immunitatem, nolentes gravare Clericos, niſi ſumma requirat neceſſitas; Tunc etiam agemus cauſas publicis in Comitijs, explicantes neceſſitatem dandæ contributionis ad deſenſionem Patriæ, quâ expoſitâ, requirit Clericorum ſicut aliorum ſubditorum fidelitas, qui Patriâ ſalvam volunt, ut liberè contribuant neceſſaria. In judicijs Politicis ubiq; comparere Paſtores Eccl. non videmus neceſſum, niſi agantur cum illis Politicis.

„ Causam autem Ecclesiast. tractabunt Clerici coram  
 „ Episcopo & Capitulo. Ultimò sub Regiâ prote-  
 „ ctione omnes Clericos majoris & minoris gradus  
 „ retinemus cum omnibus suis bonis custodiendos,  
 „ non permittentes quemquam illorum ultra Leges  
 „ & Justitiam à quoquam agitari. Si contingat Cle-  
 „ ricum infidelitatis & criminis in nos & Patriam,  
 „ aut negligentia in officio reum peragi, cum illo  
 „ ex jure & æquo agatur, ne sit suspitioni locus,  
 „ eundem causâ Religionis vexari. Promiserunt no-  
 „ bis vice versa Clerici, se conjunctim & separatim  
 „ fore nobis nostrâq; familiâ fideles, qui etiam cu-  
 „ rabunt, ut Auditores illorum in vera fidelitate,  
 „ nobis nostrisq; debitâ, rectè informentur, in eaq;  
 „ perseverent. Hoc confirmamus propria manus  
 „ subscriptione & Sigilli Regij impressione.

## CAP. XXV.

*Iniqua acta Eccl. sub discessu è Svecia R. Sigism.  
 producta.*

**P**romissionem Regis Sigism. fuisse Diplomate  
 confirmatam & in ipso Coronationis actu so-  
 lenniter promulgatam audivimus, ut Sveci inte-  
 gram retinerent defensione Regiâ Religionem,  
 Evangel. Neq; se permissurum Rex ipse recepit,  
 ut alieni Docentes loca publica occuparent. Hæc  
 promissio in fumum abivit dolis Legati Apost. &  
 sociorum ejus Jesuitarum, in coronatione Regis  
 Sigismundi præsentium. Nam hi consiliarij sua-  
 serunt Regi abitum de Patria sine ulla promissio-  
 ne regressus, ut nec liceret Regi præscribere Duoi  
 Ca-

Carolo ac Senatoribus Regni plenam conservandam, in Regis absentia Regiminis Svec. Ordinantiâ; Saltem fuisse mutilatam sibi transmissam conqueritur Dux Carolus. In hoc tamen cursorio Regis itinere non defuerunt Papistico Jesuvita sua calliditate seminandi falsam Religionem in Patria, per institutionem Scholarum Jesuiticarum, non solum Holmia in Arce Regiâ, & domo Civitatis Ketibinna; Sed etiam in Insula Meleri Lacus Drottningholm & Washenis; Quæ Scholæ & Exercitia Papist. nequiverunt aliquot annis extirpari. Imò reliquit Legatus Apost. Patriâ nostrâ discedens, aliquot *Jesuvitas*, qui *propaganda Religioni Papist. sedulo invigilarunt*. Hoc malum contra promissionem Regiam Svecis illatum non displicuit Regi Sigism. tantum aberat ut hoc totum esset illi ignotum. Erat quippe à suis edoctus, *non esse Hæreticis* (quales illi vocant Evangelicos) *servandam fidem*. Addidit etiam Rex Patriâ discedens hoc malum, promissioni suæ contrarium, ut *constitueret Svecos Apostatas Gubernatores Arcium & Provinciarum*. Nam Apostatam & fautorem Papistarum, Comitem Ericum præsidere fecit Arci Holm. Aliosq; tales alijs locis.

## CAP. XXVI.

*Acta Episcoporum & Clericorum Ubsalia congregatorum Anno 95.*

**N**OS Episcopi, Professores & Clerici Ubsaliæ congregati Anno 95. Mense Febuario, hos Articulos conclusimus.

Illustris. Principi Carolo, cum Magnificis Se-  
na-

natoribus Regni Supplicationes sunt offerendæ, ut causa concediti sibi in Absentia Regis Svec. Regiminis, clementer hæc puncta ad statum Ecclesiæ nostræ pertinentia resolvant ac approbent.

2. Videtur nobis utile, & ad solvendas Deo debitas gratias necessarium, ut quotannis Dominicâ diei 19. Febr. proximâ, fiat solennis in omnibus Regni Templis gratiarum Actio, pro summo illo beneficio Divino, quod libertas Religionis Evangelicæ sit à S. R. M. nobis Svec-Gothis concessa; Nam licet in hoc opere laboraverint piè ac fideliter Illustris. Dux Carolus cum Regni Senatoribus Magnificis: Tamen opus præcipuum est Dei ipsius benedictis labori horum Religiosorum Heroum, ut nobis sit vera Religio salva, contra intentionem ac dolos Jesuitarum. Hac solennitate rogemus Deum omnipotentem porro nostra Patria adesse, ut nos nostrosq; posteros in veritate agnita Religionis conservare dignetur. Si velit Illustris. Dux cum Senatoribus Regni hanc solennitatem confirmare, illorum pio consilio hoc negotium committimus.

3. Reformandas esse Scholas Patrie fideliter suademus, ut Libri utiles pueris proponantur, vid. Catechisis Lutheri minor, quâ absolutâ, addatur Catechisis Chytrai. Item Donatus cum Sueticâ interpretatione. Grammatica Nathanis Latina, & Græca Clenardi. Rhetorica Thalæi. Dialectica Ramii. Dialogi Corderi. Ciceronis Epistola, ex Sturmio collecta, & Oratioes Ciceronis pro Archia, Ligario &c. Virgilius. Si defunt Exemplaria inter pueros distribuenda, illa imprimenda curabimus. Si inveniant hanc gratiam, Capitulares ut ubiq; habeant certa Salaria, volumus hunc

hunc Ordinem lectionum in Scholis Cathedr. esse continuandum. Præpositus Cath. prælegat discen- tibus Evangelium S. Matthei: primam Epistolam ad Timoth. Primam Johan. Proverbia Salomonis. Psalmos graduum. Pœnitentiarius singulis annis absolvet Catechesmum Chytræi. Decanus Gram- maticam Græcam & Epistolam ad Galat. Quo- niam in celebribus Diæces. *Såhara & Wixid* sint Episcopi senio confecti, qui rectè præesse officijs nequeunt, rogamus submissè pium Magistratum, dare illis necessariam vitæ sustentationem, ut viri his officijs idonei in locum subrogentur.

Consultum videmus, ut assidua instituatur in- 4. spectio, ne veneficæ & sagæ exercean incantatio- nes; Neq; detur occasio adulteris, fornicatoribus, alijsq; maleficis, nunc plus justo (proh dolor) su- perstitibus, suum continuandi studium, toti Pa- triæ scandalosum, quin potius debitam luant pæ- nam, ut numerus improborum minuatur, & pæ- na Divina avertatur.

Usum Catechismi necessariò proponant Pasto- 5. res suis Auditoribus, ut hi in veritate Religionis confirmetur. Judicamus commodissimum esse, ut Clerici prælegant è Suggestu in singulis Con- cionibus particulam Catechismi cum explicatione Lutheri, eaq; occasione explicent Pastores causam, cur abrogatæ sint Ceremoniæ Papist. quod Pastores non sufficiunt explicare, explicabunt populo in vi- sitationibus ipsi Episcopi, incipientes maturè jam à tempore Pentecostes hoc pium exercitium.

Videmus necessarium ut dies precationum, ad 6. minimū unus, singulis Hebdomadis servetur in Tem- plis

664  
 plis ruralibus, & fieri tunc preces pro pace,  
 pro Rege & Magistratu nostro, pro integro statu  
 Patriæ tam Eccl. quam Polit. &c.

## CAP. XXVII.

*Postulata Clericorum scripta Illustriss. Principi Regni  
 Senatui Anno 95.*

**R**ogant supplices Episcopi, Professores & Capi-  
 pitulares, Nomine totius Cleri in Svec. ut Il-  
 lustriss. Dux Carolus cum Magnificis Senatoribus  
 Regni hæc puncta ad status Eccl. conservationem  
 necessaria piè deliberent & resolvant.

1. *Usus Religionis Papist.* alicubi in Patria, autho-  
 ribus Jesuicis institutus, & Holmiæ Drottningo-  
 holm & Wastenis adhuc remanens, *videtur necessa-  
 riò abrogandus*, ne seducantur simplices. Etiam  
 discurrunt in Regno factionis Jesuicæ socij, quos  
 censemus autoritate Magistratus de Patria expel-  
 lendos.
2. Certa Salaria determinari Professoribus, Ca-  
 pitularibus & Rectoribus Scholarum particularium,  
 sollicitè rogamus, ut singulis officijs pars Decima-  
 rum certis in granarijs relictarum contingat, ma-  
 neatq; perpetua. Hoc obtinere clementiâ Magi-  
 stratus cupimus non propter lucrum augendum, aut  
 avaritiam explendam: Sed ut habeamus idoneos  
 Docentes, qui sedulam operam in Academijs &  
 Scholis collocent; Quos sine certo numerato Sti-  
 pendio ad declarandam in his officijs fidelitatem  
 cogere non possumus. Solent enim laborantes in  
 his officijs partim suam excusare negligentiam,  
 partim

partim officia deferere, causâ negati certi Salarij. Hæc mala certè vitabimus, si ordinantur his officijs certa stipendia.

Privilegia Acad. Upsal. esse confirmanda auctoritate Magistratus, videmus necessum; non solum ut omnes artes Liberales ac facultates scientiarum tradantur studiosis, deturq; potestas promovendi personas honoribus dignas ad gradus Magistrorum & Doctorum, constituto Magnifico Acad. Cancellario; Sed etiam ut status Acad. servetur, immunis ab oneribus servilibus studia retardantibus. Inspectio Professorum & Studiosorum jure committatur Rectori ac Senatui Acad. & in gravioribus causis audiatur censura Magnif. Cancellarij Acad. non vero fiat appellatio casuum ad summum Magistratum, nisi agatur causa Capitis, tunc exhibit Reus jure Acad. & tradetur judicio summi Magistratus puniendus.

Promisit Illustris. Dux consensu Senatus Regni, instituendam esse mensam communem pauperibus Studiosis necessariam: ut promissum cadat in effectum, summoperè rogamus, & ut publicetur Edictum, non quemlibet de hoc bono participem futurum, nisi quem approbat & diligentem invenit Rector cum Senatu Acad.

Duos Studiosos in singulis Diæcesibus natos, publico stipendio sustentandos esse in Exoticis Evangel. Acad. publicè promissum esse meminimus; Humilimè rogamus ut promissum exeat in acta, illiq; Studiosi prius examinentur in Acad. Patriæ antequam alias visitent, reddituri per experientiam studia sua Patriæ utiliora.



Alia requisita ad Status Eccl. florentem conditionem necessaria, quæ sunt antea à supplicanti-  
 bus Clericis Magistratui oblata, sollicitè oramus Il-  
 lustris. Ducem Regniq; Senatam piè resolvere;  
 quorum præcipua sunt hæc: Ut compensatio fru-  
 mentaria (*Wederlagh*) loco amissorum prædiorum  
 Eccl. singulis Pastoribus ruralibus à prioribus Regi-  
 bus piè concessa, hodiè rata habeatur, ipsisq; Pa-  
 storibus confirmetur. Item. Ut Clerici senio con-  
 fecti, aut morbis incurabilibus pressi, qui amplius  
 officio Eccl. præesse nequeunt, certam inveni-  
 ant de publicis Ecclesiæ bonis sustentationem vitæ, ne  
 miseram mendicando vitam transigant. Sic etiam  
 piæ viduæ Pastorum, ut plurimum pauperes, ha-  
 beant annum gratiæ, vel in viduitate vitæ susten-  
 tationem. Nosocomiorum ratio quin sit pio Ma-  
 gistratui semper commendata non dubitamus; ideo  
 pro pauperibus ibi viventibus copiosam instituere  
 Supplicationem ducimus supervacaneum. Præpo-  
 sitorum cura & inspectio est in quolibet Distri-  
 ctu maximè necessaria, quæ solet compensari  
 Tonnâ frumenti, de singulis Granarijs in cu-  
 jusq; Districtu Præposito data, ut Clementia Ma-  
 gistratus hic non defutura sit utilitati Ecclesiæ ve-  
 hementèr confidimus. Ad pietatem & ordinem,  
 in Ecclesia servandum pertinet, ut Politici ab-  
 stineant à publicâ tractatione suarum Actio-  
 num, diebus Festis vel imminentibus summis Fe-  
 stis, avocando plebem ab usu verbi Dei, pijs  
 præcibus & exercitijs Sacris, quem contemptum  
 verbi sui ipse Deus solet copiosâ penâ ulcisci.

*Acta Eccl. in Conventu Sudercop. An. 95.*

**I**ndixit Comitum Dux Carolus Sudercopiæ frequentanda Mense Octobri An. 95. Causã disponendi Regiminis Patriæ in absentia Regis Sigism. Miserat quidem Rex Patriã discedens, Duci Carolo Ordinantiã administrandi Regiminis in Suecia, Rege commorante in Polonia: Sed quia ea Ordinantiã erat imperfecta (quod Dux publicè conquereretur) monuit Salus Patriæ perficiendam esse illam Regiminis Ordinantiã publico consensu Ordinum Regni, ut veritas approbatæ Religionis Evangel. & jura Patriæ rectè flourerent. Convennerunt dicto loco Senatores Regni cum præcipuis omnium Ordinum viris, qui communi consensu Politica necessaria concluderunt servanda, imprimis *fidelitatem Regi debitam ita absentis promiserunt declarandam sicut presentis*, De Ecclesiæ Svec. conservatione hæc puncta sunt conclusa.

Quamquam promiserit Rex noster ore & manu non esse suã indulgentiã hic tolerandos alienæ Religionis Docentes: Tamen videmus multos in Patria remanere post Regis discessum factionis Jesuvticæ socios, qui non solum publica habent exercitia Holmiæ in *Drotningholm* & *Wastenis*: Sed frequentèr oberrant in Patria, ut simpliciores decipiant. Concludimus igitur purgandã necessariò esse Patriam ab his omnibusq; Sectarijs; & *approbamus unanimi consensu, ut omnes Sectarij ab Evangelica Religione alieni, qui sedem elegerunt in Patria, omnes ac singuli intra spatium 6. Hebdomadam toto Regno discedant, aut auctoritate Magistratus compellantur abire.* Hæretici ex. eant Patriã,

Seducti Politi-  
ei quiescant &  
Monachi di-  
scedant,

2. Officiarij Politici, qui à Sectarijs sunt seducti, nec amore nostræ Religionis tanguntur, hi sunt ab officijs removendi. Maneant tamen Sveci in Patria privatam vitam agentes, juxta promissionem Regis & Decretum Ubsal. quamdiu scandala Religionis non pariunt. Quantum etiam attinet ad Monasterium Wastenense, cum Regiæ assurationis tenor sit, ut contra August. Confess. & Synodum Anno 93. celebratam nihil prorsus ullibi, sive exercitio Scholastico, sive functione Ecclesiasticâ, huic Regno bonis aut malis medijs obtrudatur, aut ullo pacto aliquod impedimentum, Religioni nostræ fruatur: Sed in his procedendum & tenendum, prout R. Gustavi ultimo, & R. Joh. (uterq; inclytæ recordationis) primo Gubernationis tempore fuerat; ideo *omnis abusus in præfato Monasterio erit tollendus, ejusq; inhabitatores omnino inde exterminandi.*

Dux Carolus  
Gubernator  
Svec.

3. Quoniam Regnum Sveo-Goth. sine præsentè Gubernatore consistere nequeat: Eligebant Ordines Regni & confirmabant in his Comitijs *Illustrissimum Ducem Carolum Regni Svec. Gubernatorem*, qui in absentia Regis regat subditos juxta Leges Svet. & approbatam ab Ordinibus Regni Ordinantiam; Item jura justitiarumq; cum consilio Senatorum Regni administrabit; Ideoq; postulata Clericorum, nunc oblata resolvet pro qualitate Temporum, ad Ecclesiæ Christi in Patria conservationem.

In his Comitijs Electi sunt duo Episcopi, Scarenensis & Wexionensis in locum antecessorum senio morboq; correptorum, licet adhuc viventium. Scarenensis Episcopus est ordinatus *M. Petrus Kendingius*

*vis*, Professor Ubsal. Wexionensis est constitutus  
*M. Petrus Jona Angeren*. Pastor Ecclesiæ Arbogens.  
 Postquam uterq; horum locum destinatum occupa-  
 asset, Antecessores illorum senilem vitam clau-  
 dentes Domino animam suam reddiderunt.

## CAP. XXIX.

*Legatio Regis Sigism. ad Ducem Carolum de abro-  
 gandis constitutionibus Sudercop.*

**R**EX Sigismundus post Comitia Sudercopiæ ce-  
 lebrata, suos in Sveciam Legatos expeditit,  
 nempe *Ericum de Wisingsborg* & ejus Avunculum  
*Arvidum Gustavi*, cum *Stanislao Dzlatinsky*, *Stanti-  
 slao Czykowsky* & *Nicolao Sapieha*, cujus legationis  
 negotia expedita copiosè describuntur in *Exeg. Hist.*  
*Hist. Holm.* à pag. 162, ad 221, inter alias objectio-  
 nes, quas Rex Sigism. proposuit Illustriss. Duci,  
 legitur 7. loco *accusatus Princeps, quod Religionem  
 mutare conatus sit.* Ad hanc objectionem S. C. sic re-  
 spondet se in Religione nihil mutasse; quod Re-  
 gni Senatores, Episcopi, Proceres atq; Ordines in  
 Conventu Ubsal. comprobaverunt, id S. C. ipso-  
 rum arbitrio permisit. Neminem enim fugebat  
 quam graves & periculosæ superioribus annis, sub  
 R. M. Dn. Parentis R. Johan. (inclytæ memoriæ)  
 imperio, dissentiones & dissidia exorta fuerant;  
 Iccircò spe, consilioq; his malis remedium afferen-  
 di, controversias componendi, concordiaq; in Re-  
 ligione resarciendæ studio Ubsaliam convenerunt.  
*Est enim Religionis concordia subditorum maximum  
 vinculum, quod corda & voluntates ipsorum potissimum*  
 17012

Religionis  
concordia  
vinculum  
unionis,

*invicem conciliat & conglutinat: Econtra vero, nulla ex re major animorum & voluntatum distractio, rerumq; publicarum pernicies nasci potest, quam ex Religionis disparitate.* Quamobrem R. M. Illustriss. Principem immeritò accusat, imò potius in R. M. hæc objectio retorqueri potest. Nam S. M. quidem restorationem Pontificiæ Religionis dissimulat, dum libertatem Religionis permittere videtur, interim suos Emissarios Pontifici addictos Sacerdotes *contra juramentum & cautionem præstitam submittit, qui Pontificias superstitiones & libellos in vulgus spargant*, cujus rei testis est Stocholmia, Cænobium item Drotningholmense & Wastenense. Præterea etiam proximè superioribus diebus S. M. subditos ad Pontificias Ceremonias, quæ fiunt Elevatione, Sale & Candelis, aliasq; superstitiones quæ S. literarum fundamento non innituntur, approbandas & amplectendas suo Diplomate adhortata est. Annon hoc magis sit tentare Religionem, quam id quod Illustriss. Principi obijcitur, cuius affectibus non præoccupato judicandum relinquitur? Si vero R. M. eam rem hac viâ aggressa fuisset, ut Exemplo Ubsaliensis Synodi (quod nationale Concilium fuit) pium & liberum Concilium celebraretur, non posset dici R. M. tentasse Religionis mutationem: Nam hoc pacto juramentum & Asscuratio Regis certa tectaq; maneret; nec opus esset Pontificios libellos passim in hoc Regno spargere, & honestorum Civium liberos seducere, ac imperitiæ multitudini, præsertim juventuti fucum facere, sicut proximè superioribus temporibus factum esse, & adhuc fieri doceri

potest, de quo subditi quotidie quærentur. Dein-  
de Illustris. Princeps omnino confidit, si quædam  
Ceremoniæ, Ordini in Ecclesijs non magnoperè  
servientes, sed Pontificiæ Idololatriæ non dissimi-  
les, multis scandalum præbentes, ex libertate Chri-  
stiana abrogantur, non esse eam rem innovatio-  
nem vel mutationem Religionis appellandam. Agit  
enim Illustris. Princeps Deo opt. max. gratias qui  
ipsius mentem verbo suo ita illustravit, ut S. C.  
verbum Dei ab hominum commentis discernere  
queat. Præterea etiam Ecclesiasticæ nostræ con-  
stitutiones earum Ceremoniæ, quæ jam subla-  
tæ sunt, abrogationem permittunt. *Hactenus Re-  
sponso Ducis Caroli Legatis R. Sig. data.*

## CAP. XXX.

*Edictum Ducis Caroli de generali visitatione  
Patriæ.*

**G**eneralem instituendam esse in Ecclesia Patriæ vi-  
sitationem intelligimus non solum fuisse constitutum  
in Concilio Vbsal. An. 93. Sed etiam Edicto R. Sigis.  
approbatum legimus. Quamobrem voluit Gubernator  
Regni Dux Carolus ablegare Archiepiscopum cum Le-  
gifero cuiusq. Provincia, alijsq. Politi. administratori-  
bus, qui conjunctim hanc visitationem obirent, de qua  
ita sonat Edictum.

**N**OS Carolus D. G. Regni Svec. Princeps Hæred.  
& Gubernator, Dux Sudermanniæ, Nericiæ  
& Warmland. &c. Significamus nos intellexisse  
gravia peccata & scandala à multis subditis com-  
mitti, & in dilecta Patria vel inde crescere mala,  
Cccc quod

„ quod peccatores nolint in Capituli examine com-  
 „ parere, ut corrigantur & pœnitentiam juxta ordi-  
 „ nem Eccl. agant. Hinc numerum peccatorum in  
 „ tantum augeri videmus ut certissimam pœnam di-  
 „ vinam accumulet. Igitur ad corrigendum hoc  
 „ malum & pœnam divinam maturè avertendam,  
 „ indicamus Rev. Archiepiscopum Ubsal. Abraha-  
 „ mum paratum instituere generalem in Patria vi-  
 „ sitationem, in qua jubemus quemlibet cujusq;  
 „ Diœceseos Episcopum adesse, ut fidei conjun-  
 „ ctâ operâ inquirant tam docentium quam audi-  
 „ torum diligentiam in exercitio verbi Dei, no-  
 „ strâq; Religionis conservacione. Si quos invener-  
 „ rint Apostatas aut Sectarios, qui eandem nobiscum  
 „ colere Religionem recusant, ut nobis eosdem si-  
 „ gnificent, hortamur. Quæ flagitia ab alijs patrata  
 „ viderint & correctioni Eccl. subsint, ut illa juxta  
 „ Ordinantiâ nostram castigant monemus. Ut  
 „ autem faciliori via & feliciori successu procedat  
 „ cursus visitationis, jubemus legiferos & admini-  
 „ stratores Provinciarum, sicut & officarios mili-  
 „ tares interesse examini visitorum, & executio-  
 „ nem judicij Eccl. rectè procurare, nihil propter  
 „ amicitiam cujusquam intermittentes, si velint con-  
 „ similem cum prævaricatoribus pœnam effugere.  
 „ Quod singuli sibi significatum sciant. Vastensis  
 „ 18. Decemb. An. 95.

## CAP. XXXI.

*Epistola Archiep. Abrahami scripta Clericis.*

**A**brahamus Divinâ providentiâ Archiep. Ubsal.  
 gratiam & pacem à Deo Patre per Dominum  
 & Re-





itinere cæpto ad Westrogothiam pervenerimus, statuimus, postquam in locum suum introduxerimus Rev. virum *M. Pet. Ken.* hujus Diæceseos legitime electum & ordinatum Episcopum, in mandatâ visitatione, Deo juvante progredi. Volumus igitur ut hæ nostræ literæ de quolibet Suggestu Diæceseos prælegantur populo cum admonitione seriâ, ut omnes Auditores vestri compareant die infra nominato, ad locum in accolatu destinatum. Quam accusationem singuli habent visitoribus referendam, quæ ad iudicium Eccl. pertinet, quilibet proponere non intermittet. Vos etiam Pastores dabitis indicem singulorum vestrorum Auditorum, cum annotatis singulorum vitijs quibus indulgent, ubi reperiantur, *vid. qui scandala publica in Religione vel vitâ movent, qui verbum Dei vel ejus ministros, diesq; Festos & Sacramenta contemnunt, qui beneficia aut incantationes diligunt, qui juramenti vanis nomen Dei blasphemant, qui Catechismum discere negligunt, qui Parentibus aut Tutoribus sunt immorigeri, lites & scortationes amant, Conjugem deserunt, aut poculis indulgent, alijsve rebus sunt dediti qua nostram Religionem deformant, & simplicioribus scandala præbent.* Hos omnes & similes peccatores absq; omni respectu personæ, Nobilis vel ignobilis annotabitis, modò velitis fideles ministri Eccl. audire. Si secus fiat, quod explorare aliquâ occasione poterimus, privabitur ille Pastor officio & beneficio. Si sunt Auditores qui habent quærelam contra suum Pastorem, eandem liberè proponant. Qui hoc intermiserit actor, occasio repetendi quærelam deinceps præcludatur.

etur, nisi probaverit actor se fuisse legitimè impeditum, ne adesset in conventu Parochiali; Sic possit nos convenire alio loco antequam finiatur visitatio in illa Provincia. Hoc vos omnes scire & exequi volumus. In Domino valete. Datum Scaris 10. Febr. Anno 96.

## CAP. XXXII.

*Processus visitationis Archiepiscopi  
Abrahami.*

**V**isitacionem quam incepit Archiepiscopus in Westrogothia, perduxit dicto anno primum, per totam Gothiam cum Smolandia & Oelandia: deinde in reliquis Diæcesibus eandem continuare pergebat. Processum visitationis hunc servavit. In singulis Diæcesibus ubi iudicium Eccl. instituebatur, elegit hos Assessores, Episcopus loci cum Capitularibus adscito Legifero & Governatore Provincia, qui Reos examinarunt strenuèq; judicarunt. Quos invenerunt neglexisse dies Festos, neq; Conciones publicas frequenter audivisse: Sed peccatis deditos, juramentis, beneficijs, alijsve scandalosis factis invigilantes, aut Catechisont lectionem intermittentes cognoverunt, hos plerosq; ad flagellationem condemnarunt, que mox per servos & famulos presentes executioni demandata est. Scurratores siue promississent à se defloratis conjugium, siue non, cogebant defloratas ducere, idq; mox adhibito ministro Eccl. qui eas personas juxta Ordinantiam Svec. copularet, perfecerunt; licet quadam persona neq; affirmassent in ipso actu Conjugium, neq; vellent ita copulata, in una domo cohabitare.

Luther,

Hujus judicij Eccl. praxin referebant Assessores in authorem Archiepiscopum, qui videtur in prædictis copulandis secutus consilium Lutheri, datum deliberativè, non judicialitè: *Monet enim Tom. 6. Witt, f. 261. Scortatorem serid admonendum ut ducat corruptam à se: Nam scortator amisit liberum jus ducendi quomcumq; velit, & incidit in jus pane, ut restitueat defloratam sive ingratam, sive gratam, cum nequeat aliter restituere virginitatem ejus in integrum.* Sed de hoc consilio ad praxin transferendo deliberent Consistoriales Eccl. quorum erit considerare tum casus conscientia, tum circumstantias facti, ne aut Conjugij formam invertant, aut laqueos conscientijs injiciant.

## CAP. XXXIII.

*Acta Eccl. in Comitijs Arb. Anno 97. & accessus Regis Sigismundi in Patriam Anno 98.*

**D**UX Carolus conscripsit Comiticia Arbogiae, mense Martio dicti Anni, frequentanda. Causa erat, quia Rex Sigismundus distribuebat Provincias Regni Sveo-Goth. inter Senatores, à quibus singulas esse gubernandas Regijs literis edixit. Cum itaq; postponeretur Regimen subordinatum Ducis Caroli, deliberarunt Ordines Regni quid hic necessariò esset agendum absente Rege Sig. Dux Carolus in his Comitijs abdicavit se Regimine & Titulo Gubernatoris Regni. Verum Ordines Regni considerantes Ducem Carolum esse Principem Regni Hereditarium & ad gubernandum Regimen. in absentia Reg. Sigism. legitimè vocatum, volebant

gu-

gubernatione Principis destitui. Adhuc *videbant* subditi Religionem Evangel. distracto Regimine Patria periclitari. Ideo repetiverunt subscriptionem vera Religionis factam *Ubsalia*. Anno 93. quam omnes Patriota unanimiter approbarunt, concludentes se nullam, aliam doctrinam Hæreticam, vel Religionem præsumptam, in Scholis aut Templis Patriæ unquam admissuros, *sola excepto hoc casu, si Rex Sigism. adveniret & sacra sua in suo Sacello vellet Ritu Pontif. peragere.* Deinde concluderunt Ordines Regni mittendam esse Legationem solennem in Poloniam, ad Regem Sig. cum humilima petitione ut Rex velit in Patriam redire, & in persona Regnum, piè administrare, aut justam Regiminis formam, disponere. Instituta fuit prædicta Legatio, & rediisse in Patriam anno sequenti Regem Sig. Historici memorant: Sed rediisse eum magis animo hostili dicit Exeg. Hist. p. 271. ut subditos opprimeret, quàm paterno & clementi affectu, ut eos ab oppressoribus liberaret. Exeg. Hist.

Adveniens Rex Sigism. primò Calmarniam, deinde Stekeburgum Ostrogothiæ, ad sororem suam Principem Annam cum Exercitu divertebat. Audito adventu Exercitus Regij, collegit Dux Carolus suos armatos milites, donec intelligeret num vellet Rex Sig. exauthorare externum militem quem adduxerat? Quod cum Rex nollet, neq; posset amica transactio inter Regem & Ducem fieri, commissum est prælium propè Stongæ pontem Ostrogothiæ, ubi totus ferè Exercitus Regis occubuit, & Rex receptui canere coactus, fecit transactionem cum Principe ut Holmiam quan-

tò ocius veniret, ibiq; securitatem Religionis & formam Regiminis daret Patriotis, antequam abiret in Poloniam. Verba Regis Sig. de hac re scripta sic sonant.

*Profitemur & promittimus nos gubernandi rationem ad jurūjurandi Religionem, cautionemq; Regiam scripto comprahensam, & in inauguratione præstitam, Legesq; Sueticas revocaturos &c. ut una sola Aug. Confessionis Religio in Ubsal. Concilio ante quadriennium instaurata & per Regia M. juramentum assecurata, ubiq; in Regno vigeat nec ullius alterius Religionis exercitium uspiam admittatur, nisi in Regio Sacello &c. Hoc promissum Rex Sig. non præstitit: Mox enim dedit vela ventis, in Borussiam tendentibus.*

## CAP. XXXIV.

*Discessit Patriâ Princeps Anna & in Borussiam  
p̄tē moritur.*

**D**UX Carolus cognoscens se frustratum spe adventus Regis Holmiam futuri juxta ejus promissionem, Sigillo & subscriptione confirmatam, prævidebat hostiles machinationes ac Polonorum impressiones tam sibi quam toti Patriæ hinc exorituras. Nam multi Sveci, genere & officio clarissimi, qui à partibus Regis nunc militassent, fugerunt in Poloniam. Præsciens igitur Dux Carolus hos profugas in Patriam arma & insidias excitaturos, horum itaq; cognatis ac familiaribus hic remanentibus neq; fidere potuit. Discessit etiam Regno *Princeps Anna Regis Sigism. soror*, relicta *Re-*  
*fidentiâ sibi destinatâ, arce Stekeburgo; & mansit*  
in

in superiori Borussia *Straßburgi*, toto Tempore vitæ suæ. Sed memoriâ & commendatione dignissimum est, hanc principem non solum in *Evangel.* veritate invitam ad finem vitæ, inter hostes hujus veritatæ perseverasse; sed etiam multos Nobiles Svecos orbatos parentibus in Polonia mortuis, Educasse in agnitâ *Evangel.* veritate ac studio artium liberalium, dato præceptoribus illorum Orthodoxis liberali stipendio, ut majori utilitate, provinciæ sibi concredita tandem præessent. Inter quos Nobiles, stipendio principis Annæ educatos, eminebat *Illustris vir Dn. Casimirus Gyllenskierna* / *L. Baro de Lundholm* / *Dicasterij Regij in Regno Goth.* Assessor olim primarius, qui binas literas dictæ principis sibi scriptas multis bonis viris ostendebat, graviter admonentes illum retinere confessionem *Evangelij*, operâ *B. Lutheri* illustratam, quas hic allegare placet, ut principis amor in Christum & *Evangelium*, posteritati innotescat.

*S.* Wir sind in erfahrung kommen / das G. so wen er ist zu *Straßburg* gewesen / sich mit dir verschlossen / und dich von dem waren *Christlichen* Apostolischen glauben abzuwenden / vnterstanden / vnd dir vorgefagt / wie der böse feinde den *Luther* genommen etc. Wollest dich von wegen ihre smehe vnd leßrwort nicht anfechten lassen / sondern bey dir ein mahl erkanten warheit des heiligen selig machenden *Evangelij* bestendig verhorren etc. *Lutherus* hat nicht daß seine gelehre / sondern die warheit von die lügen vnterscheiden / vnd als ein Instrument Gottes / die reine vnterfesschte lehr wider vmb ans lichte gebracht / darffst. des wegen den *Papisten* vnsern widersachern nicht glauben

Dddd

ben etc. So thun wir auch deinem Præceptori anbefohlen / damit solche heimliche verschlossen veltreich nicht mehr mügen gefeelt werden etc. Dat. An. 1620. 13. Aprilis in Warschau.

Schedula legitur his literis inclusa, Principis manu scripta, quæ idem continet. Hoc ipsum repetitur aliâ Epistolâ eidem Polonicè scriptâ, cum inclusa Scheda Germanicè exarata, Anno 1624. 28. Febr.

Alebat hæc Princeps duos Concionatores Evangelicos, qui continuè aderant Principi, præsertim gravatæ diuturno morbo, à quo superata piè obdormivit 7. Febr. An. 1625. Notabilis est hujus Principis, jam *in Agone* constitutæ *confessio veritatis*. Adduxit Castellanus Strasb. tunc Confessarium Pontificium, qui absolveret Principem, & ministerium Agonizanti ultimum declararet. Sed hunc Princeps sua voce & manu exclusit, vocans proprium Concionatorem *M. Joh. Babatium*, à quo absolutionem petivit, licet hunc Evangelicum Castellanus sibilo exceperit & spurium vocarit. Sic in Domino Christo unicè confidens *Illustriss. Princeps Anna*, licet Patriâ discesserat, tamen avitam Religionem & Evangel. veritatem nunquam deseruit. Hanc Principem in Evangel. confessione mortuam dedignabantur Papistæ sepelire in Poloniâ, quare mansit corpus in Arce Strasb. infepultum. Postquam Rex Sveciæ *Gustavus Adolphus* exacto Triennio à morte ejus vicerit arcem, voluit beneficium sepulturæ huic honorificè præstare: Sed alijs rebus impeditus, deliberatum omisit: Factus tandem Rex Poloniæ *Sereniss. Vladislau*, hoc pie-

pietatis officium mortuæ amitæ declaravit. Remansit in Svecia unicus Filius Regis olim Sveciæ Joh. III. frater Regis Sig. nomine *Johannes*, quem piè educavit Dux Carolus cum suis filijs Illustriss. Principibus *Gust. Adolpho, & Car. Philippo*. Huic Duci Joh. ex ephebis egresso, rectèq; educato dedit Dux Carolus Filiam suam uxorem, ut conservandæ amicitia vinculum maneret firmum; Tamen hi conjuncti, sine sobole è vivis discesserunt.

## CAP. XXXV.

*Acta Eccl. in Comitijs Junecop. An. 99.*

Quoniam Rex Sig. discesserat Patriâ, contra datam fidem, multiq; Patriotæ ipsum sequi maluerunt quàm in Patriâ quiescere, ideò suspicabatur Dux Carolus multos transfugis familiares ac propinquos in Patriâ vivere proditores, in illam adductus sententiam ex inventis aliquorum, literis proditorijs. Quare consultum videbat Dux ad retinendam quietem Patriæ & concordiam incolarum servandam, instituere rigidam inquisitionem proditorum Regni, & confirmandam esse omnium Ordinum Svec. unionem. Convocavit Dux Ordines Regni ad Comitiam Junecopiæ Smolandorum celebranda in Febr. Anno 1599. ibi conclusum est firmitèr retinendum esse fædus unionis Patriotarum, omnesq; proditores maturè inquirendos. Cumq; proceres & Senatores Regni, quos Princeps partim duxerat captivos in prælio Stongebrogensi, partim profugisse audiverat, amicitia Episcoporum Patriæ præcipuè uterentur, in-



Archiepiscopus  
U<sup>l</sup>-sal. ac  
Cusatur &

privatur offi-  
cio,

simulavit Dux etiam Episcopos proditoris Patriæ. Quanquam alios sit duritèr allocutus; Tamen *contra Archiep.* Abrahamum certam insinuat actionem, arreptâ occasione ex Epistola Archiepiscopi scripta anno præterito adveniendi Rege Sig. quâ adventum ei in patriam gratulabatur, culpans illos qui adveniendi se opponerent. Aliam adhuc Epistolam tunc scripsisse Archiepiscopum classi Regiæ convictus est, in qua *criminabatur Ducem Carolum* Regi Sig. se opponentem, quam contumeliam principi R. Hared. ac Governatori patriæ factam, fuisse crimen læsæ Majestatis Dux urgebat. Respondit Archiepiscopus scriptas esse has Epistolas consensu capp. præsertim M. Nic. Bothn. quare solus partes Respondentis non sustineret. Quam autem culpam personalem hic commississe deprehendatur Archiepiscopus, illam voluit deprecari. *M. Nic. Bothn. jurejurando confirmavit, illas non fuisse scriptas suo consilio Epistolas*, idè indignationem Ducis graviolem ferre coactus est, Archiepiscopus. Ordines itaq; Regni Archiepiscopum gravitèr accusatum, quasi odium Regis Sig. in Ducem & patriam incitasset & hostilem Regis animum inflammasset, judicarunt officio privandum esse. Requirebat tamen Dux sententiam Episcoporum & congregatorum Clericorum, quæ paucis his verbis scripta in Archivo R. servatur. *Archiep. Abrahamum* judicamus officio privandum esse juxta nostram ordinantiam Eccl. de suspecto Clerico propter aliquod crimen *Eccl.* fol. 70. Si Dux Carolus noluerit admittere reconciliationem. Sic privatum M. Abrahamum jussit princeps in custodia detinendum esse, ut insimulatæ proditoris deinceps continuanda anîm ipsi præclu-

cluderet. Alios de prodicione suspectos voluit princeps alio tempore examinandos.

## CAP. XXXVI.

*Acta Eccl. in comitijs Holm. An. 99.*

Postquam nullum se accepisse Regis Sigism. responsum ad literas Ordinum R. de Comitibus Junecop. missas dandum, Dux Carolus & Ordines R. Svec. viderent, dubitabant simul omnes, num Rex Sig. amore Patriotarum accensus, unquam cogitaret in Patriam redire. Quare elegerunt conjuncto consilio celebrare conventum Holmiæ exacto semestri à comitijs Junecop. spatio, ut deliberarent quid esset illis agendum hoc turbulentissimo statu Patriæ à suo Rege derelictæ. Dicto tempore & loco convenerunt Ordines R. & considerabant Religionem Evangel. sub Regimine Sig. juxta datam ejus fidem non fuisse Patriotis integram, quin potius multos Doctores Jesuyticos fuisse in Patriam introductos, etiam constitutos fuisse à Rege Sig. Gubernatores Provinciarum Hæresi Pontif. infectos, quos dum excluderat publico Ordinum consensu Gubernator Regni, juxta Concilium Ubsal. & datam à Rege fidem, protestatus est Rex per Legatos suos fieri injuriam officio Regio. Præterea de administratione Regiminis in Patria nullam informationem communicavit Rex: Sed huic officio planè deerat. Ex his omnibus collegerunt Sveo-Gothi gravem sibi à Rege Sig. illatam fuisse injuriam, nec sperandum esse felicem successum Regiminis ejus in Patria. Quamobrem decreverunt Ordines R. publico consilio resignandum esse juramentum & obsequium Regi Sig. hætenus à Patriotis declaratum.

*Chuse depo-  
neares Regem  
Sig. à throni  
Svec.*

Filius Regis  
Sig. eligitur  
successor pa-  
tris in Svec.

Verum cum jura Patriæ & unio hæreditaria admi-  
nistrandi Regiminis à familia Gustaviana, juberet  
*Regimen Patriæ transire ordinariè ad R. Sig. primoge-  
nitum, concluderunt Comites offerendam esse huic suc-  
cessionem Regiminis Svec. hac tamen conditione, ut Pa-  
ter mitteret eum in Sveciam, in Religione Evangel. re-  
tè pièq. instituendum.* Hoc si vellet Rex Sig. ap-  
probare, atq; unionem Hæredit. publico Patriæ de-  
creto sancitam hoc modo conservare; promiserunt  
omnes Ordines Regni se huic successorì Patris fi-  
dele obsequium præstituros. Hæc scripta sunt Re-  
gi Sig. & in Poloniam transmissa, additâ cautione,  
ut certum daret Rex intra 6. Menses Responsum.  
Quo exacto spatio, convocati sunt Ordines Regni  
Lincopiam, ut habitis ibi Comitijis certum expe-  
ctarent Regis Sig. responsum.

## CAP. XXXVII.

*Verba novissima El. Archiepiscop. Nic. Ol. Bothn. dicta  
Anno 1600. 8. April, quo die piè obdormivit  
inter bor. 8. & 9. antemeridianam.*

**D**Eposito Archiepiscopo Abrahamo, successore  
prius nominatus M. Nic. Both. cujus mox de-  
mortui hæc fuere verba novissima.

**G**Rattas ago tibi Omnipotens æternæ Deus, Pater Dni  
nostri Jesu Christi, pro omnibus beneficijs tuis, in  
me miserum peccatorem collatis, præsertim quod me  
fieri volueris rationalem ac dispositum hominem, qui  
crescente aetate, magis magisq. in vera Evangelij no-  
titiâ & confessione, fideq. in Christum mediatorem di-  
vinitatis institutus, atq. confirmatus sim; Neq. pro mea  
solus

ſolam perſona hoc beneficium obtinuerim: Sed donum  
 cum alijs id communicandi, gratiã Dei perceperim. In-  
 ſuper fiducia Spiritus S. illuminatus, agnitam veritatem  
 in omni adverſitate conſtantiã defenderim; licet præ-  
 terea tentationibus vexatus, ab uxore & liberis ſegre-  
 gatus in carcerem detruſus fuerim, additiſ minis, ut  
 omnibus bonis ſecularibus privarer. Et tibi Jeſu Chri-  
 ſte gratias ago, quod feceris me particeps tue crucis  
 & adverſitatis mundana, unde glorier me tuum eſſe fra-  
 trem ac Hæredem vitæ aternæ: Premiſſã hac gratiarum  
 actione recitabat, Eleſtus publicam confeſſionem in Suet.  
 manuali impreſſam. Ultimò addidit hanc admonitio-  
 nem ad præſentes, præſertim nos ſubſcriptos cleri-  
 cos directam, his verbis propoſitam. Dilecti fratres,  
 videtis me virum eſſe infirmum, & agnoſcitis Eccleſiam  
 Chriſti, his præcipuè ultimũ mundi Temporibus ſemper ten-  
 tationibus obnoxiam eſſe: Sathan ad ſummum conatur  
 labefactare & obſcurare ſalutarem & conſolatione ple-  
 niſſimam doctrinam de Sacramentis D. N. J. C. quibus  
 incluſit ac veluti ſigillis confirmavit Chriſtus omnia bene-  
 ficia, humano generi per mortem ipſius parta: Etiam  
 videmus Eccleſiam patria his duabus peſtiferis ſectis Pa-  
 piſt. & Calvin. multum agitari: Papa in eminentia con-  
 ſtitutus & Potentiã præſtans, auget numerum Sacramen-  
 torum Quasi Chriſtus: conſtituiſſet imperfectum: ipſe  
 alterat ſacramenta protubitu ſeparans vinum à pane in  
 uſu S. cœna. Calviniani evacuant verbum Dei, ſunt cal-  
 lidi Docti & Raptores, præſtantes non exhiberi in Sa-  
 cramenti quod Chriſtus dixit. Nam ajunt impoſſibile eſſe  
 ut edamus in S. cœna corpus Chriſti, & bibamus ejus ſan-  
 guinem, falſo exponentes voculam Eſt per ſignificat.  
 Neq; attendunt quod dixit Chriſtus, ubi 2 aut 3 conve-  
 niunt:

Datur fidelis  
 cautio,

vult in meo nomine, sum in medio illorum, Item data est  
 mihi omnis potestas, mihi Maria filio: siquidem ab aeterno  
 habuit ut filius Dei omnem potestatem cum patre suo, &  
 omni presentia in caelo, & terra declaravit, Adhuc seimus  
 infantem recens natum in peccatis conceptum esse, & bibisse  
 injustitiam in Bar aqua, dici filium ira, ut nequeat ingre-  
 di vitam, nisi renascatur ex aqua & Spiritu, jubente Chri-  
 sto, & Baptizetur in Nomine P. & F. & Sp. S. Hunc na-  
 tum ita lavat Baptismus, ut remittantur, Baptizato  
 omnia peccata, ipse renovetur Spiritu S. & induat Chri-  
 stum Jesum, accipiat fidem & stipulationem bona con-  
 scientia, factus Heres vita aeterna participat de omni be-  
 nedictione, promissa Abraba, & per circumcissionem ipsi  
 confirmata; in cuius faderu locum successit Baptismus:  
 ideo sicut Abraba non contingerent bona promissa, neq; in  
 foedus cum Deo reciperetur, nisi per circumcissionem; ita  
 neq; participabimus nos de merito Christi, neq; Regnum  
 Caelorum ingredi possumus, nisi per Baptismum sumus re-  
 nati (excepto casu necessitatu, ubi non contemnitur me-  
 ditum regenerationis, sed usus impeditur) Hunc saluta-  
 rem usum & doctrinam consolatione refertissimam conti-  
 net Baptismus. Informate vestros auditores recte & fi-  
 deliter in hac doctrina atq; imbuite corda illorum hac  
 scientia, qua in Scriptura Prophetarum & Apostolorum  
 fundata est, Sin auditores recte instituti se decipi pa-  
 tiuntur, erit hac culpa illorum, & vos libera estis animas  
 vestras. Calviniani autem docent Baptismum esse con-  
 signationem futurae gratiae, de qua participabit Baptiza-  
 tus per aliud tandem medium, forte nunquam siquidem  
 paucos certos esse ad vitam absolute Electos ipsi docent,  
 quod S. Scriptura contrarium est, Vos Clerici estis ad-  
 huc, juniores, cavete ne seducamini: Orate ardentem pa-

*rem Luminum, ut in veritate omnium Articulorum fidei eos confirmet: Scrutamini S. Scripturam; Estote concordēs & pacifici: Cavete superbiam & avaritiam; sufficiat vobis demensurus, qui sustentetis fragile corpus in hoc seculo: potius querite anima bona, ut ipsa saturetur ad vitam aeternam, Sic in continuo Dei servitio constituti, retinentes fidem bonam, conscientiam, sitis ad liberam dimissionem ex hac Lachrymarum valle, & perpetuam societatem cum Deo servandam paratissimi, Hac loco Testamenti vobis relinquam.*

Rogo Te Dn. frater, Carole Petri, ut juxta hanc confessionem meam omnium meorum peccatorum remissionem, sicut Christus mandavit, denuncies mihi poenitenti; credo me visurum Bona Dei in terra viventium.

Sic à peccatis absolutus, communionem Cœnæ Dom. piè usus est, & placidè obdormivit.

Spectatores hujus piè Actus fuerunt ministri Eccl. Holmensis, qui manuum suarum subscriptionibus ipsum confirmarunt.

*Carolus Petri Henemor, Ericus Pauli Gevalius R. Sch. H., Ericus Petri Helsingus, Johannes Jacobi Uplandensis, Johannes Martini Concionator Finnor, Michaël Laurentij, Sveno Holgeri Gestrisius, Assarius Joh. Upl. Jacob. Axel. Car.*

Relatio hujus Actus est scripta petenti, Illustriss. Duci Carolo à pastore Holm. M. Carolo P. die 9 Junij An. 1600.

### CAP. XXXVIII,

*Quæ scripta sunt nunc publicata in usum patriæ:*

**U**tilissimum simulq; piissimum scriptum sub principe Carolo publicatum, est Decretum concilij

E e e e

cilij

cilij Ubsal. an. 93. celebratum. Titulus scripti est *Confessio Fidei*. in qua Confessio Aug.<sup>na</sup> Cæsari Carolo V. an. 30. oblata, in Sueticum sermonem de verbo ad verbum transfertur. Huic Confessioni addiderunt sua Nomina omnes indigenæ Svec. quorum, subscripta Nomina leguntur hic publicata. Conscripterunt etiam Aulici Ducis Caroli Catechesin, mutatâ B. Lutheri formâ, de cujus publicatione consuluit princeps M. Eticum Skepperum, qui rescripsit principi cautionem in hoc opere esse summè adhibendam, ne addetur aut detrahatur aliquid verbo Dei: Ideò non publicata est illa Catechesis ante annum 1604. ut postea dicetur. Rescriptum Skipperi est in Archivo R. Adhuc commorabatur Rostochij tum temporis Doctus Svecus Nazione Gothus cui Nomen *M. Petrus Job.* hic erat morbo incurabili correptus, ibatq; primò Rostochium, ut medicum quæreret: Sed cum sanari integrè non posset Lectoq; continuè detineretur, permansit Rostochij toto tempore vitæ suæ. Dum respirandi occasionem dedit, morbus, transtulit pia scripta Germanica in linguam Sueticam, qua in re plurimum contulit tum sibi tum simplicibus patriotis fructum: Nam translata scripta sive concionum sacrarum, sive piarum precum, aut locorum Theol. patriotis utilissima, dedit Typographo imprimenda, illaq; pijs ac locupletibus patriotis dedicavit, qui moti miseriâ & labore Doctifenis, hominem pium ad suæ vitæ finem sustentarunt.

FINIS LIBRI IV.

HISTO-

# HISTORIAE ECCL. SVEO-GOTH.

## LIBER V.

EXHIBENS ECCLESIASTICA SVEC.  
sub Rege Carolo IX. agitata.

### CAP. I.

*Acta Eccl. in comitijs Lincop. An. 1600.*

**I**N conventu Lincopensi mensibus Feb. & Martio dicti  
anni celebrato, expectabant ordines R. responsum Re-  
gis Sig. ad literas ipsi à comitijs Holm. scriptas dandum,  
Cumq; nullam resolutionem proposita *Questionis de succes-*  
*sione primogeniti ejus habere possent, abdicarunt commu-*  
*ni consilio Regem Sig. cum tota sua posteritate omni Regio*  
*Magistratu in Sueciâ administrando, sic concludentes,*  
cum R. Sigismundus in præjudicium aviti Testamenti Hist. Exg.  
& admonitionis, à verâ Evangelij Doctrinâ exorbi-  
taverit, perverfæ Pontificis Religioni adhærens, in  
patriam se contulerit, peregrino exercitu stipatus;  
unde plurimi quodq; Sveonum ac peregrinorum in  
extrema vitæ discrimina sunt protracti, quo tempo-  
re si illa machinatio pro votis S. M. cecidisset, dubio  
procul id accidisset ut *Erronica Pontificis Doctrina uni-*  
*verso hinc Regno fuisset obtrusa, contra S. M. juramentum*  
*& Assecurationem.* Itaq; statuimus quod in posterum  
ad hujus Regni gubernaculum neminem sublimatu-  
ri simus, qui unius nobiscum non fuerit Religionis;  
atq; proinde quicumq; principum Hæreditariorum  
à puro Dei verbo in Prophetiis & Apostolicis libris  
comprehensio, sicut etiam à vera & genuinâ Confes-  
sione



„ sione Aug. Carolo V. Imp. An. 30. in comitijs Vinde-  
 „ licis porrecta, & in Dei verbo fundata desciverit, nec  
 „ minus etiam ab alijs præteritis transactionibus &  
 „ laudabilibus constitutionibus, partim Regis Gust.  
 „ tempore, partim etiam deinceps factis, spectantibus  
 „ imprimis & ante omnia ad Ecclesiæ Christianæ ve-  
 „ ræq; Religionis ædificationem, Ac optimæ politiæ  
 „ tam in spiritualibus quam in secularibus conserva-  
 „ tionem; quicq; id omne non facit & promovet quod  
 „ ad Dei honorem & sinceræ incrementum Religio-  
 „ nis; ut dictum est spectare cognoverit, velut etiam,  
 „ patriæ emolumento & prosperitari in omnibus non  
 „ invigilaverit, ille prorsus suâ jurisdictione hæredit.  
 „ spoliandus est, quâ alias secundum hanc unionem,  
 „ Hæreditariam fruiturus esset. His peractis elegerunt  
 „ ordines R. Ducem Carolum Svec. Regem, sic conclu-  
 „ dentes: *quandoquidem Sereniss. Dux Carolus*, unicus se-  
 „ cundum Deum fuerit, qui divino auxilio fretus, præ-  
 „ sentissimo vitæ discrimine, molestijs atq; sumptibus  
 „ nos & patriam nostram ex Tenebris Pontificijs &  
 „ servitute peregrinâ vindicare pro virili elaborave-  
 „ rit, quæ cervicibus nostris injectare nostri voluerunt  
 „ adversarij; & alias pro nobis & nostra salute, commo-  
 „ doq; tam in spiritualibus quam corporalibus nego-  
 „ tijs sanguinem & vitam suam, omnemq; possessio-  
 „ nem in discrimen adducere non dubitaverit, non so-  
 „ lum hoc tempore sed aliquot vicibus antea, clemen-  
 „ ter promittens atq; spondens, quod S. C. in primis &  
 „ ante omnia nobis omnibus & singulis, Ecclesiasticis  
 „ & Politicis, summis & infimis, cuiq; pro statu & con-  
 „ ditione, *in Christiana & sincera Evangelij Religione*  
 „ (*cui nos omnes in hoc Regno firmiter alligavimus*) vivere

*fit permissura, nullâ re prorsus ab ea fide variatâ, sed ve-*  
*lut in Concilio Ubsalia celebrato An. 93, unanimiter appro-*  
*bata fuit, semper persisteret &c.* Proinde ut modò, ve-  
 lut etiam aliquot vicibus antea, unanimiter & con-  
 corditer postulamus, quò S. C. Dexteram Regimini  
 admovere, & verticem Diademati submovere di-  
 gnetur. *Quanquam verò S. C. Regni diadema re-*  
 nuat acceptare, Tamen siue fuerint adhibiti corona-  
 tionis ritus & ceremoniæ, siue non nihilominus  
 agnoscemus & observabimus S. C. pro legitimo no-  
 stro Domino & Rege, illi omnem Regiam jurisdic-  
 tionem & nulli alteri exhibentes atq; præstantes.  
 De Missali seu Manuali Novo à Clero nuper reviso,  
 & quo in posterum in Svecana Ecclesia Sacerdotes  
 utentur, sic deliberarunt eomitia. *Quandoquidem* in  
 illo adhuc nonnulla diligenti Examine ponderanda,  
 & illud per hujus temporis angustias, facere non li-  
 cuerit, ideò ad clerum hoc negotium devolvetur, ut  
 super eo suam sententiam responsum & resolutio-  
 nem proximè futuro ordinum conventu deponat:  
 interim & quousq; hoc fieri poterit, cum cere-  
 monijs Eccl. in Templis, prout Ubsaliæ An. 1593.  
 conclusum est procedetur. De Electione Archie-  
 piscopi hinc deliberatum est; Nam Antecessor offi-  
 cij M. Abrahamus anno præterito erat officio pri-  
 vatus, & successor ejus M. Nicol. Ol. Bothn. erat  
 nuper mortuus, ut dictum est lib. 4. cap. 37. mo-  
 nuit itaq; status Diæceseos Ubsal. constituendum,  
 esse certum Præsulem. Erat Electo Regi notus &  
 charus Rev. vir M. *Olaus Martini* p. & p. Nycopen-  
 sis, qui non solum clarissimus erat proprijs meritis  
 in Scholam & Ecclesiam Nycop. diu pieq; colla-  
 tis;

Dux Carolus  
 eligitur Rex  
 Svecæ

Manuale,  
 Svec. corrigetur,

Eligitur Ar-  
 chiepiscopus,

Rex Car. voluit quosdam Ritus Eccl. abrogatos.

tis; sed etiam à patre suo, Constantissimo sub persecutione Liturgica, confessore veritatis Evangel. *M. Martino* olim Episcopo Lincop. Præfatum *M. Olavum Mart.* voluit Electus Rex Ubsaliam promovendum, ad Archiepiscopatum quod & factum est. In his comitijs laboravit El. Rex ardentissimo studio Doctrinam Pontificiam expurgandi volens, quosdam ritus Eccl. tempore Liturg. usitatos, nunc esse abrogandos, dum à Papa Rom. illos fuisse olim institutos præsumebat; imprimis urgebat non esse visitandos à ministro Eccl. ægrotos, ut porrigatur iisdem necessarii S. Cœna, quasi moriturus non salvaretur absq; hac ultimâ cœnæ Dom. participatione. Inculcabat El. Rex esse Papalem institutionem, ut minister Eccl. ultimam conferret agonizanti benedictionem; voluit etiam novam præfationem in usu Baptismi & S. Cœnæ, populo esse prælegendam. *Respondabant Clerici presentes, Decretum esse in Concilio Ubsal. An. 93. Et pubite à approbatione confirmatum, ut nulla alia, præter receptas, admitterentur in nostris Ecclesijs ceremonia: Si has innovationes admittamus (inquiunt) gravissimi scandali auctores sumus; Etiam continentur in nostra renovata ordinantia omnia ad plam informationem auditorum de Sacramentorum usu necessario. Insuper videmus in allato scripto El. Regis quasdam contineri rectè verbis sententias à Sacramentarijs excogitatas, quæ cum negent institutam Sacramentorum efficaciam, non possunt illæ sententia, vel decreti Concilij Ubsal. quod in verbo Dei fundatum est, in nostris Ecclesijs recipi.* Replicavit scriptum El. Rex dicens se hanc reformationem meditari juxta Concilium Ubsal. & veritatem receptæ Religionis, pro quo servando deposito (ait) vitam omniaq;

omniaq; nostra, tum tempore Liturg. tum hodie-  
 no statu patriæ obtulimus paratissima, hodieq; offe-  
 rimus animo infracto. Quod attinet accusationem  
 Clericorum, qua arguunt contineri in Nostra præfa-  
 tione sententias Sacramentariorum; protestamur nos  
 in illorum gratiam nihil quicquam scribere vel in-  
 novare, neq; Clericos posse nobis talia rectè tribuere:  
 Utimur enim ipsius Christi verbis, non hominum,  
 figmentis. Hoc scriptum proposuimus Clericis piè  
 dijudicandum, non ut invitis obtruderemus ritus  
 necessariò recipiendos, sicut prioribus temporibus  
 factum meminerimus. Ad Evangelicos, Doctores in  
 exteris viventes, nos libentè referimus, quod cum  
 Aug. Confess. rectè concordat, acceptamus; quod  
 dissonum est, facile rejicimus, actum Lincop. 15.  
 Marti An. 1600.

De Decimis frugum conquesti sunt multi eas  
 iniquè à plurimis patriotis persolvi, Quare voluit  
 El. Rex Huic malo mederi, constituens in singulis  
 provincijs Decimarum præfectos, qui ex subditis ju-  
 stam Decimarum redditionem exigerent, & rationem  
 redditarum exactam darent. Factum etiam est de De-  
 cimis hoc Decretum. Quandoquidem jura Svetica  
 Tit. de Eccl. commendat, ut Decimæ in agro ex  
 Decimo quovis Manipulo seu fasciculo seponantur,  
 ex quibus triens Sacerdoti pendendus. Itaq; ut ejus-  
 modi Decimæ, quæ ille triens, quæ reliquum, quod  
 in granarium Ecclesiæ inferendum, legitimè secun-  
 dum jura contribuatur, & quilibet suam portionem  
 sine diminutione obtineat, propterea cum præfatis  
 Decimis in posterum sequenti modo proceden-  
 dum. Etenim omnes qui prædia tributaria inhabi-  
 tant

Constitutio  
 de Decimis.

H. ff. Exeg.

„ tant atq; colunt, frugemq; aliquam referunt, five ex  
 „ agris, five sylvis uftulatis, nullo excepto, decimum.  
 „ quemq; fasciculum elargientur, ab una incipientes  
 „ agri femita. & desinentes circa alteram. Ab illo ma-  
 „ nipulo facto exordio, quem primò ex agris depor-  
 „ tant Agricolaë, quousq; decem fasciculorum fuerit  
 „ completus Numerus. Deinceps Sacerdos Trien-  
 „ tem inde accepturus est, ipsum suo proprio grana-  
 „ tioinferens, & quando placuerit Tribulis extundere  
 „ curans. Uerum residuum à colono Tribulis extu-  
 „ sum granario Ecclesiæ inferetur, velut hætenus fa-  
 „ ctum. Deniq; ut dignoscatur quam justè & legitime  
 „ persolvantur Decimæ, quicquid Sacerdos obtinue-  
 „ rit Decimarum, deposito juramento retinebit. Atq;  
 „ si præfectus Decimarum in rei veritate cognoverit  
 „ aut Sacerdotem perversè factum, aut Rusticum in-  
 „ justè Sacerdoti, vel Granario Ecclesiæ decimas per-  
 „ soluisse, partem citabit Ream ad iudicium, secun-  
 „ dum jura Svet. multandam. Insuper omnes persol-  
 „ vere Decimas tenentur, five sint generi, five famuli,  
 „ aut quicumq; tandem agrorum culturam exercentes;  
 „ nemoq; prorsus ab illis pendendis sit liber, præter  
 „ Nobiles, quoad illa solum prædia, in quibus ipsimet com-  
 „ morantur, quantum ad illam portionem, quæ grana-  
 „ rio Ecclesiæ inferenda: verum trientem Sacerdoti  
 „ pendendum unusquisq; persolvet. cum suo Sacerdo-  
 „ te super hoc concordans.

## CAP. II.

*Relatio Exterorum etiam scriptorum, quod Rex Sig:  
 propter mutatam Religionem sit priva-  
 tus Regno Hæred t.*

**P**ostquam Illustris. Dux Carolus esset declaratus  
 Rex Svec. referunt Historici Legatos Regis Pol.  
 advenisse, requirentes à Svecis causam fracti jura-  
 menti Regi Sig. solenniter dati; Resonfionem ordi-  
 num R. & causam facti, quia exteri scriptores annota-  
 runt: recitabo verba præclaris. Historicorum *Rod.*  
*Boter. & Pes. Matthæ.* qui in sua Historio-Pol. lib. 4.  
 p. 255. sic scribunt. Respondent Sarmatis ordines Sve-  
 ciæ, quorum conventus frequentissimus Stochol-  
 miæ erat: se non inficiari quod Ubsaliæ An. 1594. fi-  
 delitatis juramentū Regi Sig. præstitissent, datamq;  
 fidem astrinxissent, sese post patris decessum filij im-  
 perio non restituros, vicissim Religionem Regem  
 cavisse, & **CULTUM & PRIVILEGIA** Svecis semper  
 salva & integra fore; se datæ fidei fuisse, observantis-  
 simos, nec ruptam voluisse, **NISI SIGISMUNDUS**  
**PRIUS, ut quæ IMMÉMOR JURAMENTI CON-**  
**VENTI** ordines bello post-habitis consilijs inquit-  
 tavit, irritam esse jussisset, Unde commotos Svecos  
 imperium detrectavisse &c. Conclusio. *Ille quartari*  
 de nobis nequit, cum in comitijs an. 99. & 1600. June-  
 copix & Lincopix habitis, Decretum fuerit, nisi se ad  
 solium Sveciæ sisteret, filium mitteret Regem, non  
 respondet Sigismundus, ratus ordines esse indignos  
 quibus rescribat. Verū in Finlandia clam exercitum  
 conscribit & Elfsburgum occupat, unde Svecia sum-  
 mam capit jacturam &c. Suppetunt in hanc rem Ar-  
 gumenta quibus vel minimis probatū est Regem suo  
 jure quod in Svecia habere arbitratur, omninò ceci-  
 disse &c. *Hactenus illi.* Recitat Exeg. Hist. Hol. p. 362.  
 & 6. verba ordinum Regni hoc modo. Conquesti  
 sunt ordines Regni perniciosas molitiones R. M. per

*Rod. Boterj  
 P. Matthæ.*

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

”  
”

„ Pontificiorum occultas machinationes non alio fi-  
 „ ne præfertim institutas, quam ad invehendam mu-  
 „ tationem in hoc Regnum, *nobis q̄. Erroneam illorum  
 „ doctrinam obtrudendam.* Cum verò in posterum Do-  
 „ minationis Pontificiæ imperio & servituti parere  
 „ nullâ ratione decreverimus (*ajunt*) illi penitus re-  
 „ nunciantes & Nuncium remittentes, secundum  
 „ eam admonitionem, quam Sereniss. Rex Gustavus  
 „ (inclytæ memoriæ) in ultimo suæ voluntatis Testi-  
 „ monio super hoc instituit, ad illius observationem  
 „ omnes Regni ordines his verbis graviter adhortans.  
 „ Itaq; *nostros subditos universos & singulos, pro salute  
 „ anima, & hereditate illorum cælesti admonemus, & certi-  
 „ certè, sicut cupiunt preciosam & innocentem sanguinẽ  
 „ Christi profusionem, sibi in absolutiõem & remissionem  
 „ peccatorum cedere, atq; divinam maledictionem in se  
 „ provocare nolunt, ut extremam nostram voluntatem, omni-  
 „ nõ firmiter & inviolabiliter exequantur & observent.*  
 „ Quæ Testamenti verba & admonitionẽ ita Religio-  
 „ nis, sicut aliarum unionum causâ factam novimus;

Evangelica  
 Religio est  
 confirmata  
 Svec. Goth.  
 sectamento  
 Reformatio-  
 nis.

## CAP. III.

*Ab initio Regiminis Caroli IX.*

**E**LECTUS in comitijs an. 1600. Rex Carolus reco-  
 gitabat non contingere sibi quietum Regimen,  
 nec patriotis Salvam Religionem & Remp. nisi cau-  
 sa inter Svecos & Polonos transigeretur. Quare ma-  
 luit El. Rex Apertum gerere bellum, quàm occultis  
 impeti insidijs. Pergebat itaq; in Livoniam cum  
 exercitu, ubi voluit citius fieri sedem belli, inter  
 Svecos & Polonos excitati, quam in Svecia conti-  
 nuandi. Postquam de Livonia primò reverteretur,  
 indixit

indixit comitia celebranda an., 1602. mense Julio, Exeg. Hist. p. 465.  
 ibi præter Politica, sunt hæc Ecclesiastica publico  
 consensu decreta. *S. C. promissit nobis* (sunt verba  
 ordinum Regni) se Regnum Sveciæ gubernaturam  
 ejusq; commodum sedulo quæsituram, *in sano &*  
*synœra fidei Doctrina nos omnes protegendo, velut illa*  
*in Prophetarum & Apostolorum libris compræhensa inven-*  
*itur, atq; ut in Concilio Upsal. & in comitijs, quæ Su-*  
*dercopiæ, Arbogiæ, Junecopiæ, Stocholmiæ & Lin-*  
*copiæ celebrata sunt, tam de fide, quam ceremonijs*  
*Eccl. statutum, proinde quandoquidem in Synodo*  
*Upsal. approbatum fuerit, ut ordinantia Ecclesiastica*  
*& Missala reviderentur, corrigerentur & emendaren-*  
*tur, ided nos denuò consensimus, ut præfato labori non-*  
*nulli ex Doctõribus & prudentioribus, quæ inter Ecclē-*  
*sticos, quæ Politicos, emanum & ingenium admoverent:*  
 Nullâ tamen in Missali eorum mutatione factâ, quæ  
 ad fidei Nostræ Articulos, & Sacramentorum Legi-  
 timum usum spectant. Verum quicquid in Doctri-  
 na & Regimine Eccl. utile, atq; Dei verbo confor-  
 me, illi inferendum, ijs omnibus inde expunctis,  
 quæ adhuc fermentum Pontificium & scandalum,  
 referunt. Cumq; hac ratione Missale & ordinantia  
 Eccl. revisa atq; correctâ fuerint, *in quavis Ditione*  
*inhabitoribus sunt insinuanda, & postquam sponte ap-*  
*probata & acceptata fuerint, Typis excudentur, quibus*  
 in universo Regno quælibet utetur Ecclesia &c. Dat.  
 Stocholm. 13. Julij An. 1602. Rege Carolo bellum in  
 Livonia secundò per biennium continuante scil.  
 an. 602 & 3. vexavit graviter Sveogothiam Pestilen-  
 tia, quæ Danos prius flagellaverat. Rex Carolus quas  
 Arces & Ditiones in Livonia sibi subjugabat, eas

Pestis in Sveci.



Prædicatores  
Evangelici in  
Livonia.

tradidit Evangelicis Gubernatoribus administrandas, qui vocarunt concionatores Evangelicos, Tractum illum reformantes, ut vera Religio, abjectâ superstitutione Papist. cum ipso Regimine Svetico, in Livonia floreret. Interea Temporis dum El. Rex in Livonia egerat, administrarunt officia Eccl. Episcopi patriæ cum suis capp. disponentes ordinem Eccl. juxta Concilium Ubsal. An. 93. celebratum, & casus in Ecclesia incidentes dijudicarunt more recepto, impositâ peccatoribus de judicio politico missis, multâ pecuniariâ, qui scandalum datum in Ecclesijs offensis publicè non deprecabantur.

## CAP. IV.

*Promotio 7 Magistrorum in Acad. Ubsal. An. 1600.*

**A**Udivimus supra collapsam fuisse Academiam Ubsal. tempore Liturgico, idq; voluntate R. Joh. III. qui ardebat odio Professorum Evangelicorum: His itaq; de loco solito exclusis, cogitabat viam patere novæ introducendæ Religionis, quod in Collegio Jesuvitico Holmiæ instituto factum esse intelleximus. Hinc Decreverunt ordines R. in Concilio Ubsal. An. 93. congregati restaurandam esse collapsam Acad. Ubsal. idq; seriò monuerunt Regem Sig. An. 94. etiam Ducem Carolum An. 95. ut supra relatam est. Hoc cum perfecerit Dux Carolus Gubernator Regni existens, & jam El. Rex, id confirmaverit: voluerunt Professores ejusdem Acad. in omni Doctrinarum genere exercitatissimi, Amplissimum suæ diligentia specimen exhibere, promovendo quosdam suos diligentes Discipulos ad honores Acad. Itaq; scripsit Decanus Collegij Philof. *M. Laur.*  
*P. Gog.*

**P. Gotbus**, Astronomiæ Professor, programma publicè  
propositum an. 99. mense Sept. quo invitabat studio-  
sos Acad. qui Testimonio conscientia tantum se  
profecisse in studijs Liberalibus agnoscerent, ut Ma-  
gisterij Philosoph. Titulo honorari possent ac vel-  
lent, ut sua Nomina darent Decano, seq; ad usitata in  
Academijs examina & disputationes diligentè præ-  
pararent. Processus hujus promotionis publicatus est  
ab eodè Decano post Quadriennium; cum commen-  
datione *Archiep. Olof Mart.* eumq; vocat panegyricam,  
Philosophicam, Quam hic cursim annotabimus, ut  
eluceat splendore ordinis Acad. fuisse à patriotis de-  
centè servatū. Decanus intimavit publicè An. 1600.  
Dom. Suptuages. indicans fuisse. Quosdam juvenes-  
viros, privatim & publicè examinatos, quorū aliquos  
publicā censurā Baccalaureatus honore dignos pro-  
nunciavit; reliquos Magisterij Titulo ornandos esse  
indicavit, rogabat ut omnes Academiae cives inter-  
essent solennitati ii Kal. Feb. futuræ, dū hi ipsi publi-  
cā renunciatione suos honores consequerentur. Di-  
cto die factus est conventus in Auditorio Majori fre-  
quentissimus. Decanus habuit primò egregiam Ora-  
tionem de Elogio Scholarum, quā finita intercedebat  
gravi oratione *M. Joh. Raumannus* Mathematicum Pro-  
fessor, pro Baccalaureatu 15 Candidatis conferendo. Fiunt 15 Bac-  
calaurei  
Respondēbat Decanus, quod sui esset officij se ope-  
ram daturū benevolam: Sed prius voluit Candidatos  
dare juramentum servandæ veræ Religionis, & con-  
stantiæ in vita declarandæ. Hoc juramentū jussu De-  
cani fecerunt singuli Candidati, impositis in sceptrum  
Acad. duobus primoribus digitis, dū minister publi-  
cus verba juramēti prælegebat. Quo factō, renunciati

Ex Baccalau.  
reis sunt 7  
Magistri,

sunt 15 Baccalaurei, cum admonitione, quid ritus usurpatus Notaret, & quid Laurus moneret. His absolutis habuit Orationem Decanus ad Procancellarium Acad. *M. Nicolaus Bothn. Electum Archiep.* rogans Nomine facultatis Philosoph. ut is autoritate officij concederet Decano potestatem pronunciandi primos 7 Baccalaureos Artium, Magistros, quo honore ac Titulo facultas Philosop. eos censuit dignos. Datâ hac potestate à Procancellario, facta est publica renunciatio, cum pio voto ut hic illorum honor & officium publicum ad Dei gloriam & Ecclesie ac Reip. emolumentum cedañt. Ritus in promotione observati explicantur: Quid Notet Cathedra, inquam sunt Eiecti: Quia Liber significet, tum apertus, tum clausus; Quid pileus capiti impositus: Quid annulus digito datus. His explicatis, instituit Decanus gravem adhortationem, ut honori dignè responderent promoti, & laborem honori competentem, non effugerent. Specimen ingenij dederunt singuli promoti suum; postea sunt gratiâ communitèr actâ toti auditorio, etiam singulis pro loco ac dignitate convenientes. Ultimò additur votum pro incolumitate Magistratus, & Ecclesie conservatione in dilecta patriâ, in specie ut studia Liberalia in hac universitate, omnibusq; patriâ Scholis rectè floreat & conserventur.

## CAP. V.

*Archiepiscopus Olaus Mart. refutavit Theses  
Micronij.*

Quod Electus Rex Svec. summo arderet odio Religionis Papist, intelligebant Clerici in comitijs  
Lincop.

Lincop. An. 1600. hac occasione offerebant sese quidam Calvinismi fautores, qui & ipsum Regem, decipere & Ecclesiam patriæ more Calviniano reformandam esse volebant? An. 602. scripsit quidam, *Theodoricus Micronius* Theses, sententiam Calvini defendentes, quas jussu Regis oblatas Archiepiscopo, hic refutavit, & refutationem transmisit El. Regi 14 Sept. quæ in Archivo R. servatur, hoc modo summam describit.

Calvinist. My-  
cronius comi-  
tabatur Re-  
gem Car. de  
Livonia in  
Sveciam.

Th. 6. *Describit Micron. Angelos, prætermittens illorum creationem, quasi haberent à seipsis existentiam,* contra expressum Testimonium, Pl. 103. Th. 10. Tractabatur ita corruptio hominis per lapsum protoplastorum facta, mentisq; humanæ depravatio Originalis, quasi hæc corruptio intulisset hominibus naturalem mentem omnimodam depravationem; unde sequeretur humanam mentem in sese fuisse imaginem Dei: cum certum sit, operationem mentis (perfectam scientiam Dei & integram voluntatem obediendi Deo) fuisse Dei imaginem; quæ per lapsum perditâ, cessavit hæc perfecta mentis operatio. Th. 16. *Negatur communicatio idiomatum in persona Christi,* contra expressam scripturam, quæ affirmat Naturæ Christi humanæ in persona τὸ λόγος communicata esse divina idiomata omniscientiæ, omnipresentiæ, vivificationis credentium, cum potestate faciendi judicium &c. Quod in locis Theol. satis probatur. Th. 38. *Affirmatur opera nostra ingredi orbem justificationis,* contra manifestam veritatem Apostol. Rom. 3, &c. Th. 39. *Definitur Electio hominis ad salutem absolutè, ut omnino salvetur Electus, quomocumq; vivat,* Quod Dogma non solum repugnat veræ (ordinariæ) Electio-

Electiōni fidelium in Christo facta, quam S. Scriptura tradit; Sed & Epicureismum infert. Th. 40. *Dicitur Sacramenta obſignare, non conferre gratiam Dei, contra manifestam institutionem Sacramentorum.* Th. 46. *Contemnitur unice Baptismus multerum, licet tempore Necessitatis administratus: Tamen erat legitima circumcisio filij Moſis, quam Mater perfecit Exod. 4.* Th. 48. *Negatur fides Baptizatiō pueri contra Testimonium Christi Mat. 18. & Apostoli Gal. 3.* Th. 54. *Damnantur phraſes, in, sub & cum pane Sacramentali eſt corpus Christi, quibus utuntur Theologi orthodoxi contra Transubstantiationem Papist. scribentes; cum constet S. Patres, Cyrillum, Ambrosium, Augustinum, Basilium, Chryſostomum, Cyprianum, Theoph. ijsdem usos esse. Haec eſt summa refut. Micro ab Archiep. scripta.*

## CAP. VI.

*Publicatur ordinantia Eccl. Aul. & de illo iudicium Archiepiscopi.*

**P**Rincipio R. Caroli publicata est ordinantia, iuxta quam Ritus Eccl. in aula Regiā disponerentur, cujus indicem hic annotabimus. *Prescribitur hac Ordinantia quoties in septimana fiant conciones ordinariae & quae celebrentur festa in anno. Item jubentur p̄ij frequentē uti Coena Dom. postquam se dignē preparassent. Vult concedendum esse conjugium potentibus, saltem adhibeatur cautio, ne violantur gradus prohibiti Lev. 18. jubetur minister Eccl. Baptizare oblatos infantes, & vult nemini demortuo denegandam esse sepulturam in cimiterio Eccl. imō ne Schismaticū aut Hæreticū; saltem subtrahatur hīs publicus honor deducendi funeris cum Psal-*

nus & comitatu piorum ad sepulturam. Hac Ordinatio  
 vult ordinariè canendum esse ante singulas conciones can-  
 tum, Symbolum, aut unicum Psalmum, etiamsi adsint, qui  
 de Cæna Dom. participare volunt: Sed post concionem  
 canetur Kyrie eleison, Gloria in excelsis Deo. Deinde ab-  
 solventur coram Altari stantes, qui volunt S. Communionem  
 accipere. Ante Communionem recitabitur prefatio usitata: Sed  
 postquã omnes convulsa participassent de benedictio panis,  
 diceret minister Eccl. omnibus in communi; Jesus Christus  
 qui suũ corpus in Ara crucis pro nostris peccatis obtulit, &  
 hoc Sacramentum instituit, confirmat fidem vestrã, & con-  
 servet corpus animamq; vestram ad vitam æternam. Idem  
 repeteret minister in communi, postquam omnes partici-  
 possent de Calice. Forma Baptizandi prescribitur talis.  
 Premittet minister longam prefationem de usu Baptismi,  
 repetitis etiam multis S. Scriptura sententijs, institutio-  
 nem & usum Baptismi declarantibus. Postquam minister  
 Eccl. interrogasset paternos de fide infantis, & an velit  
 is baptizari, quæreret à patris an ipsi credant sanguinem  
 Christi purgasse illos & liberos illorum à peccatis, ut dici-  
 tur Job. 1? Tunc Baptizaret infantem in illam fidem ac  
 confessionem illorum. Forma Copulandi conjuges non  
 prescribitur alta, quã ut minister simpliciter interroget  
 utramq; personam, an liberè velit id contrahere matrimo-  
 nium? quo affirmato, addat benedictionem & copulatos  
 dixerit. Postquam Archiepiscopus audivisset hanc

Refutatio or-  
 dinantiæ au-  
 licæ.

fuisse publicatam ordinantiã intellexit ex hac inno-  
 vatione rituum Eccl. grave exoriturum scandalum,  
 itaq; consultum videbat hanc scribere illius animad-  
 versionem. Urgebat hanc innovationem esse i. inu-  
 silem, quia usitata nostra ordinantia continet saluta-  
 rem commonefactionem, quomodo piè utamur S.

„ actionibus, habetq; ritus utiles, ut his superadditis  
 „ non sit opus. II. *Noxiam esse & Scandalosam*, idq;  
 „ plurimis modis 1. cogitant Simpliciores hactenus  
 „ usitatas in nostris Ecclesijs ceremonias fuisse vanas,  
 „ vel impias; unde redditur illis suspecta nostra Reli-  
 „ gio. Huic Scandalo prædicatur vâ Mat. 18. 2. Se-  
 „ parat hæc innovatio nostram Ecclesiam ab Eccle-  
 „ sia verè reformata, quæ Augustanam Confessionem  
 „ amplectitur. Talem separationem taxavit Apo-  
 „ stolus Paulus in Petro judaizante Gal. 2. 3. Ho-  
 „ rum rituum observatio associat hujus observato-  
 „ res Ecclesiæ Calvinianæ, præsertim Heydelberg:  
 „ ex cujus agenda quidam ritus & phrasæ hujus or-  
 „ dinantiæ sunt desumptæ. Quæ collusio cum Ad-  
 „ versarijs in verbo Dei seriò prohibetur, siquidem  
 „ illi confirmantur hoc modo in suo errore. III. Ad-  
 „ huc videmus hæc innovationem *quosdam defendere*  
 „ *errores*; vice versa aliquos excludere ritus utiles, in  
 „ nostra Ecclesia usitatos. Hos errores defendit,  
 „ pag. 3. citatur præceptum tertium Decalogi quasi  
 „ cum Judæis Celebraremus Sabbathum quod est con-  
 „ tra Apostolum Coll. 2. Item, dicitur conjugium esse  
 „ omnibus concedendum, fortè illis qui sunt diversæ  
 „ Religionis, quod Deus prohibuit Exod. 24. Deut. 7. &  
 „ dissuadet talia conjugia Synodus 6 Constantinopol.  
 „ An. 680. celebrata. Adhuc jubentur ministri Eccl.  
 „ *Baptizare omnes infantes in fidem Ecclesiæ, Catechismo*  
 „ *explicatam*: Sed verbum Dei vult infantes esse Bapti-  
 „ zandos in nomine veraq; invocatione S. S. Trinita-  
 „ tis, in qua cognitione instituentur infantes, non in  
 „ fide corruptorum hominum. Insuper affirmatur  
 „ concedendam esse honestam sepulturam omnibus,  
 „ etiam

etiam Hæreticis, quem honorem denegabat Deus  
 impijs 2. Reg. 9. Jer. 22. in hac ordinantia est fre-  
 quens hac locutio, *Sacramentum corporis & sangui-*  
*nis Christi*, cum verba institutionis sic sonent:  
*Hoc est corpus meum: Hoc est sanguis meus*, non  
 Sacramentum corporis & sanguinis. Sunt etiam  
 hæ phrasæ desumptæ ex ordinantia Heydelberg.  
*quàm verè panis frangitur, oreq; accipitur, & vinam*  
*ex calice bibitur, tam verè oblatas est Christus pro no-*  
*stris peccatis, de cujus merito participamus, in fide*  
*utentes hoc Sacramento.* Deniq; verba benedictio-  
 nis dicuntur in communi, non singulis partici-  
 pantibus de hac Cœna: Cum tamen *Deus agat in*  
*Sacramentis cum unoquoq; singulariter.* Dum for-  
 ma Baptizandi notat respiciendam magis fidem,  
 patrinoꝝ quàm infantis, errat contradicen-  
 do S. Scripturæ, quæ docet *justum suâ vivere fide.*  
 In hac ordinantia excluduntur hæ utilia, quæ  
 nostra Ecclesiâ piè observat. Inter plures preces  
 in Baptismo omittas præterit hanc, quæ monet  
 infantem habere peccatum Originale & Actua-  
 le. Item Benedictio singulatis dicta cuiq; par-  
 ticipanti de S. Cœna. Inde q; omittitur Inter-  
 rogatio ægroto homini proponenda, *an credat*  
*cibi porrigi cum benedicto pane & calice, ipsum*  
*Corpus & Sanguinem Christi, juxta ejus institutio-*  
*nem?*

*Hæc fuit Archiepiscopi animadversio in ordinantiam*  
*Eccl. aut, quam licet auctè conarentur refutare; Tamen*  
*Nullam praxin invenit. hæc innovatio, & exemplaria*  
*illius ordinantia seponebantur, Monuit autem Et. Rex*  
*revidendum esse Manuale in nostris Ecclesijs hædentes*



*usitatum, sicut decrevit conventus Holm, An. 1602. ut dictum est supra cap. 3.*

## CAP. VII.

*Acta Eccl. tractata Norcopia An. 1604.*

Coisid.

**R**everfus El. Rex Carolus de prælio Livon. convocavit ordines R. Norcopiam. Præcipua conventus causa erat hæc. Intellexit El. Rex Regem, Sig. non tantum sollicitasse auxilia Regum Daniæ & Angliæ ad opprimendam patriam suam Svec.; sed etiam in Novissimis Comitijs Warfau. assumpsisse honores ordinis Hispan. dictos *Equitum Aurei velletis*, teste invent. Svec. par. I. f. 119. *hujus ordinis vota id requirunt imprimè, ut socij ordinis summè promoveant Religionem Catholico-Papisticam, & contradicentes quoquo modo tollant.* Itaq; cum nihil boni ex Regimine Sigismundi possent sibi Svec. Gothi polliceri, convenerunt in unum loco nominato, ut de firmo statu patriæ, tam Eccl. quam Politico maturè deliberarent. Conclusum est odio Papisticæ Religionis, mutanda esse Nomina Capitularium, tempore liturgico usurpata, ut Rex Sigism. cognitâ totali Reformatione status Eccl. abjectâ Religione Liturgico-Papisticâ, desponderet animum, posse patriam ad Religionem aut statum Ecclesiæ Rom. unquam redire. Nominabantur hæctenus cum Episcopo in singulis capitulis, Præpositus Cathedr. seu officialis Episcopi, Pœnitentiarius & Decanus, præter Rectorem Scholæ Cathedr. & œconomum Templi, addito loci pastore. *Nomen Episcopi* quia honorificum erat, & antiquis temporibus, etiam tempore Apostolorum usurpatum, noluit El. Rex immutatum: Sed *præpositus Cathedr.*

*Cathedr.* nomen ferre non potuit, quia esset à Papistis introductum; ideò salarium huic officio planè denegavit. *Pœnitentiæ* *clero* voluit nominandum esse Lectorem Theologiæ in Schola cath. & *Decanum* Scholæ Conrectorem, qui in proponendis ad Scholasticorum informationem, artibus & lingvâ Græcâ, ferret Rectori suppetias. Sic nominati sunt in singulis locis. Cathedralibus hi Capitulares, his nominibus hætenus noti. *Episcopus diæcesios, pastor Ecclesia Cath. Lector Theol. Rector & Conrector Scholæ.* Sed œconomum Templi Cath. voluit El. Rex de ordine Politico esse constituendum, qui aliâ curâ Eccl. non impeditus, huic officio diligentius incumberet. Conclufum etiam est his comitijs, rectè solvendas esse decimas frugum.

Mutantur nomina Capitularium,

## CAP. VIII.

*Scripta Archiepiscopi Upsal. de persona Christi & S. Cœna.*

Quandoquidem persentisceret *piscopus Archiep. Olavus Mart.* partim ex Disputatione El. Regis Caroli, institutâ Lincopiæ an. 1600; partim ab usu quorundam novatorum aulicorum, qui prædictum Micronium adduxerunt & promoverunt, fuisse hoc tempore Summè necessarium patriotis, habere veram doctrinam de persona Christi & S. Cœna, in S. Scriptura fundamenta, ad præcavendum sensum hæreticum in his locis Theol. à Deceptoribus Regis Car. insinuatam; Collegit ideò Archiepiscopus varias Antiquorum Doctorum sententias verbo Dei conformes, quæ hanc doctrinam tractabant, ut ita declararet *ὁμοψυσίαν*, veræq; Religionis conformitatem.

Nam licet doctrina salutis ipsaq; Religionis veritas e  
 sola S. Scriptura sufficienter habeatur: tamen Ortho-  
 doxa explicatio Doctorum Eccl. indicat semper per-  
 durasse veram doctrinam, rectamq; fidem, ac confes-  
 sionem Ecclesie salutarem, quibus exemplis piorum  
 Confessorum excitati simpliciter Christiani, in Con-  
 fessione veritatis, Dei gratia illuminante, citius per-  
 durant. Hoc fine collectas Orthodoxorū sententias,  
 in Sueticum sermonem transtulit Archiepiscopus, ut  
 simplicioribus gratificando patriotas informaret;  
 quod scriptum Archiepiscopi publicatum conabantur De-  
 ceptores Regū Cor. refutare, alii retorquentes *Dicta an-  
 tiquorum ab Archiepiscopo publicata, idē suum rescriptum  
 in publicam lucem voluntate Regū demittebant. Eisdem  
 conscripsisse Catechesin Sueticam supra diximus, ubi par-  
 tes propositas amplificorunt multiplicibus S. Scripturae Te-  
 stimonijs, sed in loco non ubiq; tractatis*, quod probavit  
 Archiepiscopus, ut infra diceretur. Videt pius L. quan-  
 tis sit turbata malis dilecta patria nostra, ijsq; variē  
 dispositis, partim pro hujus, partim pro illius Hæreti-  
 ci dogmate defendendo, Tectis tamen verbis, & au-  
 thorum nominibus suppressis, ne quis suspicaretur  
 Hæresin, subesse. Tanto furore turbat Sathan simpli-  
 cem hunc Christianum, tamen fortissimum popu-  
 lum, eiq; invidet veram Religionis unitatem; idcir-  
 cō dolis hifce majori attentione verbi Dei, precibus  
 ac pietate, seu cultus divini exercitio, nobis serio  
 resistendum erit.

## CAP. IX.

*Acta Eccl. Coronato R. Carolo IX.  
 tractata.*

Postquam Coronatus esset Rex Carolus, usi sunt deceptores Regis & patriæ, autoritate Magistratus ad promovendam causam impiam. Persvaserunt Regi publicatam sententiam Archiepiscopi fuisse Papisticam, & pij Regis Gustavi B. m. Testamento contrariam. Itaq; iussit Rex denuò imprimi ac publicari quædam scripta à primis reformatoribus tempore R. Gust. I. edita, præsertim illas 12 propositiones inter Pontificium Doctorem Pet. Galle & orthodoxum M. Olaium P. disputatas, de quibus supra lib. 2. c. 5. præsumens instigatione Pseudodoctorum, doctrinam Archiepiscopi posse responsionibus M. Olai ibidem datis refutari. Obtulerunt etiam hi ipsi corruptores Evangelicæ Religionis R. Carolo translationem Bibliorum Germanicam à Joh. Piscatore Herborn. editam, prædicentes hanc esse genuinam. Textus originalis explicationem, quippe de verbo ad verbum ferè redditam. Iussit itaq; Rex Carolus suos quosdam Doctos aulicos cum nonnullis alijs, huic operi fideliter incumbere, ut Biblia Hebræa, more Herbornianæ translationis in Sueticum sermonem verterent, & verbum de verbo exprimerent: quâ in re periculum facientes, sensum genuinum habere nequiverunt. Est enim cuilibet sermoni sua proprietates, quæ nescit alterius sermonis phrasiologiam, nec possit cum alterius lingvæ idiomate æqualiter permisceri.

Publicantur  
iterum pro-  
positiones 12  
de quibus su-  
pra.

CAP. X.

Acta Eccl. in Örebro.

An. 1608.

Rex

Accusantur  
Clerici se ser-  
vare ritus Pa-  
pist,

**R**ex Carolus IX. proposuit Episcopis Svec. in  
Conventu Orebrog. dicto anno gravem accu-  
sationem, urgens ministros nostræ Ecclesiæ magis  
observare in celebratione Missæ ritus Papist. quam  
institutionem Christi; *Ratio data est prima, quia no-*  
*stri ministri Eccl. induunt vestes, quas Papa voluit sacer-*  
*dotes more Aronico, in oblatione sacrificiorum usurpare.*  
*Idemq. instituit idem Romanus, ut sacerdotes in Missa*  
*sacrificarent more V. T. & offerrent ad Altare (quod*  
*idem nostras pastores facere Rex inferebat) Deo patri*  
*Christum propitiatorem, pro obtinenda remissione peccato-*  
*rum. Quondam vero sciunt docentq. nostri pastores uni-*  
*cum sacrificium Christi in arâ crucis oblatis, sufficere ad*  
*expianda nostra peccata, Merito deberent nostri pastores*  
*(ait Rex) qui in doctrina dissentiunt à Papistis, etiam*  
*in ceremonijs & vestitu ab his segregari. Verum cum no-*  
*stri servent ritus Papist. faciunt se suspectos ejusdem Re-*  
*ligionis, que ante annos 30 tempore Liturg. hic viguit;*  
*nec videtur adhuc extirpata; hoc si ipsi audire noluerint,*  
*probabunt Christum jussisse S. Cœnam his ritibus esse cele-*  
*brandam. Secundò, pastores nostri in missa convertunt*  
*se ad Altare, precantes & canentes super pane & vino,*  
*quasi facturi suis precibus, ex institutis Elementis corpus*  
*& sanguinem Christi. Rectius verterent se pastores no-*  
*stri ad populum, dicturi verba institutionis, sicut Christus*  
*dixit illa ad Apostolos, non super Elementa. Tertiò hac*  
*conversio pastoris ad Elementa, non tantum est supersti-*  
*tiosa, sed perniciosa, dum Ecclesia non informatur de in-*  
*stitutione S. Cœna: Sed ipsis Elementis dicuntur verba*  
*Christi. Quartò, neq. faciunt nostri pastores, quod Chri-*  
*stus fecit in S. Cœna, nimirum fregit panem deditq. Disci-*  
*pulis: nostri autem more Papist. porrigunt ori partitipian-*  
*tium*

etiam panem non fractum. Quinto, opus operatum Papist. stabiliunt nostri pastores non dissuadentes opinionem vulgi, cogitantis Sacramenta valere ex usu non fide utentis; inde desperant de sua salute multi agrozi jam morituri, quos pastor maturè non visitat, ut ejus operà de S. Cœna participent. Sexto, nostri Episcopi & Clerici ostendunt se favere dogmati Papist. usu dierum feriatarum in honorem sanctorum, præsertim à Papà Rom. institutorum, ut visitationis Mariae &c. Respondens forè magnam esse differentiam inter hunc usum Papist. & nostrum; sed cur non concedant nostri Episcopi, ut populus habità hū ferijs concione redeat ad labores ordinarios? Siquidem instituit Deus laborandum esse 6. diebus, sed septimus erit sabbatum; hoc modo volunt honorem esse tribuendum diei vel festis; quod Papisticum est.

## RESPONSIO EPISCOPORUM SVET.

data 1. Febr. an. 1608.

Quoniam magno cum dolore audimus nos respectos esse Religionis Papist. quia retinentur in nostris Ecclesijs quidam ritus à prima reformatione hic usitati; cogimur itaq; ratione officij dare submissam declarationem. Primò, Scimus diversas esse ceremonias Eccl. nam Aliæ sunt utiles ad bonum ordinem, quas S. Scriptura defendit, etiam August. Confels. art. 16. Aliæ sunt constitutæ ad ornatum Religiosarum actionum, ut vestes sacerdotales, Calices argentei, Luminaria, multæ feriæ &c. Harum pauca remanent in nostris Ecclesijs, post factam reformationem, idq; propter has causas 1. ut omnia fiant decentè ad honorem S. officij, monitu Apostoli 1. Cor. 14. 2. Ut constet verus usus Adiphororum, quæ liberè servari possunt: Non enim

Apologia  
Episcoporum  
Svet.

Hhhh

omnia

„ omniã abrogentur, ne offendantur infirmi; sed ma-  
 „ nendum esse in libertate acquisita, monet Apostolus  
 „ Gal. 5. 3. Ad amovendum scandalum Religionis re-  
 „ tinentur quædam ceremoniæ, ne simplices cogi-  
 „ tent ipsam Christianismum antiquitus susceptum pla-  
 „ nè abrogatum esse. Quod scandalum prohibet Apo-  
 „ stolus esse dandum Rom. 14. 1. Cor. 8. & 10. 4. Inisti-  
 „ mus mediã viã inter Papist. & Calvinist. quorum illi  
 „ ceremonias esse necessarias; hi damnabiles volunt.  
 „ Hoc medium esse tenendũ jubet Apostolus. 2. Cor. 6.  
 „ Gal. 2. 5. Licet Ceremoniæ possint in se mutari, ta-  
 „ men docent Historiæ, etiam de patria scriptæ, cum  
 „ illa mutatione tentatam fuisse Religionis mutatio-  
 „ nem. 6. Laur. Nericius, in præf. nostræ ordinan-  
 „ tiæ præmonuit, in usu ceremoniarum, neq; gratifi-  
 „ candum esse Papistis, neq; Calvinianis. Cum igitur  
 „ nostræ ceremoniæ Eccl. sint ab illo tempore usita-  
 „ tæ, nobis licebit iisdem uti. Secundò de ceremo-  
 „ nijs nominatis, responsuri dicimus 1. vestitum.  
 „ Sacerdotalem esse Adiaphoron, eumq; fuisse intro-  
 „ ductum longè ante Papam, ab Alexandro Hygi-  
 „ no an. Christi 120 vel 140. ut quidam volunt: Hunc  
 „ ornatum auxit Constantinus Magnus. Et quidem,  
 „ decorum est, ut pauper minister Eccl. peracturus Sa-  
 „ cra, induat vestem honorificam, ne vili habitu pro-  
 „ diens exponat officium risui. Itaq; hæc ceremo-  
 „ niã non gratificamur Papæ Rom. Ritus 2 & 3. non  
 „ indicant nostros Sacerdotes proloqui verba Chri-  
 „ sti ad Elementa, sed ad Ecclesiam; licet cum Ec-  
 „ clesia convertant se ad Orientem. Loqui, canta-  
 „ re & vertere se, sunt Adiaphora. 4. Fractio panis  
 „ non est à Christo præcepta: Distingvenda autem  
 „ sunt

funt verba recitativa à Christi mandato. Si hæc  
 fractio esset necessaria, haberet mandatum. Neq;  
 Apostoli celebrantes S. Cœnam, in omnibus cir-  
 cumstanrijs accommodarunt se Christo. *Neq; vult*  
 Calv. l. 4. Instit. c. 17. Sect. 43. *fractionem panis ejusq;  
 sumptionem à Participante, esse necessariam.* Beza  
 Epist. 2. vol. 3 inquit, *ipsa sumptio, non autem sumen-  
 di modus præscribatur.* Item: *Cœna tamen  
 est, si præcipue & mere substantialia conserventur.*  
 Hæc Ceremonialia sunt etiam nobis ita libera, ut  
 quandoq; omittantur quandoq; fiant. Prædicant,  
 Baptizant, & agrotos visitant ministri, sine vesti-  
 tu Ecclesiæ: frangunt panem magnum si sufficiat  
 pluribus; simpliciter recitant apud agrotos & ali-  
 bi, verba institutionis S. Cœnæ, non illa can-  
 tant. Sic nihil facimus in gratiam Papæ Rom. s.  
 quod dissuadeamus auditoribus opus operatum,  
 Deus nobis Testis est. qui nolunt informari, ipso-  
 rum culpa erit; idq; factum esse Prophetis dici-  
 tur Esa. 42: 53. nec crediderunt Christo Apostoli,  
 ante datum die Pentecostes Spiritum S. nec damna-  
 mus mortuos propter privationem S. Cœnæ, quia  
 Regula est, *non privatio sed contemptus Sacramen-  
 torum damnat.* 6. Docemus festa esse celebranda  
 juxta ordinantiam Eccles. populus patriæ vult  
 ferias esse abrogandas, non studio laborandi in  
 officio œconomæ sed tædio audiendi verbum  
 Dei, ideoq; proficiscuntur tunc licentiosi, ut ex-  
 pediant sua negotia secularia, dum simpliciores  
 templa frequentant. Si plures ferie abrogen-  
 tur, metuendum erit cultum Dei in patria planè  
 vilescere. festum visitationis Mariæ, caret, hic



omni superstitione, siquidem vulgus nostrum nescit  
 occasionem institutionis ejus. Evangelium illius  
 dici non erit omittendum.

Ut S. R. M. clementer acquiescat huic declara-  
 tioni, humiliter rogamus.

*Olaus Martini Ubf. Pet. Keniclus Scar. Petrus Jona Wex.  
 Pet. Melartopaus Mariast. L. Paulinus Gotb. Job. Ung. Calm.*

**R**eplicarunt aulici, moventes eadem qua super-  
 rius. In fine commonefecerunt Episcopos patriae  
 revidendam esse Catechesin, etiam ordinantiam,  
 Eccl. & Manuale Svet. Respondebant iidem suffi-  
 cere Catechesin minorem B. Lutheri quam omnes  
 legunt. *Manuale Svet. esse reuisum, & in Cancellaria  
 depositum affirmabant,* ut S. R. M. permitteret ipsum  
 publicari humiliter rogabant. Insuper *promittunt se  
 ordinantiam Eccl. reuisuros.* Huic responsioni cum  
 praenominatis subscripsit die 24. Febr. *Olaus Stepb.  
 Arosensis Episc.* Dedit R. M. exceptionem, ut *nullum  
 praedictorum librorum curarent Episcopi excludendum,  
 ante reuisionem Reglam;* praemonens non esse tradi-  
 tum S. R. M. Exemplar Manualis, quod dicunt se in  
 Cancellaria deposuisse.

## CAP. XI.

*Scripta Archiepiscopi statui Ecclesiae praesentibus  
 accommodata.*

**J**am extremum aevi cum videret *Archiep. Olaus  
 Mart.* habuit Concionem de cavendis Pseudopro-  
 phetis, ex Textu Matth. 7. quam materiam pio zelo  
 tractavit, & longa explicatione ita illustravit, ut sin-  
 guli viderent tempus pie cautionis jamjam adesse.  
 Hanc Concionem publico praelo emissam dedicavit  
 Civi-

Civitati Regiæ Holm. studio tum excitandi in præclaris luminibus Regni, amorem conservandi approbatam Evangelicam Religionem; tum agitandi Deceptores Regis & patriæ, ut veritati locum darent. Magno conamine laboravit hic Archiepisc. in veræ Religionis conservatione, & simpliciorum, etiam teneræ juventutis rectâ informatione. Dum Ubsaliæ sine gravi molestiâ officij vixit, singulis ferè Dominicis habuit Concionem è suggestu Ecclesiæ, & in Acad. resolvebat studiosis Textus quosdam Biblicos. Sunt adhuc in Bibliothecis quorundam pastorum anniversariæ Conciones Archiep. Olai Mart. quas studiosi partim ex ore ejus exceperant, partim ex charta ipsius (semper enim scripsit propriâ manu suas Conciones) studiosis mutuo datâ exscripserant. *Novam Catechesin prius dictam c. 8. resolvebat, & suffragio quorundam Episcop. & Doct. Clericorum communitatem esse monstrabat.* Continet ipsâ Catechesis partes 7. quarum 1. tractat Decalogum 2. Symbolum. 3. Orationem Dom. 4. Usus clavium Eccl. 5. Baptismum. 6. S. Cœnam. 7. Novam obedientiam, additis precibus & informatione omnium statuum. Præcepta Decalogi cum Zvinglio & Calvino distingvit, ut secundum sit de imaginibus prohibitis, & 9 ac 10. præcepta coëant, contra Augustini enumerationem. In symbolo corruptela, gravior conspicitur, dicitur Christum esse natum hominem ut tegeret nostra peccata: Christum esse passum in anima & corpore, quasi filius Dei incarnatus non redemisset suam Ecclesiam, dicentibus Apost. Act. 20. 2. Cor. 5. 1 Joh. 1. descensum Christi ad inferos de immenso cruciату Christi in cruce exponit; Sef-

Commenda-  
tio Erchiep.  
Ol. Mart.

Resurrectio no-  
vi Catechismi.

sionem Christi ad Dextram patris de principatu  
 Christi in cœlo locali interpretatur, additâ probatio-  
 ne Act. 5. quod oportet Christum cœlo capi. Hæ  
 sunt præcipuæ falsationes fidei salvificæ in Christum  
 directæ, & nominatâ in Catechesi traditæ, quæ ab  
 Evangelicis Theologis sunt satis confutata. Sa-  
 cramenta definit illa Catechesis nuda signa gratiæ,  
 instituta ut iisdem utentes saltem commoneant,  
 non participant de bonis promissis. Differentia  
 inter Sacramenta V. & N. T. non datur alia, quàm  
 ut illa habeant memoriam gratiæ in Christo decla-  
 randæ; Hæc commonefactionem gratiæ in Christo  
 exhibitæ contineant. Hinc infertur, per Baptis-  
 mum non regenerari homines, sed ad Christum re-  
 generantem deduci. & institutam esse S. Cœnam,  
 ut manducantes panem & bibentes vinum, remi-  
 niscantur oblationis Christi corporis & effusionis  
 ejus sanguinis in cruce, per quam commemoratio-  
 nem vult Catechesis fieri communionem corporis  
 cum panẽ & sanguinis cum vino, in vero usu S. Cœ-  
 næ: inde concludit, infideles verâ commemora-  
 tione Christi destitutos, de vera & orali communio-  
 ne corporis & sanguinis Christi non participare.  
 Novam obedientiam in mortificatione carnis &  
 resurrectione novi hominis declaratam, ponit Ca-  
 techesis veram esse gratitudinem renati hominis  
 Deo debitam. Formam absolvendi peccatorem,  
 hanc præscribit ministro Eccl. recitandam. Ex in-  
 stitutione Christi suæ Ecclesiæ tradita, & juxta  
 tuam confessionem, anuncio tibi loco Dei, *quod*  
*SOLUS peccata remittit*, tuorum peccatorum  
 remissionem & Dei gratiam. Has corruptelas or-  
 thodoxi

thodoxi Catechismi satis notas, refutavit dextrè  
 Archiepiscopus, ut aliquandiu quiescerent con-  
 tradicentes.

## CAP. XII.

*Seria admonitio R. Caroli ut subditi agant  
 maturè pœnitentiam.*

**N**Os Carolus IX. D.G. Svec. Goth. Vand. Finn. &c.  
 Rex significamus omnibus nostris subditis, im-  
 primis Episcopis, Prælatiis & Clericis R. Archiepisco-  
 pum olim Ubsal. p. m. Laur. Nericium publicasse  
 formam pœnitentiæ an. 1558. (supra l. 2. c. 3.) quo-  
 niam hæc admonitio nobis omnibus maximè ne-  
 cessaria est, ideo eam per Typographum denuò pu-  
 blicatam vobis transmittimus, cum seriâ admoni-  
 tione, ut vos ministri Eccl. hanc vestris auditoribus  
 sedulò inculcatis. Videmus enim peccata indies  
 augeri, præsertim ingratitude Deo displicen-  
 tem, cum multiplicia beneficia cum ubertate anno-  
 næ, in nos nostramq; patriam nuper collata videri-  
 mus. Quanta fuerit in multis locis annonæ caritas  
 annis superioribus, exhorrescit animus meminisse:  
 nunc multiplicatâ benedictione divinâ, luxui ac vo-  
 luptatibus mancipat se vulgus hominum. Quare  
 necessum erit sequi consilium senis Archiepiscopi,  
 agendo seriâ pœnitentiam, Deumq; invocando,  
 ut peccata nobis remittat, juxta promissionem Ps. 50.  
 ac indicatum suum paternum affectum Ps. 103. in  
 omnibus agentes gratias, ne simus equis & Mulis si-  
 miles quod dissuadet fieri Psalmus 32. hoc si non fe-  
 cerimus, minarur nobis pœnam divinam accensus  
 nuper

„ nuper Cometa, quem vidimus. Hortamur igitur  
 „ omnes ac singulos nostros subditos, ut pietatem cul-  
 „ tumq; Dei verum fidelitèr excolant, dies sacro usui  
 „ destinatos magnâ frequentiâ ac devotione cele-  
 „ brent, observando formam à sene Archiepiscopo  
 „ præscriptam, in usu concionum & precum necessa-  
 „ riam; idq; non solis diebus in hac formâ nominatis,  
 „ sed in qualibet Hebdomadâ duobus diebus à Mercu-  
 „ rio & Venere olim appellatis. Mandamus pastori-  
 „ bus Civitatum, ut hebdomadatim instituant his die-  
 „ bus conciones & preces publicas. Pastoribus rura-  
 „ lium Ecclesiarum injungimus hoc exercitium, semel  
 „ singulis Hebdomadis esse continuandum. Hoc cer-  
 „ tè gloriam Dei & nostram utilitatem spectabat.  
 „ Signatum in aula Wesby 4. Oct. an. 1607.

## CAP. XIII.

*Edictum R. Caroli de Decimis;*

**P**ervetus querela est, in decimis dandâ fraudem à  
 multâ patriotis committi: causa hujus rei multiplex  
 concurrens. Alij vulgares, qui officijs aut Polit: aut mili-  
 taribus præsumunt, vel qui immunitatem prædiorum suorum  
 Regiâ donatione obtinent, Exemplo Nobilium, Decimas  
 de frugibus sibi reservant. Etiam Agricola nolunt pteriq;  
 ex usufructu agrû, aut seminatû in alterius villâ frugibus  
 decimas dare; Quare coactus est R. Car. tale Edictum  
 scribere.

„ **N**Os Carolus IX. D. G. Svec. Goth. Vand. Finn. &c.  
 „ Rex, notum facimus, querelam ingravescere de  
 „ fraude multorum patriotarum in dandis Decimis  
 „ frequentèr commissâ; Quare mandamus, ut singuli  
 „ ac universi subditi nostri reponant, Decimas juxta-

Teno-

Tenorem Legis Dei ac præscriptum Legum Svet. “  
 nulli se eximant sub prætextu aliquarum immuni- “  
 tatum, quæ non nominant expressè Decimas. Nul- “  
 lum frumentum, sive in agris, sive in sylvis ustulatis “  
 enatum, sive fuerit agricolæ proprium, sive mutuò “  
 sumptum, debet eximi: Sed ex omni genere semi- “  
 nis dentur Decimæ, tum Tritico, Siligine, Hordeo, “  
 avenâ, cicere, fabâ; tum ex omni Leguminis genere. “  
 Cumq; mandaverimus præfectis nostrorum Præ- “  
 diorum, ubi agriculturam exercemus, ut reddant “  
 pastoribus Ecclesiarum ibid. debitas Decimas, non “  
 tantum ex omni genere frumenti, sed ex animalibus “  
 divinâ benedictione annuatim multiplicatis, scil. “  
 vitulis, agnis &c. omniq; piscium genere è flumi- “  
 nibus alijsq; aquis collecto, idcirco cognoscant ali- “  
 tam Nobiles quam plebei, se nostro Exemplo, à con- “  
 tributione decimarum pastoribus debitâ, nequa- “  
 quam esse immunes. Si inveniuntur subditi, qui “  
 pertinacitè ac malitiosè negant suo pastori Deci- “  
 mas, sive ex Nominatis, sive ex Rapis, Oleribus, Lu- “  
 pino, Melle, Cannabi, Lino, ipsi debitas plectentur “  
 juxta meritum, ubi causa fuerit ad nos delata. Sunt “  
 quippe numerandi tales sacerdotum oppressores, “  
 qui volunt Christianismo profligato, rursus Ethni- “  
 cismum introducere. Hoc singuli nostri subditi, “  
 quod exequi tenentur, sibi significatum sciant. “  
 Signatum in arce Holm. 12. Decembris an. 1607. “

## CAP. XIV.

*Renovatur Manuale in Ecclesijs patria usurpandum;*

**M**Anuale vocamus more vulgi, librum Eccl. in  
 quo ordinantia præscribitur ministris Eccl.

quomodo actiones officij sui in Ecclesia peragant. Baptizando infantes, administrando S. Coenam poenitentibus, copulando conjuges, visitando aegrotos, sepeliendo mortuos &c. Hoc Manuale, alijs Missale, à missa (nota appellationes) nominatum, erat variè corruptum in patria tempore Liturg. Nam ad Baptismum infantis jussit Liturgia adhibendos esse ritus varios ab Ecclesijs Papist. receptos, talesq; in administratione Coenae Dom. usurpandos esse monuit. Introducendam esse publicè in Ecclesiam, peractis jam Nuptijs, novam conjugem edixit Liturgia, quasi indignam Ecclesiae Societate absq; novâ benedictione, postquam statum carnalem (sic Papistae honorant conjugium) esset mulier ingressa. Adhuc jussit Liturgia orandum esse pro mortuis, publicè recitatis precibus à ministro Eccl. funus sepeliente. Hæc omnia superstitiosa in Missali Liturg. comprehensa, licet damnata essent in Concilio Ubsal. An. 93. celebrato, & in omnibus Diocesisibus R. essent per visitationem Episcoporum plurima abrogata; Tamen non potuerunt simplices ministri Eccl. absq; speciali ordinantia & correcto Manuali suum ritè officium peragere. Itaq; erat necessariò renovandum Manuale Suet. juxta decretum in comitijs Lincop. factum. (vide supra l. 5. c. 1.) Huic officio præfuerunt Episcopi & renovatum publicârunt circa finem Regiminis Caroli, licet inhabitatoribus R. in quavis conditione, non esset insinuatam juxta conclusionem comitorum Holm. an. 1602. In hoc Manuali receptæ sunt ceremoniæ in Ecclesijs Evangelicis potiori parte usitatae. Vid. in Baptismo infantis retinetur Exorcismus, moderatis verbis, juxta decretum

Ritus Baptis-  
mi,

Con

Concilij Ubsal. recitandus. Ultimò admonentur patrini Baptizato infanti præsentes, spondere pro Educatione suscepti infantis, si præmaturè moriantur parentes ejus, ut Baptizatus infans in vera pietate juxta promissionem in Baptismo datam, crescat & perseveret. In administratione S. Coenæ, Et in S. Coenæ seu celebratione Missæ jubet Manuale retinendam, na esse simplicem præfationem cum recitatis verbis institutionis Christi, & Trisagio Angelico, additâ Oratione Dom. In copulatione conjugum, In Nuptijs monet Manuale fieri gravem admonitionem ad copulandos, ut piàm vitam mutuâ societate instituant, ne maritus opprimat uxorem, nec illa resistat pio dominio mariti, post hanc informationem & pronuntiã sententiam Christi, quod homo non separet quos Deus conjunxit, proclamatur solenniter à ministro Eccl. Forma conjugij, quâ declaratur hos esse legitimè copulatos conjuges: finitur hæc actio precibus ac Benedictione Nuptiali. Publica pœnitentia Forma publicæ pœnitentiæ præscribitur ibidem, quomodo scil. notorius peccator, cui vita donatur à magistratu, recipiatur in societatem Ecclesiæ, operâ ministri Eccl. qui pœnitentem in conspectu Ecclesiæ absolvat. Visitatio ægrotorum Adhuc præscribit Manuale ægrotos esse visitandos à ministro Eccl. & consolatione verbi Dei, usuq; S. Coenæ refocillandos, postquam ingenuam dedissent confessionem, riteq; essent à peccatis absoluti. Insuper injungit Missale esse honestè pieq; ad Sepulturam Sepultura mortuorum deducenda piorum demortuorum funera, annotando aliquos Textus Biblicos, in honorem demortui & viventium informationem à ministro



Eccī. tractandos. Hæc est ordinantia præscribens  
Ceremonias in nostris Ecclesijs observandas.

## CAP. XV.

*Diaecses Lincop. & Scarenfis alterantur per  
Ducem OstroGothia.*

**D**ux Johannes filius Regis olim Svec. Joh. III.  
& frater R. Sigismundi, accepit Ducatum in pa-  
tria amplissimum, consensu Regis ac ordinum  
Regni, nimirum totam Ostrogothiam, & in Vestro-  
gothia aliquot territoria & provinciam Daal. Itaq;  
voluit princeps Johannes Episcopum Ostrogothiæ  
Lincopensem curare Ecclesiastica in solo Ducatu.  
relicto tractu in Smolandia olim Diæcesi Lincop.  
addito. Cumq; molestissimum esset Episcopo Lin-  
cop. visitare Ecclesias in Vestrogothia, huic ducatu  
additas, iter imprimis prohibente lacu spatiosissimo  
*Vettero*; igitur ordinavit Dux *Superintendentiam in ci-  
vitate Skedwy*, constituto ibi primo Superintenden-  
te, *M. Sylvestro Phrygio*, Rectore Scholæ Lincop. qui  
Ecclesijs in Vestrogothia Ducatu additis præset,  
& casus Eccl. decideret. Hæc divisio Diæcese  
Lincop. & Scarenfis permansit ad mortem usq; Ducis  
Joh. Hoc enim mortuo sine liberis An. Chr 1618.  
Redijt hæc portio Vestrogothiæ Ducatu Ostrogo-  
thiæ adhærens, ad priorem suum Episcopum Scaren-  
sem, & prædictus M. Sylvester vocatus est ad Eccle-  
siam & Remp. de novo fundatam Gothoburgensem,  
ut Pastorem ac Superintendentem ibidem ageret.  
Huic Superintendentiæ addidit postea Rex Svec.  
Gustavus Adolphus magnum tractum Ecclesiarum  
Vestrogothiæ, ad Diæcesin Scarenf. prius pertinen-  
tem.

Superinten-  
dentia Sked-  
wy.

Superinten-  
dentia Gotho-  
burgensis.

rem. In priori alteratione Diæcesis Lincop. à Duce Joh. factâ, remansit magna pars Smolandia, totaq; Slandia Diæcesi Lincop. ablata, cujus tractus Ecclesiæ requirebant necessariò Superintendente. Constituit itaq; Rex Svec. Carolus *Superintendentem in celebri Civitate Smoland. Calmarâ*, ordinato ad hanc inspectionem viro apprimè disposito *M. Joh. Unglo*, Pastore Wex. Verum 4 territoria Smolandia, Diæcesi Lincop. ablata, erant à Calmara longè distita, ac Episcopo Wex. viciniore, scil. Septentrionale & australe *Widdo* cum *Lutta & Wista* territoris, ac Civitate Juncopensi. Horum territoriorum inspectionem Eccl. huic Episcopo Wex. Rex Svec. commisit. Sed post mortem Ducis Joh. redierunt duo territoria in *Widdo* ad Diæcesin Lincop. etiam aliquot territoria Smolandia propinquiora Ostrogothia, quæ habuerunt hætenus inspectorem Calmarensem, obtemperarunt antiquo more Episcopo Lincop. remanentibus in Smolandia territorijs 4 cum tota Slandia, quæ hodieq; parent Superintendenti Calmariensi.

Superintendens in Calmariensi

## CAP. XVI.

*Disputatio Archiep. & Professorum Upsal. cum Johàn. Forbesio Scoto.*

Quiescere Ecclesiam Svec. noluit tentator Sathanas; sed ad excitatas per publicatam novam Catechesin Svet. (de qua supra c. II.) turbas, in scandalum simpliciorum paratas, advenit quidam Scotus nomine *Joh. Forbesius*, à Deceptoribus R. Caroli in patriam adductus. Hic confessionem suæ fidei, quam in sua didicerat patria, thesibus comprehen-

dit. & R. Carolo obtulit. Rex iussit illum ire Ubsaliam  
& in Academia suas Theses publicè defendere; etiam  
illuc misit Rex quosdam Senatores Regni, ut confi-  
ctū Religionis audirent. Constituta est Disputatiō  
publicæ dies 17 Nov. an. 1608. ingredientibus audito-  
riū eo die, visum est hoc Tetrastichon januæ affixum  
sine auctore. *Reverendiss. ac Rev. Dn. Pastoribus, simul  
ac omnibus pijs hominibus simplex Poëta salutè precatur,  
Forbesius præsid est, ne mordeat ille cavese,*

*Quos Christus sanctè à morte redemit oves;*

*Forbesius nostrā nam linguā denocat illum,*

*Balantem, mordens, qui vorat ore gregem.*

In præsentia Senatorum Regni Svec. & Professorum  
Ubsal. Acad. cum studioforum collectā multitudi-  
ne habuit, *Archiep. Olavus Mart.* egregiam Orationem,  
explicando ex Hist. Eccl. 1. Notas Hæreticorum.  
2. Initia & progressus illorum. 3. Tandemq; subse-  
quentem finem hæresion. Absolutā Oratione pro-  
vocabat Archiepiscopus hominem peregrinum cum  
præsentibus Theologis Svecis, iussu Regis disputatu-  
rum; jubens ut is suas proponeret theses. Prodiit  
*Forbesius* dicens se sua sponte non venisse: sed à S. R. M.  
vocatū accessisse, nec ut Religionem Svecorum tentaret:  
sed ut daret rationem Religionis in sua patria usitata.  
Dixit se propositiones suas tradidisse Regi Carol. neq; ullas  
de novo conscripsisse. Urgebat Archiepiscopus theses ef-  
se proponendas; quas tandem obtulit Secretario Re-  
gio *M. Pet. Andrea*, qui eas tradidit constitutis No-  
tarijs, *Danieli Hiort* & *Joh. Burao*. Jusserunt autem  
præsentēs Senatores Regni, ut auctor eosdem præ-  
legeret. Dum Forbesius recitabat hæc verba *Th. s.  
Deum omnium actuum primam & principalem causam*  
confi-

constemur, rogabat Archiepiscopus, ut hic subsisteret auctor; Hæc enim Thesis (ait) est digna ventilatione. Quæsiuit Archiep. an Thesis accipiatur etiam de malis actionibus, ut harum sit Deus prima & principalis causa? Forb. Affirmabat, dicens sic scriptum est Eph. 1: Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Addidit tamen distinctionem inter ipsam actionem & qualitatem ejus malam. Excepit Archiep. Qualitas mala est ipsius malæ actionis differentia & dispositio: Unde sequitur te statuere ipsum Deum, (quem primam causam & motorem omnium, etiam malarum actionum vocas) esse causam mali; quod expressè fatentur Calviniani; quorum verba recitare volebat Archiep. sed noluit Forbescius, protestando se in illorū verba non jurasse. Distinxit tamen Forb. inter actiones malas, legitimo aut illegitimo modo productas, quam distinctionem dum sibi non constare mōstrarunt Professores, retractavit illam. Pergebat Archiep. demonstrando Apostolū in toto cap. Eph. i. agere de æterna hominū salute ac prædestinatione, non de actionibus Dei alijs, nedum malis. Forb. urgebat phrasin (Deus operatur omnia) inferens Deū esse omnium actionum Causam; sed mala qualitas seu avopia actionis non est Ens. Excepit M. Claudius. Peccatū est avopia, estq; in hominibus operans, ergo est ens, licet privativum. Resp. Forb. Peccatum est mala qualitas, non ens. M. Martinus. At qualitas est ens. Explicuit hic Forb. Deus est causa peccati, sed non peccans: id declarabat, Exemplo fratrum Josephi; dicens, venditio Josephi fuit peccatum: hinc autem arripuit Deus occasionem promovendi Josephum & alios. Resp. M. Pet. Rudbeeb. Fuit Dei actio ex peccato fratrum Josephi elicere bonum, Forb. lūisabat sua verba, explicando  
*quarum.*

*quarum a Nonum Deus sit prima & principalis causa.*  
 Sed urgebat *M. Samuel*, aut corrigendam esse The-  
 sin, aut apertè dicendum, quod Deus non sit causa  
 mali. *Forbesius* legebat plura, dicens, *Tb. 7. Deum age-  
 re omnia liberrimè, secundum beneplacitum voluntatis  
 ipsius.* Excepit *Archiepisc.* Dixisti supra, Deum esse  
 causam mali, jam addis, etiam habere Deum in illo  
 beneplacitum. *Resp. Forb.* *Christus ait Matt. 11. Bene-  
 placitum est Patri abscondere sapientibus viam salutis:*  
*unde sequitur Deum esse causam tam reprobationis dam-  
 nandorum, quam electionis salvandorum.* Dixit *Archiep.*  
 Sic Deus mendax & perjurus (cum veniâ,) qui jureju-  
 rando confirmat se nolle morrem peccatoris? &  
 Apostolus ait *1. Tim. 2. Deum velle ut omnes homi-  
 nes salventur.* *M. Ericus Skipper*, in eodem cap. dicit  
 Christus: venite ad me omnes, quos cum ipse pro-  
 mittat se refocillaturum, impium est dicere Deum  
 velle aliquorum damnationem. *Forb.* *Negabat vo-  
 cationem hanc esse universalem, sed restrictam ad ope-  
 ratos.* *Archiep.* Scriptura testatur *Eccl. 65. Rom. 10.*  
 Deum tota die extendere manus suas ad populum  
 contumacem. *Mat. 23. Quoties volui te congregare.*  
 Hinc sequitur vocationem Dei extendi ad nolentes  
 & volentes venire. *M. Sam.* Quousq; extendit se  
 peccatum, eò usq; extendit se vocatio ad pœnitent-  
 tiam. *Hoc negabat Forb. protestando vocationem effi-  
 cacem reciprocari cum electione: At alia vocatio est in-  
 efficax.* Interrogabat *M. Sam. Forbesium* cur dica-  
 tur aliqua vocatio inefficax? *Resp. Forb.* *Sic est Dei  
 voluntas teste Christo Matt. 11.* Excepit *Archiep.* To-  
 tum caput ostendit illos vocatos fuisse contumaces,  
 eosdemq; sapientes, qui suam præferebant sapientiæ  
 Chri-

Christi. Vult quidem Deus seriò voluntate gratiæ oblatæ (quam Theologi vocant voluntatem antecedentem) ut omnes vocati convertantur, imò ut totus mundus salvetur: licet voluntate justitiæ suæ (quam nominant consequentem voluntatem) hos contumaces & venire nolentes Deus justissimè puniat. Interrogavit *Archiep.* an impugnaret *Forb.* hanc distinctionem? *Resp. Forb. se hanc facillè admittere; sed agitur quæstio (ait) de primaria causa Reprobationis, quam esse Deum affirmo.* *Archiep.* appellavit ad totum auditorium, annon hoc dogma reprobationis absolutæ esset planè impium in Dei ordinisq; divini contumeliam inventum? Concludebat vocationem Dei esse efficacissimam ratione verbi vocantis, gratiæq; in verbo promissæ & Sacramentis confirmatæ. Quòd vocatio sit quibusdam inefficax, erit hoc contumaciæ mundanorum adscribendum. *M. Skipper.* Scriptura de reprobis loquens, non tribuit Deo causam reprobationis illorum, sed malitiæ hominum, *Ol. 13.* Perditio tua ex te Israël. *Excepit Forb. Textus non habet, perditio ex te solo. Deus consumit eos quasi leo.* *Resp. Archiep.* Textus opponit perditionem & auxilium: tantum modo in me auxilium tuum, ait Deus; Sed perditio tantummodo ex Israele per Sathanam seducto. *Negabat Forb. antithesin hanc, dicens Deum voluisse Pharaonem indurare, M. Skipper.* quia Deus totum mundum dilexit, neminem certè perdit. *Addidit Forb. totum mundum Electorum dilexit, non omnes indifferenter.* *M. Claud.* Omnes dilexit Deus pro quorum redemptione tradidit filium suum in mortem. Jam pro omnibus est Christus traditus. Ergò. *Negavit*

*Forb. Christum pro omnibus esse traditum. M. Skipper.* Video te uti expositione Bezae, qui vocem omnes reddidit aliquos. *Afirmabat Forb.* Excepit *M. Claud.* Apostolus ait Rom. 14. 1. Cor. 8. Fratrem perdi pro quo Christus mortuus est: Addidit verba Petri 2. Epist. 2. Falsi Prophetæ negant Dominum qui illos emit. *M. Skipper.* Urgebat textum Ez. 18. Deus non delectatur morte impij. *Resp. Forb. Distinguenda est voluntas Dei revelata ab arcana. M. Skipper.* Apostolus ait Act. 20. Revelavi vobis omne consilium Dei. *Resp. Forb. Christus revelavit Apostolus quacunq; voluit; sed arcana de numero salvandorum eorumq; efficaci vocatone non revelavit. M. Rudbeck.* Non pertinet ad nos scire numerum salvandorum, annitemur in eo inveniri numero. *M. Skipper.* Apostoli dicunt Act. 13. quia indignos vos facitis vitâ æternâ convertimur ad gentes. Itaq; cum homines faciant se indignos vitâ æternâ, non erit Deus causa reprobationis illorum. Addidit textum Luc. 7. Pharisei & Scribæ spreverunt consilium Dei adversus seipsos. Hoc consilium fuit certè ordinatio salutis eorum. *Forb. Dicitur Act. 13. Crediderunt quotquot ordinati erant, Quos Deus non ordinavit, non crediderunt. M. Skipper.* Ordinatio Dei est auditus verbi prædicati non arcana dispositio ad faciendam fidem. Hanc ordinationem acceperunt cum gaudio gentes, ideò crediderunt: Sed illam reprobârunt Judæi, quare fuerunt increduli. *Instantia Forb. Apostolus ait 2. Tim. 2; Dominus novit suos quare consilium Dei de suâ erit arcantum, neq; utile nobis erit id ipsum scire. M. Claud.* Apostolus Rom. 16. affirmat Evangelium prædicatum esse secundum revelationem Mysterij, temporibus æternis taciti quod nunc

nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum ad obedientiam fidei. *Archiep.* Addidit textum Eph. 1. Datum esse Spiritum Sapientiae & revelationis ad illuminandos oculos cordis nostri, ut sciamus quae sit spes vocationis ejus. Hinc conclusit Auditorium minimè disputandum esse de arcana Dei voluntate; quia sufficit nobis revelata in verbo voluntas Dei de nostra salute. *M. Sam.* Quæsit causam cur uteretur Forb. phrasi arcanae voluntatis, dum in articulo Prædestinationis sit nullus ejus usus? *Resp. Forb.* Ad deprimendam hominès petulantiam dicte Scriptura Prov. 16. Operatus est Deus impium ad diem malum. *Archiep.* Textus non dicit, Deum creasse aut disposuisse impium ad diem malum, Ad dam explicationem illius textus à Ph. Mel. datam, si illam acceptas (*annuit Forb.*) is probat ex hoc textu poenam impiorum dirigi ad illustrationem gloriae Dei. *Forb.* Continnavit probare suam opinionem textu Rom. 9. Non est volentis, neq. currentis, sed miserentis Dei. *Archiep.* Dixit principalis causa nostrae salutis est ipsa misericordia Dei: Inde non sequitur voluntatem Dei esse causam reprobationis impiorum. *Forb.* Inferbat, Jacob dilexi, Esau odio habui. Interrogavit *M. Claud.* Utrum ea verba intelligeret opponens de Spiritualibus, aut temporalibus rebus? *Resp. Forb. de Spiritualibus.* *M. Claud.* Propheta Malachias probat textum de temporalibus esse intelligendum. *Negavit Forb.* Inferens Deum ex odio reprobasse Esau. *M. Sam.* Non recipiantur hi termini Dilexi & Elegi; Odio habui & Rejeci. Addidit *Archiep.* Si termini hi, odio habui & rejeci, sint convertibiles, sequitur inde



Omnes Esau posteros esse à Deo reprobatos. quia textus agit de posteritate Esau, non de persona ejus, teste Mose Gen. 25. dicentes, Duæ gentes sunt in utero. *M. Sam* Vox eligere significat in S. Scriptura, præponere aliquem in percipiendis bonis temporalibus. *Exceptit Forb. Non sunt omnes Israëlita qui sunt ex Israël, Resp. Archiep.* In eo consistit causa reprobationis, quod illi non essent veri Israëlita. *Forb. Quem vult Deus indurare Rom 9. Resp. Archiep.* Quem Deus vult indurare satis indicavit in suo verbo, nimirum illum qui agnitam veritatem contumaciter impugnat, ac revelato ordini salutis pertinaciter resistit, cujus contumaciæ reus erat ipse Pharaon. *M. Job. Rudbeck.* Interrogavit Forbesium, an ne malum pœnæ præsupponat malum culpæ? Affirmat Forb. inferebat *Rudbeck.* Si malum culpæ (peccatum) antevertit malum pœnæ (indurationem) sequitur evidenter causam indurationis esse peccatum hominis, non Deum. *Nihil ad hoc Forbesius. M. Skipper.* dixit. Si Deus in suo consilio dicatur absolutè reprobare quemquam, sequitur Christum non esse mortuum pro omnium hominum peccatis, quod tamen Scriptura expressè affirmat 1. Joh. 2. Cum itaq; hoc sit certissimùm, non dicamus ullum hominem à Deo esse absolutè reprobatum. *Resp. Forb. Christus est mortuus pro electis & salvandis, non indifferenter pro omnibus, totoq; mundo, teste Apost. Heb. 3. Nos sumus domus Christi, si fiduciam & gloriam spei usq; ad finem firmam retineamus: inde sequitur, illos non esse domum Christi, nec de bonis ejus participare, qui fidem ad finem non retinent.* *M. Claud.* Vide quam sit constans tua expositio. Apostolus Joh. vocat  
 Chri-

Christum propitiationem non tantum pro nostris, sed etiam pro totius mundi peccatis. Ibi per terminum (*nostris*) intelligis electos; idem iteras intelligendum per totius Mundi peccatis. Ubi erit vis comparationis Apostolicæ? *Resp. Forb. Annon possum dicere, non solum pro vobis presentibus Christum esse mortuum, sed etiam pro alijs Electis in toto mundo?* *Arch. ep.* Recitabat verba Apostoli Hebr. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus S. rursus renovari ad pœnitentiam. Sic inferebat: Nonne hi ipsi, qui prolabuntur, sint facti participes gratiæ Dei, & meriti Christi? *Resp. Forb. Hi illuminantur quidem, sed non realiter ac efficaciter. M. Sv. Moderus.* Unde venit illa illuminatio, nonne à Spiritu S? *Affer. Forb.* Inferebat *Moder.* Spiritus S. illuminat per ordinarium medium scil. prædicatum de merito Christi Evangelium, idq; agit eo fine, ut hi illuminati fiant participes meriti Christi & æternæ salutis. *Hunc finem negavit Forb. dicens, qui non sunt efficaciter illuminati, rursus excidunt gratiâ Dei.* *Archiep.* Urgebat verba Apostoli Hebr. 6. gustaverunt donum cœleste, bonum Dei verbum & virtutes venturi seculi. Ergò (ait) de his bonis & medio salutis consequendæ sunt hi ipsi verè & efficaciter facti participes. *Regebat Forb. non probari ex ijs verbis, eos à se de deficientes, fuisse efficaciter illuminatos.* Interrogavit *Archiep.* An sit excludendus à dono cœlesti ac virtutibus venturi seculi, ipse Christus cum suo merito? *Resp. Forb. Dicitur 1. Job. 2. Proderunt à nobis, qui non erant à nobis, sc. non Electi.* *Archiep.* Explicuit terminum (ex nobis) indicare hos non perstitisse

tisse in agnita veritate. *M. Skepper.* Qui discesserunt à fide & veritate, indicant se prius scivisse veritatem. *Archiep.* Quæsitur annon fides salvifica ingrediatur Electionem salvandorum? *Negabat Forb. Electionem requirere fidem.* *Archiep.* adduxit textum 2. Theff. 2, Elegit vos Deus ab initio in salutem in sanctificatione Spiritus & in FIDE veritatis. Hic certè dicitur Electio facta in fide. *Forb. Variam dedit responsum; quandoq; negavit hic requiri fidem: quandoq; dixit nos esse electos ad fidem, non in fide, nec per fidem, quia nulla fides hominum fuit, dum facta erat Electio salvandorum.* *Regeffit Archiep.* Licet nullus hominum fuisset, dum facta sit Electio ante jacta fundamenta mundi: tamen facta est Electio ordinaria, non absoluta; & fides in Christum ingreditur ordinem salutis. Itaq; sic respexit Deus in Electione fidem salvandorum, sicut ipsos fideles salvandos: Unde ait Apostolus 1. Pet. 1. custodimini in virtute Dei per fidem in salutem. *M. Rudbech,* petivit sibi monstrari textum S. Scripturæ, quod simus electi ad fidem, non in fide. *Forb. Adduxit textum Rom. 1. eis visum.* Respondebat non legi *αργος πιστω* *M. Claud.* Qui excludit fidem ex decreto Electionis, etiam excludit inde Christum cum suo merito. At *Forbesius* hoc agit. Ergò. *Ad hoc nihil respondebat Forb.* Interrogavit *Archiepiscopus.* An Electi à Deo, fuerint tunc Deo accepti? *Affirmabat Forb;* inferebat *Archiep.* At nemo est acceptus Deo absq; fide Heb. 6. Sic fides in Christum ingreditur decretum Electionis. *M. Claud.* Quæ causæ concurrunt ad hominis justificationem, eadem concurrunt ad ejus electionem, quia utraq; spectat hominis salutem.

lutem. Jam tres concurrunt causæ justificationis, sc. gratia Dei meritum Christi, & fides salvifica. Ergo. *Forb.* negabat majorem, presumens alias esse causas justificationis, alias salutis. *M. Skipper.* Qui prædicat alium Christum in Electione, quam justificantem, ille novum Christum introducit, quod tu facis. *Negabat Forb;* & pergebat prælegendo suas *Theses in Th. 1. dixit, non judicandum est de Dei Electione in dispensatione Mysterij voluntatis sue externæ.* Hic quæsit *Archiep.* Annon liceat ex verbo Dei & usu Sacramentorum judicare de hominis Electione? *Neg. Forb;* quia multi sunt vocati, pauci Electi. *Resp; Archiep.* Parabola Matt. II. clarè ostendit Deum non esse causam paucitatis Electorum; sed partim redundat causa in contumaciam venire nolentium, partim in murmurationem operariorum, in vinea, qui ordinario Dei denario non erant contenti. *M. Rudbeck.* Si non judicemus ex verbo Dei & usu Sacramentorum de hominis salute, cur prædicatur verbum hominibus, & cur Sacramenta dicantur instituta? *Resp; Forb.* Ideo prædicatur verbum, ut homines sint inexcusabiles? *M. Rudbeck.* Nonnè verbum Dei prædicatur alio fine? *Forb.* Nullo. *M. Rudbeck.* Scimus ex verbo Dei institutum esse à Deo prædicationem verbi, ut homines convertantur & vivant. *Forb;* Deus claudit viam conversionis hominibus impijs, teste Propheta *Es. 6.* *excæca cor populi hujus & aures aggravæ, ne convertantur & vivant.* Verum jam ingruerant tenebræ, diesq; præterijt, ideò non data est ipsi Responsio.

Con-

Concludebat Archiepiscopus Sessionem his verbis. Irenæus refert, veteres Germanos clausisse aures suas, auditâ in Deum contumeliâ: Sic fate-mur & ipsi aures nostras esse defatigatas auditione contumeliarum in Deum ab hoc peregrino homine profectarum. Rogemus Deum, ut hunc seductum virum convertat. Respondit *Forb. Deus convertat nos omnes.*

FINIS Disputationis.

CAP. XVII.

THESES *Job, Forbesij cum Notis  
Job. Baazij.*

1. **C**redimus unum esse Deum, eumq; æternum, simplici-  
simum, omnipotentem, infinitum, perfectè  
justum, 1. Cor. 8: 6, 1. Tim. 2: 5.
2. *In hunc Deum solummodo credimus, & ab omnibus  
credendum confidimus, & firmiter tenemus, Exod. 20: 3.*  
Nota Gentiles dicuntur Eph. 1: 12. esse sine Deo. Quomodo illi  
credant vero Deo, Trino ac Uno?
3. *Hujus unicum verum Deum, licet quædam seu essentiâ  
simplicissimum; triplici tamen τριπλοσον seu personarum  
distinctione cognoscendum, adorandum & colendum  
credimus, Mat. 3: 16 & 17. Patris scilicet, & Filij & Spi-  
ritus S.*
4. *Patrem ut fontem actionum omnium, tum ad intra,  
tum ad extra (adde divinarum) cognoscimus, Filium  
licet ex patre, ei tamen ἰσούστων coæternum & æqualem.*  
*Job 1: 4: 9 & 10. Ps. 2: 6. Heb. 9: 14.*  
Nota, Processionem Spiritu S. tacet auctor.
5. *Hujus Dei Opt. Max. voluntatem liberrimè & san-  
ctissime & justissime semper agentem, Rerum & actionum  
omnium*

omnium primam & principalem causam esse credimus & confitemur. <sup>a</sup> *Eph. 1: 11.*

Nota a. Quia hoc testimonium loquitur de Prædestinatione, quam auctor vult liberrimam esse actionem Dei, idè adderet meritò, quod Apostolus addidit, sc. Omnia in Christo, ut innotesceret prædestinationem esse ordinariam in Christi merito, fide apprehendendo factam, non verò absolutam esse Dei actionem.

*Ανομιαν in rebus seu Creaturis & actionibus, non à Dei voluntate, sed ab ipsarum Creaturarum; vel se se spontè & voluntariè depravantium, vel etiam sua culpà depravatarum, corruptione procedere Gen. 50: 20. adeò ut distinguendo inter actionem seu factum, & ανομιαν in facto, Deum rectè & absq; blasphemia omniū actionum auctorem credimus, cum in illo vivamus, moveamur & simus Act. 17: 28. & cum ex eo, & per eum, & in ipso sint omnia Rom. 11: 26.*

a. Deus est auctor actionum divinarum, quia hæ respiciunt perfectionem & naturæ conservationem: Sed *ανομία* tendit ad imperfectionem & interitum; quare ipsa non fit à Deo creatore, sed ab homine peccatore, naturam perfectam destruente.

Hanc Dei voluntatem liberrimè & justissimè agentem, sequitur hujus placitum, seu propositum *εὐδοκία τῆς Ἰεληματῶν αὐτῶν*, qua sive referatur ad Dei Decretum de quorundam prædestinatione ad vitam: Sive ad <sup>a</sup> Decretum de quorundam reprobatione ad mortem: sive ad utriusq; executionem & *δουρα* seu beneplacitum dicitur, *Mat. 11: 26*, ut intelligamus Deum qui quid vult bene velle, & quicquid exequitur, secundum hanc ipsius voluntatem, optime fieri, etiam quod quibusdam *media salutis* <sup>b</sup> negat, ut loco citato.

a. Falsò & sine S. Scriptura vocatur Decretum reprobationis: factò enim ordinario Decreto de salute filiorum Dei, à quo excludunt se omnes infideles; satis constat hos in infidelitate ad finem perseverantes, etiam sine novo Decreto esse damnatos, sicut Christus ait *Joh. 3*. Qui non credit in Filium, jam judicatus est.

b. Falsum est, Deum negare aliquibus media salutis: Nam, repetita

est aliquoties vocatio universalis, eaq; efficax ad conversionem impiorum, teste Scriptura. Quod impij resistunt vocationi ordinariæ, id Deus non erit imputandum.

8.

*Hoc voluntatis Dei beneplacitum, omnium adionantis causa statuitur Eph. 1: 12, idq; firmiter credimus: Secundum hoc propositum prædestinantur quidam ad salutem, & alij ad condemnationem Eph. 1: 12, Judæ v. 4. Rom. 8: 20, Prov. 16: 4. 1. Thess. 5: 9, AB. 13: 48.*

a. Falsò citatur Scriptura de reprobatione absoluta, quam Textus allegati non probant, quin potius Judæ Textus vocat impios condemnatos *απορροφούμενοι* h. e. juxta S. Scripturam (non absolute) judicatos: nec posuit nos Deus ad iram: 1. Theil. 5: 9.

9.

*Hujus prædestinationis quorundam ad salutem, causa omnes (ordinem præscribentes) in Deo ipso sunt: Eph. 1: 4, 5, 6. Rom. 9: 11, 15, 16. Observandum est illud quod dicatur nos elegisse in seipso & Eph. 1: 4, & nos prædestinasse per Jesum in ipsum, secundum beneplacitum voluntatis ipsius v. 5, & in executione hujus Decreti, quod dicitur nobis manifestare mysteriū voluntatis ipsius, secundum beneplacitū ipsius v. 9, ad eò ut non in homine, sed in ipso invenerit Deus causas efficientes & impulsivas sua gratia.*

a. Nota. Hic describitur prædestinatio ordinaria, facta ex gratiâ Dei Eph. 1: 4. in adoptionem filiorum per Jesum Christum v. 5. ejusq; angvinem v. 7. ad percipiendam remissionem peccatorum fide, juxta revelatum mysterium Evangelij v. 9. licet auctor velit prædestinationem esse factam absolute.

10.

*Contra hunc fidei articulum nihil facte neq; promissionum, neq; vocationis b universalitatis, cum esse Christo, multi sine vocati, c pauci verd Ele& Mat 20: 16, & 22, 146 Deinde ad Judæos pertinebant d promissiones, & nihilominus rej: Etos esse confirmat Apostolus Rom 9: 4. attamen Dei veritatem in promissionibus suctur distinctione seminis ut sciamus c universalitatem promissionum non tollere prædestinationem Dei.*

a. Est fidei articulus de Electione fidelium (Credo vitam æternam) non de reprobatione relliquorum, qui articulos fidei impugnant.

b. Or-

b. Ordinata non sunt sibi contraria; Non elegit Deus ordini repugnantes; sed vocatos, justificatos Rom. 8:30. Etiam dixit supra Apostolus Eph. 1:9. Deum in Decreto Electionis considerasse revelandum mysterium Evangelij, quod continet vocationem universalem.

c. Auctor 1. Abutitur dicto Christi ad terrorem, non consolationem piorum. 2. Vocatio temporalis ingreditur Electionis ordinationem.

3. est πολυζητησις querere quot & cur sint Electi? Illud est illicium. 4. proponente Christo Luc. 13:24. Hoc definit S. Scriptura. 4. Divera est causa vocationis & Electionis: Illa est universalis ad percipiendam fidem & salutem: Hæc est ordinata ad hæredes vitæ æternæ, ut sciant fideles ac Salvandi neminem rapere illos de manu Dei.

d. Promissiones Judæis datæ erant duplices, Legales, de bono seculari, & Evange icæ de Messia. 2. Has dū respuerunt Judæi, justè rejecti sunt.

e. Falsò opponuntur Dei promissiones Decreto prædestinationis, quia revelatio Evangelij quod continet promissiones, incuditur illo Decreto.

*Præterea de Dei Electione non judicandum ex dispensatione mysterij voluntatū suæ externæ, in qua plene se demonstrat Deus cupidum salutis mundi totius; sed ab efficacia dispensationis in ijs, quibus facta est promissio, teste Apostolo 1. Thess. 4. & 5. nec de eo discernendum secundum meritum mortis Christi, quod sufficiens est, ex se, ad mundos infinitos servandos; Sed secundum applicationem Job. 6: 51. 54. & hanc explicationem (qua est per fidem Eph. 4: 17) non esse in nostro arbitrio, aut à nostra voluntate pendere potest Job. 6: 44. 55. Eph. 2: 8. Sed à Dei prædestinatione Act. 13: 48. Ph. 2: 13. Rom. 9: 16;*

a. 1. Falsò excluditur ab ordinaria Electione prædicatio externa Evangelij, quod est potentia Dei ad salutem omni credenti Rom. 1:16. 2. Apostolus jubet probandam esse fidem & salutem ex Evangelio, Rom. 10: 9. 2. Cor. 13: 5. 2. Tim. 1: 12.

b. De efficacia dispensationis in alijs, h. e. de occultis nõ judicat Ecclesia.

c. 1. Servandus est ordo salutis, & applicatio meriti Christi retinebitur fide, sic servatur salus. 2. Non judicetur de Electione à priori, quia omnis voluntas Dei de nostra salute est in Evangelio revelata, Act. 20: 27. sed à posteriori, juxta definitum à Deo ordinem salutis, certi erimus de nostra salute. 3. Postquam sumus vocati & justificati dicimur συνεργεταί spiritus, ut firmam faciamus nostram electionem 2. Pet. 1:10.

*Invitationes Christi, Dei, Mat. 11: 28. Es. 55: 1. non sunt universales: sed ad quæratos & scientes directæ.*



2. 1. Omnes revera sunt onerati peccatis, & egent gratia Dei: Ergo omnes invitantur. 2. Quod non omnes sentiant se oneratos, nec hiant gratiam Dei, quippe poculo Sathanæ inebriati, ideoq; nec veniunt vocati; id est ipsa est illorum, qui se libere patiuntur seduci, non autem erit ea culpa vocantis.

13. *Mortuum quoq; Christum, non pro omnibus, patet ex Joh. 17: 2. 9. 12. & Joh. 10: 16.*

a. Falsò allegantur hi Textus qui loquuntur de infidelitate Judæorum, non merito Christi: illorum incredulitas nihil detrahit sufficientissimo merito Christi.

14. *Quod Deus & ordinavit quosdam ad interitum, & creavit ad exitum aliquos, patet Jud. 9. & Prov. 16: 4.*

a. 1. Mera calumpnia: Homines pereunt non ordine, sed *ut sic dicitur* 2. Judas loquitur de impijs antiquitus condemnatis, juxta Scripturam, non de presentibus vel futuris. 3. Illorum damnatio non pertinet ad Decretum Dei, sed ad præscriptum Prophetarum. Deus non creat, sed sustentat impium, dâns locum penitentia; antequam impenitens ad exitum præcipitur. Hoc enim modo Deus regit mundum, seu operatur, teste Christo Joh. 5: 17.

15. *Credimus Deum ex nihilo creasse omnia Heb. 11, 13. & omnia à Deo creata fuisse bona.*

16. *Hominem credimus creatum à Deo perfectè justum, ad Dei ipsius imaginem, sed cum voluntate libera.*

17. *Credimus hominem sua voluntate relictum, lapsu voluntario introduxisse & peccatum & mortem in mundum: peccatumq; mortemq; pervasisse omnes homines in ipso Adamo in quo omnes peccavimus, Rom. 5: 12. in quo res Typus Christi fuit Adamus, licet dissimilium & contrariorum effectuum v. 14. ad finem. Itaq; hinc manifestum est Deum Adamo in ipsius lapsu ejusq; effectibus usum esse ad manifestandum Decretum & propositum ipsius æternum de introducendo per Jesum Christum æternam justitiã & vitam, proposito Adamo tanquam typo, in ipsius lapsu: unde & Christus secundus Adam dicitur Rom. 5: 14. 18. 19. 1. Cor. 15: 21. 45.*

a. 1. Adam erat creatus perfectus in suo genere ad laudem Dei, non verò erat umbratilis & typicus. 2. Calumpnia est dicere Deum fuisse usum

sum lapsu Adami ad manifestationem suae iustitiae, & aeterni Decreti executionem.

*Credimus hujus Decreti executionem consistere partim in<sup>a</sup> incarnatione Filij Dei, ejus morte, resurrectione, ascensione & b exaltatione ad dextram Patris; partim in<sup>c</sup> vocatione, justificatione & glorificatione Electorum, pro quibus d solis mortuus est, Epb. 1:9, 1. Pet. 1: 10. Roman. 8: 23.*

18

a. 1. Fingitur Decretum absolute factum. 2. Meritum Christi, sic etiam incarnatio Filij Dei ingreditur ordinationem Decreti Electionis, non solum executionem. 3. Haec incarnatio facta in tempore, declarat aeternum Decretum fuisse ordinarium in Christo factum. qui occisus est ab origine mundi Apoc. 13:8. nec est in aliquo alio filius. Act. 4:12.

b. Exaltatio Christi ita nominatur hic, quasi facta esset secundum divinam naturam, quod falsum est.

c. Vocatio fidelium & Electorum in tempore facta, fuit praecognita in aeterno Decreto, quare ipsa cum revelatione Evangelij ingreditur ordinationem, non tantum executionem Decreti; Siquidem fideles dicuntur **ELI ETI IN FIDE VERITATIS**, ad quam vocantur per Evangelium in acquisitionem gloriae 2. Theß. 2: 14.

d. Falsum est contra Scripturam 1. Tim. 2: 6. 2. Cor 5: 15. 1. Joh. 2: 2.

*Credimus secundam Trinitatis personam assumpsisse veram humanam naturam ex substantia virginis Mariae, licet non humano more, sed virtute & operatione spiritus Sancti & hanc humanitatem in omnibus (excepto peccato) nobis firmam fuisse, assumptamq; esse<sup>a</sup> in λόγῳ ἰ. e. Filio Dei, in unitate personae, ut nullam habeat nisi in λόγῳ subsistentiam, Joh. 1: 14. Heb. 2: 11. Luc. 1: 35. Heb. 4: 15. 1. Cor. 8: 6. 1. Tim. 2: 5.*

19

a. ὕπαιθεον occultat phrasim (in λόγῳ) quasi humana Christi natura non esset vere assumpta à λόγῳ, ut unio naturarum facta esset realiter personalis: Sed quasi humanitas Christi subsisteret potissimum in suis proprietatibus solis naturalibus, licet diceretur in λόγῳ suas operari actiones. Quod ὕπαιθεον sequens explicatio ostendit.

*Hanc unionem divinae & humanae naturae factam esse credimus ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀχρεῖσως καὶ ἀδιαίρετως, ἰ. e. absq; ulla naturarum mixtione seu confusione.*

20

absq̄ ulla natura unius in alteram conversione, & ita ut separari non possit una ab altera, aut ullo modo dividi. Mar. 13:32. Job. 4:5. & 5:77. & 11:33. Rom. 8:3. Ph. 2:6. Rom. 1:3. 1. Pet. 3:18. Mat. 3:17. & 12:25. Job. 1:47.

31. Itaq̄ credimus in Christum θεαντροπον i. e. Deum & hominem, qui tamen unus est Christus, quem adoramus, quem mortuum esse pro nobis, resurrexisse, ascendisse supra omnes caelos, sedere ad dextram Majestatis in excelsis, & pro nobis intercedere fatemur.

32. Credimus manentibus hisce duobus naturis ab invicem distinctis, tum quoad φύσιν i. e. naturam, tum quoad naturarum proprietates, etiam quoad operationes: ita ut ad omne ἀποτέλεσμα i. e. opus perfectum nostra salvati in serviens, producendum semper conjungantur, adeo ut neq̄ Divinitas esuriant, moriatur, resurgat, ascendat, glorificetur; neq̄ humanitas sit omniscia, omnipotens, infinita, invisibilis, ubiq̄ praesens; etiam si σωματικῶς i. e. corporaliter inhabitet tota plenitudo Deitatis. Nam post unionem personalem humanitas Christi semper habebat inhabitantem Deitatem, semperq̄ fuit & est & erit Deitatis Tabernaculum, teste Apostolo 2. Cor. 5: 19. Deus erat in Christo cum moreretur, reconcilians sibi mundum: Nihilominus neq̄ hac unio, nec per unionem inhabitatio Deitatis, nec hac Dei in Christo praesentia (NB. definit unionem personalem per PRÆSENTIAM DEITATIS in Christo) aut humanitatem reddidit omnipotentem, aut infinitam, aut impossibilem, ut testatur Historia Evangelij, aut Deitatem obnoxiam infirmitatibus humana natura: Ratio est, quia hac unio non erat in essentia seu natura, sed in persona λόγῳ seu Filij Dei; ided per hanc unionem communicari non poterant proprietates essentiales, sed personales;

a. 1. Manent quidem naturæ Christi suis proprietatibus distinctæ, non tamen divisim operantes aliàs non esset unio personalis naturarum, quæ producer unum *ὑποκρίμα*. 2. Mori pro mundi vita est ἀποτέλεσμα mediatoris, quod produxit tota persona Christi, non solus Filius hominis: Etiam regere Ecclesiam omnipresentes, & facere iudicium universale, sunt officia mediatoris *ἑαυτοῦ πρὸς* non solum Filij Dei.

b. 1. Non est *πυπότης* naturarum, ut quia humanitas Christi melioratur in *λόγῳ* fiat inde infinita: Nam melioratur propter operationem in officio mediatoris, cum inq; *λόγῳ* perficiendam; non propter infinitam solitariam subsistentiam. 2. Operationes Christi mediatoris non sunt divise, ut actio dicatur & sit unius naturæ: Sed actiones & passionis sunt totius compositi.

c. Calumnia est, quasi nos faceremus humanitatem Christi omnipotentem, veluti per se subsistentem.

d. 1. Dicit personales proprietates communicari, quas vellet illas esse. Unde illæ dependeant, si non à vera naturarum proprietate? 2. Fabula est dicere naturas Christi conjunctim operari absq; proprietatum communicatione, quod demonstravi in Aana. Miscel. quest. 7. th. 105.

*Nam sicut unio Patris, Filij & Spiritus S. in unitatem naturæ & essentia, efficit ut eadem sint omnium trium personarum proprietates essentielles, manentibus interea proprietatibus personarum propter personarum distinctionem incommunicabilibus: Neq; enim digni Patri, neq; gignere Filio tribui potest: Ita unio personalis humanitatis cum divinitate, personales & proprietates reddit eadem, manentibus interea proprietatibus essentialibus incommunicabilibus propter essentialium seu naturarum distinctionem.*

a. 1. Non quadrat simile: Divinitas est simplicissima carens partibus: Sed Filius Dei incarnatus constat duabus distinctis naturis. 2. Unio duarum naturarum in Christo est mysterium, etiam Angelis admirabile, testibus Apost. 1. Tim. 3: 16. 1. Pet. 1: 12. sola fide ex revelato verbo percipiendum; quomodo intelligatur aliquo simili aut discursu naturæ? 3. Negata communicatione idiomatum in persona Christi, negatur ipsa unio naturarum, quæ hanc Communicationem requirit juxta S. Scripturam.

b. Fucus est in verbis: nominantur effecta personæ, non personales proprietates. Sunt quidem propria effecta personæ Christi, quæ nullus præter ipsum præstare potest; non inde sequitur esse alias personales Christi proprietates præter naturarum ejus essentielles.

24. Præterea cum extra controversiam sit, quod omnis *ἐνεργεια* seu efficacia vel efficax operatio *φύσει ἢ ε. natu. ram* sequitur (adde naturaliter, sed in Christo est mysterium) patet evidenter non posse communicari humanitati Christi divinitatis operationes seu *ἐνεργείας*, nisi ipsa natura prius<sup>a</sup> communicetur, quod nemo sanctorum iudicij audebit affirmare factum esse.

- a. 1. Licet sit facta realis unio, non tamen mixtio naturarum.  
2. Non est idem in Christo uniri & communicari: Nam unio est propter naturas & personæ mediatoris subsistentiam; Sed communicatio est propter *δοξολογία* e. officium Messie perficiendum.

25. Hunc filium Dei jam incarnatum credimus unicum, fuisse à Deo in Regem, Sacerdotem & Prophetam, ut solus Ecclesiam regat, redimat & doceat, ad id ut is solus sit Ecclesia Dominus, solus sit peccatorum explator, solusq; Doctor Ecclesie, cujus vox sola audienda est Act. 2: 36 & 3: 22. Psal. 2: 6, & 110: 4. Heb. 3: 6. & 4: 14. & 5: 5. Mat. 17: 5.

26. Hoc Regnum Christi credimus non esse ex hoc mundo, sed spirituale, & administrari verbo & Spiritu S. Christum unica oblatione sui ipsius semel factâ nec unquam iterandâ, nobis æternam redemptionem promeruisse, & hac unica oblatione consecrassse eos qui sanctificantur, idq; in æternum credimus. Heb. 9: 12. & 10: 10. & c.

- a. Est Regimen Christi nobis præsentissimi, juxta promissiones Matth. 28: 20. Joh. 14: 18.

27. Hinc colligimus nullum aliud esse Sacrificium propitiatorium, præter illud Christi à seipso semel in cruce peractum. Incruentum enim Sacrificij oblationem ad peccata explanda, commentum esse humanum, seu potius Antichristianum (cum constet ex Scriptura absq; sanguine nullam esse remissionem) credimus Heb. 9: 22. Secundò hinc etiam cum Scriptura credimus eos, qui semel sunt par-

accipit meritū mortis Christi ex gratia Dei, nunquam posse  
 a excidere, quia redemptio quam morte sua obtinuit Christi  
 sua est b aeterna; & quia quos hac sua oblatione semel san-  
 ctificat, in aeternum sanctificat. Job. 10:28. Rom. 11:29.

a. Contrarium testantur Apostoli: Heb. 6 scribitur reprobos qui in  
 peccatis se induraverunt, fuisse illuminatos, & gustasse donum caeleste,  
 & participes factos Spiritus S. 2. Pet. 2. qui implicantur peccatis, ut po-  
 steriora fiant deteriora prioribus, hi scribuntur cognovisse viam justitiae.

b 1. Aeterna dicitur redemptio Heb. 9:12. ratione perfectionis &  
 sufficientiae, in comperatione cum sacrificijs Mosaicis; non vero ratio-  
 ne participationis fidelium, quasi hi ab aeterno participassent de Christi  
 satisfactione. 2. Non jubemur querere nostram Electionem in aeterno  
 Dei decreto, sed in revelato verbo nobis praedicato.

Christi vocem solam audiendam in omnibus quae ad 29.  
 Dei cultum & nostram salutem pertinent credimus, quia  
 nemo novit Filium nisi Pater, & nemo Patrem novit nisi  
 Filius, & cui voluerit revelare Matt. 11:27. quia illius  
 solum oves sumus, Job. 10:27. quia ita Pater jussit Deu-  
 ter 18:15. Mat. 17:5. quia veritas per illum solum Job. 1:17.

Christum resurrexisse a mortuis credimus ad justifi- 30.  
 cationem nostram, & ascendisse in caelum ut interpellat pro  
 nobis, & ascendendo verè & realiter locum mutasse a se-  
 cundum humanitatem; alioqui quomodo confiterer illud  
 Christum Job. 13:8. & 14:2. & 16:5. & 17:11. & si locum  
 non mutavit, quomodo intelligenda Pauli exhortatio Col-  
 los. 3:1. & illud Phil. 3:1; Eph. 4:8.9.

a. 1. ἵκελμα est; quasi nos Evangelici dicamus Christum in  
 ascensione non mutasse locum secundum humanitatem. 2. Terminus  
 ad quem ascendit Christus, non fuit locus, sed τὸ ἕψθ Eph. 4:8. seu  
 dextra Majestatis Dei, siquidem Christus supra omnes caelos elevatus est  
 v. 10. De hoc Majestatico Regimine Christi exaltati quaestio est, non de  
 modo ascensionis.

illa omnium impletio Eph. 4:10. manifestè ex isto lo- 31.  
 co intelligitur, non de impletione a corporali, sed de reple-  
 tione membrorum b donis Spiritus S. & Prædicationes illa  
 de concreto, Ego sum vobiscum Matth. 28:20, & hujus-  
 modi,

*modi, cum de persona Christi dicantur, simul in utraq; natura considerata, nihil huius veritati obfistunt, cum intelligenda sint de c<sup>a</sup> altera tantum natura. atque sequeretur ex locis supra citatis Christum d<sup>o</sup> secundum Deitatem non esse semper nobiscum.*

a. Allingitur Evangelicis dogma localis impletionis, quasi docerent omnipresentem esse Christi humanitatem per extensionem carnis;

b. 1. Apostolus Eph. 4. loquitur de Regimine Christi exaltati, per quod dedit Apostolus, Prophetas, in Constitutionem Ecclesie. 2. Contra Apostolum explicatur Christi Regimen de bonis Spiritus S. 3. Christus regit ita suos omnipresentes, ut vivat in eis. al. 2. 20. & habitat in cordibus illorum, Eph. 3. 17. c. 1. Regere Ecclesiam omnipresentes, est officium mediatoris, non unius nature tantum. 2. Non fingatur Deitas Christi subsistere extra assumptam carnem.

d. Falsa illatio, vide Anal. Miscel. quest. 9. Th. 178.

32. *Injuriam ergo Christo faciunt, qui istas predicationes de eolo concreto non referunt ad illam<sup>a</sup> naturam, de qua intelligenda sunt; quia sic Deitas in Scripturis efficitur obnoxia infirmitatibus humanis & humanitas<sup>b</sup> commutabitur in Deitatem, ut illud Psal. 45: 7. & Job. 3: 34. de unctione Christi, si non ad humanitatem solam referatur, sequitur Deitatem in Christo non fuisse<sup>c</sup> perfectam. Et illud Christi Job. 8: 58. si non ad Deitatem referatur, sequetur<sup>d</sup> humanitatem Christi Abrahamo antiquiorem fuisse, quod sunt infinita in S. Scriptura.*

a. 1. Propositiones de officio Christi non predicantur de una eius natura, quia officium perficit tota eius persona; sic etiam sunt intelligenda. 2. Injuria fit Christo per correctionem verborum ejus, non per simplicem ascensum prolate veritatis, ex qua debet fides salifica extrui, credere non est intelligere.

b. Falsum est fieri commutationem naturarum Physicam; quia unio personalis est mysterialis.

c. Licet Deitas Christi fuerit ab eterno perfecta; tamen non erat disposita ad peragendum officium mediatoris, ante incarnationem & unctionem spiritus.

d. Christus loquitur cum Judaeis Joh. 8. de sua persona, non sola humanitate; eratq; predictus homo. Christus in paradiso. Gen. 3.

33. *Credimus Christum sedere ad dextram Dei, seu majestatis in<sup>a</sup> ex<sup>a</sup> celsi, seu super caelestibus Ezech. 1, 20. Ps. 110: 1, Heb. 8: 1.*

a. Ex-

a. Excellētia & super cœlestia non sunt localia, sed indicant Thronum  
majestatis Dei, seu absolutam potentiam dextrae Dei, non vero locum, ut  
infra probatur Th. 35.

Hanc dexteram <sup>a</sup> non intelligendam esse de ubiq; pra- 34.  
senti Dei potentia, à differentijs qua huic dextra attri-  
buuntur eâ ad discernendâ aperte constat, Primò appella-  
tur dextra majestatis, quod de Deo dicitur, quandoquidē  
se insalis coram Angelis in summa majestate patefacit, cum  
nos teste Apostolo, ejus gloriam & <sup>b</sup> majestatem hîc non  
habemus nobis expositam, nisi in speculo & anigmate I. Co-  
rinth. 13: 12, sed reservatum esse nobis aspectum illum glo-  
riosum ad tempus, quo in ipso glorificabimur. Non enim ea-  
dem modo suam majestatem manifestavit Deus in aërio,  
in sancto, quo in sancto sanctorum, itaq; licet una & ea-  
dem sit Dei potentia, & ubiq; praesens, non tamen ubiq; eo-  
dem modo & in eadem <sup>c</sup> mensura exerit, aut patefacit  
seipsam, atque frustra precaretur Apostolus Eph. 1: 19, ut  
nobis daretur scire qua sis illa superabundans magnitudo  
potentia Dei in nos, qui credimus.

a. Quomodo dividatur Dextra Dei, quae est unica indivisa omnipo-  
tentia & omnipraesentia?

b. Annon sufficiat nobis hîc enigmatica declaratio divinae Majesta-  
tis. Nonne haec declaratio notet, veram indivisam majestatem Dei?

c. 1. Metiri omnipraesentiam non decet. 2. Modus regendi nihil  
obstat omnipraesenti Regimini Christi. 3. Revelata cognitio Dei non  
differt specie à revelanda in ca' o.

Secundò appellatur Dextra majestatis <sup>a</sup> in excelsis, 35.  
ad eâ distingvendâ ab eadē potestate in inferioribus lo-  
cis. Nam Ps. 8. dicit Propheta, licet magnum sit Dei nomen  
& excellens in universo mundo, gloriâ tamē supra caelos col-  
locavit. Tertiò appellatur Dextra Dei in <sup>b</sup> supercaelestib.  
distingvendo eâ à Dei praesentia in ipsi caelis, i. e. orbibus  
caelestib., ut intelligamus Christū ascendisse secundū huma-  
nitatē ad Dei dextrâ, <sup>d</sup> prout se manifestat supra omnes  
res creatas; ubi longè clariùs se exerit, quā in ulla creatura.



Edicō aperitē affirmatur Eph. 4:10. Christum longē supra omnes caelos ascendisse. c. aliter enim Dei potentia est in ipso Deo, ubi habitat in luce illa inaccessa, quā in omnibus creaturis & secundum hanc veritatem dicit Apostolus oportere ut cœli eum f. contineant, ut q̄ ad tempus restitutionis omnium Act. 7:21.

a. ὑψηλός dicitur altus, inde Metaphoricē est affectare sublimis, hoc nullum locum notat.

b. ἰσογυῖς est vox hymonima etiam Philosophis. Hippocrati est aër, sic etiam Scripturæ Mat. 6:26. Platoni in Timæo est κορυβός; vocat scriptura sic cœlum stellatum Gen. 1:15. Aristoteles vocat ita palatum, propter rotunditatem. Hinc patet non colligi ex his vocibus localitatem Christi in excelsis. 2. Cœlum Beatorum non definitur locus, sed visio Dei Joh. 3:5. & gloria quam oculus non vidit Es. 64:4. 1. Cor. 2:9. 3. Antiqui patres definiunt sessionem Christi ad dextram Dei in cœlis plenitudinem dominationis, honoris & gloriæ, vide Tom 1. Disp. Giesl. pag. 129. 4. Quomodo impleat Christus promissionem suam Mat. 28:20. aut quomodo habitat in cordibus per fidem, si loco cœlesti includatur?

c. Præsentiam Dei requiri in orbibus cœlestibus est opinio Ethnicorum.

d. Dupliciter peccat thesis, tum quia definit sessionem Christi ad dextram Dei per manifestationem (non Regimen) claritatis ejus; tum quia dicit hanc manifestationē fieri supra res creatas, quasi indigeat Christus in cœlis peculiari manifestatione, ut ejus Majestas dicatur finita.

e. Impiè mensuratur potentia Dei in ipso Deo, cum ipse sit sua omnipotentia.

f. Est falsa translatio: lege συνεπιθειν Textus, & confer cum verbis Christi Mat. 25:31. ubi is dicitur sedere supra sedem majestatis suæ, cum venerit visibiliter ad judicandum; tantum abest ut sedes Majestatis notes inclusionem Christi in loco cœlesti.

36.

Sed ut concedamus dextram Dei esse hanc ubiq̄ præsentem Dei potentiam, nihil inde sequetur ad probandam humanitatis Christi a omnipresentiam: nam sequeretur etiam ubiq̄ præsentem futuros nos post glorificationem quia ad Dei dextram exaltabimur. Vult enim Christus ut simus cum eo, c. ubi ille est, Job. 17:24. & d. eandem gloriam, quam dedit illi Pater, nobis dedit, v. 22. secundum illud Christi Apoc. 3:21. qui viceris dabo ei sedere in c. Throno meo, quemadmodū ego vici, & sedeo in Throno Patris mei.

a. Fingitur Evangelicos facere humanitatem Christi omnipresentem. Vide Th. 22. & 31.

b. Calumnia est contra Scripturam Heb. 1: 13.

c. 1. Quia dextra Dei non est locus, nequit illa ubietas sive τὸ πρὸς fidelium esse dextra Dei. 2. Rogat Christus fideles secum futuros, ut VI-DEANT ejus claritatem; indeq; perpetuo fruantur gaudio. Hæc societas incipit in hoc mundo Luc. 17: 21. Col. 3: 3. & perficitur in cælo; licet Beati non eleventur in Thronum dextræ Dei.

d. Δόξα non tantum significat gloriam & exultationem, sed etiam dogma & sententiam, non infinitam Majestatem. Sic docuit Christus Apostolos veritatem gloriæ suæ, quam credendo viderunt Joh. 1: 14.

e. Thronus Christi est acquisita gloria; ad quam fideles, suorum hostium victores, admittantur: Sed Thronus Dei est ipsa infinita omnipresentia, in quo Patris Throno solus Christus sedebit. Differunt hi Throni; quia Patris est immensus; & infinitus: Throni Christi sunt plures Matth. 19: 28. Apoc. 4: 4. parati Matth. 25: 34. finiti in paradizo Luc. 23: 43.

*Sed ut finem huic articulo imponamus, considerandum est quod de Christo sacerdote superius diximus ex Epist. Hebr. præcipue Cap. 8. ubi affirmatur consistere Sacerdotium in his duobus: quod hujusmodi habeamus Sacerdotem summum qui consedit ad dextram Throni Majestatis illius in cælis, & quod sit sanctuarij minister, ac Tabernaculi illius veri, quod fuit Deus non homo. Deinde verò 3. ostendit quorsum præcipua nostra consolatio sit in eo, quod veri Tabernaculi, quod fixit Deus, i.e. corporis sui ipsius minister sit, quia sc. non habuisset alioquin quod in Sacrificium oblatisset Patri v. 4. reddere rationem illius, cur consolatio nostra præcipue consistat in eo, quod sedeat Christus ad dextram Dei in Cælis, quia si in terris esset, non esset Sacerdos. Hinc duo consequuntur: 1. Oportere per sessionem ad dextram Dei intelligi hujusmodi Christi exaltationem, quâ penitus secundum humanitatem à terris auferetur. 2. Prout qui Christi humanitatem tollunt, materiâ sacrificij pro peccatis nostris offerendi Christum spoliant: ita qui in terris eum esse volunt secundum humanitatem, eum suo Sacerdotio*

*privant atq; ita seipfos merito mortis & intercessionis ejus*

a. Falsatur Textus. Tabernaculum est Ecclesia, ut explicatur Apo- cal. 21: 3. non enim servit sibi Christus moriendo, sed Ecclesia.

b. Adhuc falsatur Textus, nam comparat Christum Sacerdotem in dextra Dei regnantem cum Sacerdotibus Levit. tantum in terrâ mini- strantibus. Majestatem Christi ita describit *ἐκ δεξιῶν ἐν δεξιά* id est, sedit in Throno majestatis judicans (hoc non ex, sed includit regimen Christi in terris) dicebantur iudices *καθ' ἑαυτῶν* (teste Demosthene) dum sederunt ad judicandum.

c. Calumniatur oblique, Evangelicos tollere Christi humanitatem dum affirmant ex Scriptura factam ipsi communicationem idiomatum divinatorum.

d. 1. Textus non loquitur de separatis Christi naturis, ut hic auctor. 2. Sacerdotium est officium persona Christi, non unius natura. 3. Chri- stus non est tantum sacerdos, sed Rex & omnipræsens defensor suæ Ec- clesie.

38. *Credimus Christum rursus venturum in gloria ad ju- dicandum vivos & mortuos; Heb. 9: 28. 2. Thess. 1: 6. & c.*

39. *Credimus Deam quoscunq; predestinavit per media ob ipso ordinata ad salutem perducere, qua sunt vocatio efficax & justificatio, & tandem glorificatio. Rom. 8: 30.*

40. *Vocatio consistit in fœderis<sup>a</sup> revelatione, eju<sup>s</sup>q; in cordibus obfignatione, Eph. 1: 9. Coll. 1: 5. 2. Tim. 1: 10. Rom. 10: 17. 2. Cor. 5: 5. 1. Job. 2: 20. & 3: 9. Rom. 8: 14. Revelatio fœderis est per Dei verbum, eju<sup>s</sup>q; practica- tionem Roman 1: 16. & 10: 14.*

a. Vide supra Th. 13. a. c.

41. *Verbum Dei agnosceimus quicquid in libris V. & N. T. (Apocryphos rejicimus) continetur. Aliud nihil, licet à sanctissimis viris procedat, cum constet nullum verbum esse divinitus inspiratum, præter verbum, quod hisce Libris continetur. Et propterea nullius hominis, præterquam Pro- phetarum & Apostolorum scripta in ministerio verbi publi- ce<sup>a</sup> usurpanda censemus. Eph. 2: 20. 2. Tim. 3: 6. 2. Pet. 3: 2.*

a. Libri Apocryphi non carent suo fructu, quare non erunt pro- fus rejiciendi.

*Obfignatio fit per internam spiritus operationem & le- gisti*

*glestnam Sacramentorum usurpationē. Eph. 1:12. Rom. 4:11.* 42.

*Credimus<sup>a</sup> efficacem ejus vocationem nunquam esse absq̃ Spiritu S. donatione 2. Cor. 1:3:5. 1. Cor. 13. Rom. 8:9.* 43.

*a.* Calumnia est appel- are vocationem inefficacem. Est enim Evangelium potentia Dei efficax Rom. 1:16. Est S. ministerium efficax, per quod homines credunt. Joh. 17:20. Rom. 10:14. Est efficax absolutio peccatorum 3 ministris Eccl. collata, quæ valet in celo Mat. 18:18.

*Credimus<sup>a</sup> solis Electi 5 ijs omnibus in vocatione per præticationem verbi hanc efficaciam à Deo dari 1. Thess. 1:4. Act. 10:4. 5 In 16.* 44.

*a.* 1. Absoluta Electio nulla. Vide Th. 18. 2. Scriptura affirmat datam illis fuisse efficaciam conversionis, qui illa gratiâ postmodum excidunt: vid Th. 28.

*Sacramenta duo sunt, Baptismus 5 Cæna Domini.*

*Sacramenta addita sunt verbo, non propter verbi insufficientiam 5 impotentiam ad salutem (est enim (adde Evangelium & confer cum Th. 44.) teste apostolo Rom. 1:16 potentia Dei ad salutem omni credenti) sed propter nostram infirmitatem, quæ ad promissionem 5 gratiam Dei in verbo propositam, vobisq̃ datam confirmandam ordinata sunt. Neminem debere horum participem fieri, qui prius non sit in fœdere (falsum est infantem esse in fœdere Dei ante Baptismum, ut gratiam Dei habeant) 5 promissionem fide non amplexus fuerit, affirmamus. Sequuntur enim verbum (Nonne verbum inest Sacramentis: ipsa enim constant verbo institutionis; ideo rectè additur sine quo non sunt Sacramenta) non antecedunt; ideo dixit Christus Aposto- lls, cum eos mitteret ad prædicandum Evangelium a omni creatura, Quisquis crediderit 5 baptizatus fuerit, salvabitur, fidem (non illam auctorem sed per prædicationem perceptam) Baptismo præponens (adultiores erant in primitiva Ecclesia prius per verbum convertendi, quàm Baptizandi) 5 se-  
cun-*

45.  
46.

60. *mandatum hoc Christi mandatum Philippus missus à Deo ad  
 predicandum Evangelium Eunuchis Æthiopico, cum ab eo  
 peteret Eunuchus baptizari, & rogaret quid impediret  
 ipsum Baptismum? Respondit Philippus; si toto corde cre-  
 dideris (verbo lecto & prædicato) licet Act. 8: 37, &  
 Petrus Cornelium & familiam ipsius non nisi post acce-  
 ptum Spiritum S. per verbi prædicationem baptizavit,  
 Act. 10: 47. unde satis apparet, Sacramenta à Deo ordi-  
 nata non ad nos ad gratiam adducendos, sed ad gratiam  
 jam collatam, (undè confertur gratia ordinariè, nisi  
 per verbum & Baptismum?) obsequendam & augen-  
 dam. Quod etiam affirmat Apost. Rom. 4. in persona  
 Abrahami Patris omnium fidelium, quem receptum esse in  
 gratiam & justificatum coram Deo (nec nisi per fidem  
 ex promissione perceptam) ante circumcisionem ostendit,  
 & additum circumcisionis signum, ut sigillum esset ju-  
 stitiæ fidei, ante circumcisionem à Deo imputata; non au-  
 tem ad justitiam conferendam. Jam constat nos nullo alio  
 medio justificari, quam quo justificatus est Abrahamus  
 (sc. solâ gratiâ Dei in Messiam fundatâ) & idè sub-  
 jungit Apost. Rom. 4. scriptâ esse illam Historiam de justifi-  
 catione Abrahami, non propter illû solum sed propter nos.  
 47. Unde sequitur nostra sub N. T. Sacramenta, non in-  
 allum<sup>a</sup> finem ordinata esse, quam Sacramenta V. T. allo-  
 qui frustra diceret Apost. hanc Historiam<sup>b</sup> de justificato  
 Abrahamo ante circumcisionem, & additâ circumcissione,  
 ut esset sigillum gratiæ jam prius acceptæ, propter nos scri-  
 ptam esse. Hinc apparet Sacramenta non esse ad salutem  
 necessaria<sup>c</sup> absolutè, cum absq. ijs & ante ea coram Deo  
 justificari & remissionem peccatorum assequi<sup>d</sup> fideles ma-  
 nifestum sit. Idè non absentiam, sed contemptum & ne-  
 glectum Sacramentorum condemnare credimus,*

a. Differunt sacramenta utriusq; T. formaliter sc. oblatione meriti Messia, illis in typo, hic in corpore; licet consentiant finaliter, sc. in. confirmanda fide salvifica in Christum directa.

b. Apostolus adfert Historiam hanc, ut ostendat justificatum esse fidelem Abrahamum ex gratia promissionis, non ex operibus legis; itaq; describit circumcisionem ejus ut opus legis, non ut Sacramentum.

c. Christus dicit, qui non fuerit renatus ex aqua & spiritu, regnum celorum non ingredietur, annon erit salvandis ordinariè necessarium renasci?

d. At quomodo fiat homo fidelis, nisi renascatur per verbum & Sacramentum initiationis?

*Baptismus est Sacramentum<sup>a</sup> significans & obsignans<sup>48.</sup> promissionem remissionis peccatorum in sanguine Christi, & sepultura veteris hominis in morte Christi, & resurrectionis novi hominis in ipsius resurrectione, Rom 6:3. & seq.*

a. Forma Baptismi non est significare, sed conferre & obsignare justificationem Christi. Matth. 3:15. Gal. 3:27.

*Baptizandos esse fidelium infantes credimus, licet fidem ipsi demonstrare non possint, quia 1. Baptismi ἀναγκύια (rectius mandatum Christi Mar. 10:14.) ad circumcissionem id postulat. 2. Fœdus non minus cum filijs quam Patribus est factum; ero Deus tuus & seminis tui: ideo quicumq; ex fidelibus nati sunt parentibus in fœdere (adde, promissionis generalis, non confirmationis singularis) censendi sunt. 3. Apostolus affirmat ex altero parente fidelibus natos<sup>a</sup> sanctos esse, 1. Cor. 7:14. 4. Te-  
statur Apost. si primitia sancta sint, sanctam esse etiam Massam, & si<sup>b</sup> radix sancta fuerit, etiam ramos sanctos esse Rom. 11:16.*

a. Est fallacia 1. Cause, non affirmat Apost. liberos esse sanctos, qui ab altero parente fidei nascuntur; sed qui erant sanctificati in Christo Jesu; juxta inscriptionem Apostoli 1. Cor. 1:2. 2. Ignoracionis Elenchi. Opponit Apost. liberorum sanctitatem illorum immunditiei. Ex hac dicuntur *τίνα ἀνάδαγμα. Καθαρό* est purus, impermixtus, & sine scelere: Econtra *ἀνάδαγμα* est (purius & illegitimus. T) ibus liberis dum opponit liberos Corinthiorum ex conjugio puro & legitimo natos, patet Apostolum intelligere per vocem (Sancti) liberos Corinthiorum legitimos: Est equidem *ἀγίος* non solum sanctus, sed etiam  
N n n n pu-

parus. Hunc sensum ipse Textus dupliciter indicat: Uno modo, quia loquitur ibi Apost. de servando pure conjugio, non acquirendâ verâ iustitiâ ac sanctitate: Altero modo, dum subjungit allatis verbis rationem divortij propter desertionem ac infidelitatem.

b. Radix ibi significat Christum sanctificantem, non parentes: quare huc non spectat. Additur v. 18. Radix portat, quod Christo vel Ecclesiâ, non peccatoribus competit.

30. *Baptismum omnibus qui ejus participes fiunt, non conferre gratiam, nec obsequare promissionem aut scdum affirmamus. Nam quorum vocatio<sup>a</sup> non est efficax, ipsa Sacramenta efficacia esse non possunt: Et multorum vocationem inutilem esse affirmat Christus cum dicit, multi sunt vocati, <sup>b</sup> pauci Electi.*

a. Falsa præsumitur causa efficaciz, sc. absolutum Decretum, vide Th. 18. nec ulla vocatio inefficax. vide Th. 43.

b. 1. Nulla est Electio absoluta. 2. Christus ubiq; explicat hanc phrasin, ut pateat contemptum ordinis salutis à Deo definiti, esse causam paucitatis Electorum, non decretum Dei.

31. *Idem distinguit Apost. Rom. 8: 28: Inter vocationem ex Dei<sup>a</sup> proposito, & eam, que non est ex ipsius proposito. Nam vocatio ex proposito, teste Apost. Rom. 11: 29, & dona à Deo collata in<sup>b</sup> vocatione sunt à μετέμελλετα i. e. ejusmodi, ut ipsum eorum pœnitere non possit. Unde sequitur eum, qui gratiâ excludit, nunquam<sup>c</sup> verè participem factum fuisse gratiâ Christi enim participes facti sumus in vocatione nostra, ait Apost. Heb. 3: 14. si principium illud quo sustentamur, firmum tenuerimus ad finem usq;. Præterea Simon Magus à Philippo baptizatus, post Baptismum à Petro reprehenditur, quod ipse car non esset<sup>d</sup> rectum in Dei conspectu, & aperte affirmat adhuc eum fuisse in felle amaritudinis & vinculo injustitiæ Act. 8: 21. Quod fieri non potuisset, si Baptismus<sup>e</sup> realitèr conferret remissionem peccatorum, gratiam & vitam æternam.*

a. 1. Affingitur Textui distinctio, que non est: Recitatur simpliciter ordo Electionis, & salutis, sc. propositum Dei, prædestinatio, vocatio, justificatio, glorificatio. 2. Nullibi definitur vocatio absq; proposito Dei, nec aliquis talem administrat. Commendatur Apostolis vocatio

universis, cum explicata serâ voluntate Dei, ut omnes convertantur & vivant.

b. 1. Falsatus Textus dupliciter. Uno modo mutantur verba; quod Apostolus dicit Judæos secundum Electionem esse dilectos propter Patres, id exponit auctor de vocatione fidelium ex proposito: Altero modo confunduntur quæ Apostolus distinxit. sc. dona Dei & vocatio in diversis hominibus, Judæis ac gentibus; Judæis erant multa collata dona, simul cum vocatione, idq; sine pœnitentia Dei; licet Judæi sint illis donis privati propter incredulitatem. Gentibus vocatis sunt etiam multa *χαρι*

*ενομα* data, ibidem sine pœnitentia Dei, quæ dona retinent credentes ex misericordia Dei. 2. Allegatio hujus Textus Forbesiana, instillat vocatis Christianis impiam securitatem contra intentionem Apostoli, quæ retineant dona sibi velut *ἀμείβας* collata, quomodocunq; vivant.

c. 1. Argumentum procedit contra S. Scripturam ab absoluta fidei donatione, ergò falsum. 2. Sic tollitur usus mediorum ad confirmandam fidem institutorum.

d. 1. Hypocrita Magus planè differt ab infantibus baptizandis. 2. Dona in Baptismo collata, debent auditione & observatione verbi Dei excitari, alias relabuntur baptizati in peccata. 3. Quod Magus defecerit à bonitate Baptismi, arguit ejus inconstantiam, non Baptismi inefficaciam: Siquidem affirmat Textus eum baptizatum credidisse. v. 14.

e. Confert Baptismus realiter gratiam Dei, juxta institutionem, sed hypocritarum malum non erit imputandum Sacramento.

*Cenam Domini Sacramentum esse credimus spirituales nutritionis fidei nostra & gratia per fidem inchoata: idq; a significando & in memoriam revocando Christi pro peccatis nostris oblato, & obsignando nostram cum illo in ipsius morte communionem, & proinde nostram justificationem.*

a. Forma S. Cœnæ non est significare, sed corpus & sanguinem Christi manducantibus ac bibentibus cum institutis Elementis exhibere.

*Christum a corporaliter in humanitatis substantia non presentem esse in Cœnâ credimus; sed fide tantummodo apprehendi propter rationes supra dictas (omnes frivolas extra S. Scripturam conceptas) in articulis de prædest. ascens. & sessione Christi ad dextram Dei, & sequentes rationes idem volunt.*



2. Fucus. non queritur de alio Christi presentie modo in S. Cena quam à Christo instituto, sc. corporis ejus cum pane; & sanguinis ejus cum vino.

34.

Apostolus 1. Cor. 10: 1. exhortando me exemplum Judaeorum in deserto imitaremur, in concupiscendo, tollit prius à nobis excusationis a pretextum, seu prerogativam, quam nos pra illis habere videmur in Sacramentis Baptismi & Cæna Dom. propter qua videri posset Deum non adeò severe in nos animadversurum, atq. in illos, quib. ista non habebant, affirmando & confirmando eos & baptizatos fuisse, & eundem cibum spiritualem edisse, & eundem potum spiritualem bibisse, quem nos in Cæna comedimus & bibimus, & propterea in hac re nos nullam habere prerogativam. Unde sequitur, si per cibum & potum intelligantur externa Sacramentorum signa (loquamur cum S. Scriptura, non offeruntur in S. Cæna signa, sed quod manducandum & bibendum est) aut nostra signa non esse realiter ipsum Christum, etiamsi dicatur, hoc est Corpus meum: aut Manna & rupem fuisse realiter Christum (quod fieri non potuit, cum adhuc realiter non esset in carne) atque non potest dici eos comedendo Manna & bibendo ex rupe, eundem cibum spiritualem comedisse, quem nos in comedendo pane in Cæna; & eundem potum bibisse, bibendo ex rupe, quem nos in Cæna bibimus, cum vini participes simus. Quod si per cibum & potum spiritualem non signa, sed ipsum Christum intelligamus, tunc sequitur aut non realiter in corpore & sanguine presentem esse Christum in nostris Sacramentis, aut etiam realiter fuisse presentem in Sacramentis Judaeorum, alioquin b eundem cibum edere & eundem potum bibere non poterant.

a. 1. Affingitur Apostolo hic finis exhortationis. 2. Dehortaturus Corinthios ut fugerent idola & Idolothya, adducit Apostolus exemplum Judaeorum, propter Idololatriam prostratorum, declarans Deum non

non ita respexisse privilegia illorum, quod essent baptizati in nube, & spiritualem escam manducassent, ut à pœna liberarentur. Ergò (infert) qui existimat se stare, & donis Spiritus S. ornatum esse, videat ne cadat, cū nulla privilegia transgressorem liberent. 3. Fingit auctor Apostolum instituere parem collationem Sacramentorum utriusq; T. inde dicit Patres V. T. eundem cibum edisse & potum bibisse, quem nos in S. Cœna edimus & bibimus. Contrarium ostendit collatio Textus v. 3. & 16. illi manducaerunt escam spiritualem, & potum spiritualement biberunt: nos frangimus panem, qui est participatio corporis Domini pro nobis traditi, & benedicimus calicis, qui est communicatio sanguinis Christi pro nobis effusi. In illa mensa ne nominentur (nedum adint) corpus & sanguis Christi, de quibus sub Elementis pane & vino in S. Cœna verè participamus. Sic à falso fundamento & præsumpta opinione totum necit Argumentum.

b. Fallacia est. 1. Comparationis, illorum cibus erat spiritualis: noster est Sacramentalis. 2. Modi participandi. Illi perceperunt beneficia Christi sub typis varijs, non per solum nominatum cibum ac potum Fideles Christiani in N. T. participant in S. Cœna, non tantum de beneficijs meritoq; Christi; sed de ipso oblato corpore & effuso sanguine ejus cum institutis à Christo Elementis, pane & vino. 3. Distributionis utriusq; cibi. Judæis in deserto distribuebatur MAN extraordinarie, & quoad tempus: Nobis in S. Cœna distribuitur cibus & potus ordinariè sacramentalis.

*Secundò, si præsens esset Christus, oportet eum in eodem<sup>a</sup> statu & conditione præsens esse, quo fuit in terris tunc temporis, cum in cruce penderet: Ratio est, quia Cœna est memoriale mortis Domini, & nostra communicatio in Cœna non est cum Christo in statu glorioso; sed cū Christo sese<sup>b</sup> humiliante usq; ad mortem crucis pro peccatis nostris. Undè sequitur; si realiter sit præsens in Cœna, oportet eum rursus cruci affixum esse, sanguinemq; rursus realiter fundi. Nam si panis sit realiter ipse corpus, & hic panis frangi debeat (tua præsumptione) oportet ut fractione panis frangatur rursus Christus; & si vinum est realiter ipse sanguis, oportet ut realiter rursus ipse sanguis à corpore dividatur. Atq; ita Christum oportet iterum crucifigi & mori. De pane enim dicitur, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, & de sanguine, qui pro vobis effunditur. Ergo corpus non nisi fractum, &*

*fangvinem non nisi effusum in Cæna habemus. Quod si rê-  
liter, quid hoc aliud esset, quem filium Dei rursus ad  
ignominiam exponere, quod qui faciunt, in aeternam peri-  
turos pronunciat Apostolus Heb. 6: 6.*

a. Non edimus Christi corpus immediatè sed cum pane; neq; juxta  
formam & statû corporis inanimati, sed juxta oblatione ac meritû ejus.

b. Nostra societas cum Christo est abscondita Coll. 3: 3. non terre-  
na; is trahit suos ad cæ'um, etiã per S. Cænã confirmans fidẽ illorû, itaq;  
conjugimur Christo victori mortis, non ad mortem usq; se humilianti.

c. Invertitur institutio S. Cænæ propter oblationem corporis Chri-  
sti in cruce, & sangvinis effusi, instituebat Christus perpetuam sui meriti  
memoriam, manducatione corporis cum pane, & bibitione sangvinis  
cum vino conservandam: Non econtra, ut dum manducamus & bibi-  
mus, sit Christus denud offerendus & dividendus, qui amplius non mo-  
ritur, quam ignominiam auctor tribuit Christo, non nostra confessio.

d. Credit auctor manere adhuc in Christi corpore sangvinẽ effundendû,  
non illum esse nobis in terra relichû, ut in S. Cænã illû cum vino bibamus.

56.

*Tertid, finis hujus Sacramenti est, ut memores simus  
Christi, qui pro nobis mortuus est, ipso teste, Hoc facite in  
mei recordationem Luc. 22: 19. quod autem fit in recorda-  
tionem alicujus, ipsum non presentem arguit. Quorsum  
enim rei presentis a memoriale celebrarent. Ided Apost:  
1. Cor. 11: 26, addit, eos, qui ex hoc pane edunt, & ex hoc  
poculo bibunt, mortem Domini annunciare, donec veneris,  
apertè arguendo eum jam (visibilitèr) abesse. Hinc con-  
cludimus, neq; in pane, neq; cum pane, neq; transsubstan-  
tiatione in panem, neq; modo ineffabili presentem esse Chri-  
stum in S. Cænã. Nam quod<sup>b</sup> effari non potest, credendum  
non est, siquidem fides est ex auditu, & quod nescitur  
(NB. Auctor vult naturalem scientiã esse fundamen-  
tũ Doctrinæ Theologicæ) non est docendum. Siquidem  
quod non est ex fide, peccatum est, & frustra prætenditur  
Christi veritas in ipsius (fortè credis verba Christi esse  
falsã?) dictis. Tunc enim sequeretur Christi carnẽ esse<sup>c</sup> rea-  
liter panẽ, quia idem Christus carnẽ suã appellat Job. 6: 51.  
Atq; ita si proprie & non figurata habenda sint ejusmo-  
di*

*d) Prædicationes; Ex pane fiat corpus Christi, & ex corpore Christi fiet panis: sed Christus erit petra. ostiū, vitis, vitis.*

a. 1. Memoriale mortis Christi planè differt ab ipsa morte, quia ipsum est factum durans ad finem mundi, confirmatum fidelibus usu S. Cæna: Mors Christi est actio mediatoris sensel facta, nec amplius moritur Christus Rom. 6:9. 2. Non jubemur in S. Cæna habere memoriã ejus, quod editur & bibitur: Sed hac manducatione ac bibitione præsentis objecti, jubemur commemorare mortem Christi semel sufficienter factam, ejusq; infinitum meritum participare, donec veniat visibiliter ad judiciū.

b. Fallit dupliciter hæc descriptio fidei. Nam. 1. Non intelligitur quod creditur. 2. Non licet aliud credere, nec aliter effari credenda, quàm quomodo S. Scriptura describit illa, frustra ratiocinamur absq; verbo in rebus fidei, quia nescimus naturaliter aliam rerum unionem quam Physicam: hic autem est locutio non de rebus merè Physicis; & spiritualis realitas objicitur fidei, non discursui.

d. Vanissimus discursus absq; verbo: Christus dixit; HOC EST (non fiet) CORPUS; nec corpus fiet panis.

*Secundum hæc veritates (quasi) fundamenta, negamus omnem oralem manducationem Christi realem; Sacramentalem credimus & confitemur, i. e. in esu & manducatione signorum, qua relationem habent ad rem significatam, tum propter Christi ordinationem, tum etiam propter signorum cum re significata analogiam.* 56.

a. 1. Fallum est formam S. Cæna esse analogicam. 2. Omnis Cæna perficitur non significatione, sed actione manducandi & bibendi ipsum quod proponitur, idq; in hac Cæna est objectum duplicis generis, sc. Cælestis & terrestre, dicente Irenæo.

*Ore nos nõ apprehendere Christum patet primò quia nullo alio medio apprehendimus Christum quàm eo quod Christus in nobis habitat, & applicatur ad justitiã. At per fidem tantummodo in nobis habitat Epb. 3: 17. & fides sola applicatur ad justitiã: Ergò sola fide apprehendimus non ore.* 57.

a. 1. Audacia hæreticorum negat institutã manducationem in S. Cæna. 2. Non queritur hic de fidei perceptione totius Christi, sed de instituta singulari manducatione corporis Christi cum pane &c.

*Secundo sequitur aut Christi dictum Mat. 18: (quicquid ingeritur in os, in ventrem cadere & dejecto) falsum esse, aut si ore recipitur Christus, idem cum eo realiter fieri à recipientibus ipsam orationem.* 58.

a. 1. Blasphemè adfertur digestio naturalis in cibo spirituali. 2. Majori blasphemèa evomit auctor contemptum S. S. Corporis & Sangvinis Christi in S. Cæna exhibiti.

60. *Fractiõnem panis in Sacramento non esse rem indifferentem credimus, primò, quia habet<sup>a</sup> Relationem ad partem essentialẽ rei significatã, ð. e. ad fractiõnem corporis Christi pro vobis, quod patet ex Christi verbis in institutione.*

a. 1. Ficta est hæc relatio, vide Th. 57. 2. Nec est necessaria hæc fractio, quia A. caret mandato Christi. B. Etiam Exemplo religioso; fregit enim Christus semper panem propter necessariam distributionem. C. Nec corpus Christi est fractum, quare nulla híc analogia.

61. *Futiliter enim argumentantur quidam à non fractis ejus ossibus, ad corpus non fractum, Nam integris manentibus ossibus<sup>a</sup> fractum erat corpus spinis, clavibus, lanceã, & multò magis spiritualiter<sup>b</sup> doloribus mortis.*

a. 1. contradicit Scripturæ neganti Christum esse fractum, ut obtineat suum intentum. 2. Nulla est analogia corporis fracti spinis, clavibus &c. ad panem in particulas distributum.

b. 1. Præsumpta allegorica fractio nullam confert efficaciam usui S. Cænae. 2. Dolores non frangunt, licet alterent corpus.

62. *Secundò, quia Christus & Apostoli in celebratione Cænae hac Ceremonia usi sunt<sup>a</sup> semper, & nihil inmutandum in Christi ordinatione.*

a. 1. Christus semel instituit S. Cænam, non iteravit, 2. Quos ritus servarunt Apostoli in administratione S. Cænae, Historici pauca memorant. Antiquissimus Scriptor Abdias Babyl. describens usum Sacramentorum in Vit. Matthæi Apost. teste Jul. Afr. l. 7. ne meminit fractionis panis: quare audacter dicit Auctor Apostolos semper usos fuisse panisfragio.

63. *Tertiò, quia Apostolus per fractiõnem definit panem Cænae 1. Cor. 10: 16. ut rectè dici possit<sup>a</sup> panem qui non frangitur non esse communionem Corporis Christi.*

a. 1. Apostolus dicit, panis frangitur, sicut Lucas, poculum funditur in remissionem peccatorum, propter usum distributionis, & arctissimam unionem Sacramentalem, panis fracti, seu distributi, cum corpore Christi, non propter analogiam panis cum corpore, quæ planè imaginaria est; sicut Lucas indicat firmissimam esse unionem sangvinis Christi effusi cum consecrato vino in poculo. 2. Apostolus describit ibi usum & di-

tributionem (voce frangitur) non causam Cæna: Quare falsum est fractionem facere panem Sacramentalem.

*Secundum modum executionis (vide Tb, 18) Decretum 64.*  
*et divini, est justificatio, qua nihil aliud est, quam absolutio hominis peccatoris coram Deo ex mera gratiâ propter meritum mortis seu satisfactionis Christi fide apprehensum, absq; ullo operum nostrorum, sive fidem præcedentium (nulla bona opera præcedunt fidem) sive subsequentium merito Eph. 1:7, Phil. 3:9, Rom. 3:21, ubi hæc justitia nobis imputata appellatur Dei justitia, Christi justitia, & fidei justitia, Dei, quia hæc sola coram ipso tanquam perfecta & a Angelorum & hominum justitia imâ perfecta sit, ut coram Deo non possit consistere, si vellet secundum ipsius justum judicium cum eis agere. Joh. 4:18; Christi justitia appellatur, quia ab eo præstita est. Hæc satisfactio, qua abundè satisfecit justitia Patris pro peccatis omnium Electorum (adde omnium hominum) fidei appellatur, quia fides sola est instrumentum, quo nos apprehendimus Christum cum ipsius merito,*

a. Angelorum justitiam tacet Scriptura.

*Fides Dei opus est in cordibus nostris per verbi prædicationem & Spiritus S, internam operationem Joh. 6:29, Rom. 1:17, 1. Cor. 12:3.* 65.

*Fidem justificantem efficacem esse ad omne opus bonum producendum in nobis credimus Gal. 5:6, 1, Thess. 1:3; Jac. 2:17. Job. 5:4.* 66.

*Credimus tandem justificatos glorificatum triâ eadem gloriâ, quam habet Christus post carnis resurrectionem, qua futura est virtute resurrectionis Christi.* 67.

a. Differt Majestas Christi ad dextram Dei sedentis ab ejus gloriâ, de qua participabunt Electi, facti conformes glorificato ejus corpori Philip. 1:21. vid. Th. 36. c. e.

*Imagines non solum non adorandas, sed nec habendas, nec faciendas credimus secundum Dei mandatum.* 68.

*Ornatum enim omnem Dei mandato contrarium, & abominabilem esse credimus & deformitatem.*

a. Nullus verus ornatus, quia talis, Deo displicet, vide ornatum Tabernaculi & Templi Salomonis. Imagines Cherubim jussu Dei formabantur. Imaginem crucifixi serpentis à Mose factam tolerarunt Judæi, donec fieret Nehustam Idololatriæ.

Thele. n finis.

CAP. XIIX.

*Acta Regis Caroli cum Clericis Patriæ.*

**A**uditâ Disputationis Ubsaliensium cum Forbesio egressione, quod hic Scotus nimis crasso, planeq; impio modo de Electione salvandorum, & absolutâ reprobatione damnandorum discessisset, qui discursus Regi omninò displicuit, omisit Rex Carolus concertationem Religionis, sollicitus in posterum de servanda Ordinantia Eccl. Observavit autem Rex discentes in Scholis Patriæ, vulgò dirigere sua studia ad capeffendam functionem Eccl. Itaq; facti adultiores, & pulverem Scholasticum pertræsi, summo nisu tentabant, quomocunq; studuerant, ad ministerium Eccl. ordinari, licet nullus vacaret ordinato locus, nec certa Ecclesia officium ordinati requireret. Hoc modo, cum ministri oberarent vagi cum contemptu officij, voluit Rex hoc scandalum esse corrigendum; quare *inhibuit serid, ne ulli Scholares, aut Studiosi ordinarentur & officio Eccl. consecrarentur, sine speciali consensu Regis, aut illorū officiariorum, quibus Rex banc curâ cum Episcopis in Ecclesia commodum administrandam commendaret.* Beneficia Regalia dicta, nemini esse conferenda absq; Regijs literis edixit Rex, Casus in Ecclesia incidentes sunt frequentèr allati Regi Carolo, ex quibus cum intel-

Rex præfuit  
Ordini Eccl.  
in Svæc.

ligeret non solum *ἀνθρώπων* populi crescere, sed Disciplinam Eccl. difficulter conservari, impatiens harum molestiarum, duriter quandoq; allocutus est Episcopus Patriæ, & Arosiensem voluit officio privandum, auditis quærelis de ejus dispensatione casuum Eccl. in Diæcesi minus convenienter factâ, præsertim quod ordinasset Clericum, qui à reliquis Patriæ Episcopis examinatus, nullam sciret rationem Evangelicæ fidei dare.

Accessit nova causa, quæ indignationem Regis gravissimè excitavit, nam Studiosum quendam Svecum ex Italia venientem, cui nomen *Petrus de Petrofa*, excepit Episcopus Arosiensis hospitio; Is Studiosus postea in aulam Regis admissus, declaravit se fuisse Regis ac Patriæ proditorem. Postquam autem, cognovisset Rex fuisse huic Studioso declaratam ab Episcopo Aros. gratiam hospitij, indignatus Rex *removebat Episcopum ab officio*, substituto Pastore Calmarnensi *M. Nicolao Petri*. Verum hic paucis mensibus supervixit, & retinuit prior Episcopus *M. Olaus Stephant*. Episcopatum Aros. ad mortem suam, magnis viris pro illo intercedentibus; ac Regis indignationem deprecantibus.

## CAP. XIX.

*Rex Carolus infidels vita à perfidis studiosis passus est.*

**A**Udivimus multos Svecos, non solum Nobiles, sed militares cum Rege Sigism. Patriam discessisse. Accedit quod multi Sveci tempore Regis olim Svec. Joh. III. misissent liberos suos in Italiam & Poloniã, gratiam continuandi studia sua in Acad. Papisticis, quò discerent Religionem Catholicam Romanam, quã



summa Regni capita tunc judicabant verissimam.  
 Horum studiosorū operā usi sunt Papistico-Poloni,  
 ad tentandum statum Ecclesiae & Politiae in Patria,  
 remittentes eosdē in Patriam, ut reversi suaderent  
 Patriotis partim alterandum esse Regimē Magistra-  
 tus: partim dogma Ecclesiae esse immutandum, quod  
 saepius esse tentatum audivimus; unde deliberarunt  
 postea Ordines Regni in Comitijis Srebr. An. 1614.  
 & 17. (ut suo loco dicitur) publica decreta contra ausū  
 talium errorum esse constituenda. Horum Studioso-  
 rum unus erat doctior, fortē callidior ceteris, dictus  
*Petrus de Petroso*, qui Regi obtulit simulatam subje-  
 ctionem. Hunc Rex Carolus toleravit aliquandiu in  
 aula suā; Prodidit autem sese ingenium fallax, dum  
 proditor arreptā occasione solitarium Regem crude-  
 lissimo ausu perfodere tentaret. Quo cognito, Rex  
 eum carceri custodiendum tradidit, qui postea in Co-  
 mitijis Srebr. examinatus, proditoris convictus &  
 condemnatus est, gravibusq; tormentis cruciatus, sc.  
 fractis eruribus & brachijs, tandem cor vivo extraxit  
 carnifex; antequam expiraret in maximo suo crucia-  
 tu alligatus palo exclamavit: *O Jesu Maria*; declarans  
 ita in qua esset educatus Religione. Alius proditor  
 Lincopiae natus, literas Polonorum Duci Ostrogo-  
 thiae Johanni scriptas attulit, quem Dux noluit audi-  
 re, neq; literas legere voluit, sed trans mittebat ipsum  
 cum literis proditorem. Plures Jesuitarum discipuli  
 tentarunt consimili Stratagemate Patriotas vexare,  
 sed meliori successu quam priores, rem non perege-  
 runt. Missus est etiam foedisragus *Lour. And. Kälamb*  
 ut auferret de monasterio Wastenensi *Ossa S. Birgitte*,  
*ejusq; filia Catharina*, in Scrinijs magno pretio aestima-

tis servata, quod perfecit, privando patriam & monumento memorabili, & Gazâ pretiosissimâ. Adhuc venit de Polonia. *D. Job. Messenius*, natione Gothus, sed educatione Polonus. Hic testimoniū Doctrinæ & vitæ à Præceptoribus suis nactus, patriotas adiit, offerens Magistratui suum studium ad informandam juventutem studijs additâ, promptissimum. Cumq; eruditionem & modestâ declararet convenientem, missus est in Acad. Ubl. ut publico Professoris officio fungeretur. Sed post annos plures patefactum est hominis ingenium, dum literas in Poloniam scripsit, & sibi rescriptas admisit, quæ nostræ Religionis ac statui Patriæ erant noxiæ. Quo cognito comprehensus est, & in perpetuum carcerem, in extremis Regni circa Biarmiam finibus, in arce *Catanburg* perferendum condemnatus est. Hinc colligunt multi Messeniū nō bono fine primò rediisse in Patriam, neq; animo nostræ Religionis ac Patriotis deditissimo informasse juventutem Patriæ in Acad. Ubl. sed ut discipulos à Religione Evangelica & fidelitate Regi debita tandem seduceret. Hinc cognoscitur quid sit fidendum ijs hominibus, quos Schola Iesuvitica informarunt.

## CAP. XX.

*Acta Professorum Ubl. An. 1609. & Seqq.*

**D**ictus *D. Messenius*, in Historijs Patriæ apprimè versatus, multa scripta vetustatem Gentis Sveo-Goth & conversionē ejus ad Christianismū declarantia publicavit, res gestas Heroum nostrorum, tempore Ethnicismi in Patria peractas, sub forma Comædiarum tradidit suis Discipulis perlegendas, & ad praxin deducendas. Præter publicas lectiones, quas professus erat *Messenius*, privata etiam collegia in-

O o o o ;

stituie

667

Offa S. Bi-  
gitta & S.  
Catharinæ  
sunt Romæ  
perlata.

*St. rumbold  
1609*

Scudium D.  
Messenij.

Studium M.  
Joh. Rudb.

stituit, in quibus Philosophiam, Historias & Poësin docuit suos discipulos. Factus jam à doctrinâ & diligentia suâ clarus, multis etiam charus extitit. Sic excitati sunt Professores reliqui, ut privata collegia instituerent, & diligentia vel majori de Rep. Scholastica optimè mererentur. Imprimis obtulit suam operam Studiosis *M. Joh. Rudbeckius*, Professor lingvæ Hebr. qui aperuit Scholam privatam An. 1610. II. Febr. Omnes suæ Scholæ, sive Collegio privato adscriptos annotavit, suam & Discipulorum diligentiam fecit chartæ inscriptam, quæ adhuc legitur, addito numero Læctionum, Declamationum, Disputationum & exercitiorum plurimorum, quæ singulis annis, quamdiu egit Professore, continuavit. Collegit etiam numerum Discipulorum præfatus *D. Messenius*, adeoq; laborarunt, quasi summâ contentione, hi duo Professores, ut singuli laudem diligentia obtinerent, & alterum invicem superarent. *Est autem factum invidiâ Sathana, omnium bonorum corruptoris, ut discipuli utriusq; præceptoris mutuo arderent odio, confidentes sive Præceptorum claritati, sive propria eruditioni, ex informatione Præceptorum percepta, sic facta est cohors vulgariam Studiosorum ferè bipartita, alijs se Messenianos, alijs se Rudbeckianos proclamantibus.* Hinc exortæ concertationes doctrinæ inter sectarios. Hinc nocturnæ vociferationes sectariorum mutuo odio refertissimæ. Factum proinde est, ut horum Præceptores, relatione quorundam suorum discipulorum irritati, darent invicem locum invidiæ, ac mutua sererent odia, quæ nec poterant tolli ante examen & inquisitionem Regiam per delegatos commissarios, Regni Senatores amplissimos, in Comitij postmodum Holm. fa.

factam. Itaq; conquievit hoc scandalum in Ac. Ubf. datum, dum uterq; horum Professorum, ad aliã functionem sunt promoti. *M. Iob. Rudbecchius* factus est Concionator aulae Regiae: *D. Messenius* constitutus est Assessor Dicafterij Regij Holm. postea prodidit se ingenium Messenij factiosum, quare ipse ad mortem suam vixit carceratus, ut proximo capite dictum.

## CAP. XXI.

*Acta Eccl. tractata Holmiã An. 1609.*

Quoniam mortuus erat hoc tempore *Arch. Ubf. M. Olaus Mart.* convocavit Rex Carolus solos primò Episcopos Patriæ dicto anno, mense Majo, ut de Electione novi Archiep. deliberarent. Convenerunt dicto tempore nostri Episcopi, quibus indicabat Rex per aulae Cancellarium, cui votũ successionis in Archiepiscopatum daret. Nominatum itaq; à Rege *Episcopum Scarensem M. Petrum Kenitium*, ut officio Archiepiscopi præficeretur, voluerunt omnes Episcopi, in demortui Arch. locum esse subrogandum, quod & factum est. Translatus etiam est hoc anno *M. Jonas Kytander* de Pastoratu Wastenensi, ad Episcopatũ Lincolpensẽ, cui præfuit annis 20. Fiebant eã ætate Comititia Holm. & manserunt Episcopi nostri Holmiã, usq; ad finem Comitiorum & Mensis Augusti.

Ad Comititia venientes Clerici Scarenses, postquã audivissent suũ sibi ablatũ esse Episcopũ, & Ubfaliam promotũ, rogabant sibi constituendũ esse Episcopũ, *M. Petrum Iona Angerm.* Wexionia habitantẽ. Sed is excusabat se & præfuit Diãcesi Wex. usq; ad mortem suã. Scarenses habito conventu præcipuorũ in Diãcesi Clericorũ, elegerunt duos ibid. Pastores *M. Paulum Nylofsensem, & M. Svenonam Scarensem*, ad capeffendum

dum Episcopi officiū idoneos, datā Regi supplicatio-  
 ne, ut unū horū retinerent. Factum est divinā provi-  
 dentiā, ut hos ambos, unū post alterū in ea dignita-  
 te salutarent. Nam M. Paulo prius ordinato Episcopo,  
 post paucos annos fatis concedente, alterum M. Sve-  
 nonē ad hæc ferè tempora superstitē, suum Episcopū  
 viderunt. Anno proximè elapso sc. 1608. vacabat Epi-  
 scopatus Strengnensis, in quem locum vocatus erat  
 celebris Theologus & Professor Ubf. *M. L. Paul. Gotb.*  
 qui hoc anno publicavit integrum Tractatū de Chri-  
 sti officio, in formā Thesum propositū Clero Diæce-  
 seos Streng. Synodo proximā ventilandum. Publica-  
 vit etiam Episcopus Wex, *M. Petrus J.* Sacras Concio-  
 nes materno idiomate scriptas, simplicibus Pastori-  
 bus utiles. In conventu Episcoporum Patriæ, mensē  
 Majo An. 1609, Holmiæ congregatorum, cogitabat  
 Rex Carolus, multa Episcopis, ad conservandū ordi-  
 nem Eccl. fore proponenda, & per Concionatorē  
 aulicum *M. Svenonem Moderum* quosdam casus Eccl.  
 corrigendos indicabat: Sed gravissimum factum est  
 Regi impedimentum. Nam diem Joh. Bapt. sacrum  
 celebravit Rex hilaris cum Duce Ostrogothiæ Joh. &  
 quibusdam Senatoribus Regni; circa vesperam mor-  
 bo correptus Rex, paralyin passus est. Quamquā ex-  
 actis quibusdā septimanis convalesceret quodā mo-  
 do, & de lecto surgeret; tamen loquela Regis impe-  
 diebatur, ne postea expedite loqueretur. Vixit tamen  
 Rex ultra biennium, & bello Danico interfuit, quod  
*Rex Dania Christianus IV.* An. 1611. incepit circa Cal-  
 marā Smol. *Rex Carolus* erat ad mortem usq; officio  
 intentus, conferens etiam Clericis Beneficiā Eccl.  
 Diplomate Regio.

Rex Carolus  
 morbo corre-  
 ptus.

*Donatio Testamentaria Dn. Anna Lrolle*

**E**go Anna Lrolle Relicta p. m. Dn. Caroli de Mornat, vidua, Domina in Helgerum &c. Omnibus testatum facio, quod monitu verbi Dei iubentis unumquemq; Christianum promotioni Ecclesie Dei fideliter pro facultate incumbere, cogitavimus Ego & dilectus meus filius, *Joh. de Mornat*, dum erat in vivis, idq; consensu nostrorum Haredum, Illustr. ac dilectiss. Cognatorum conclusimus, summam pecuniam mille & centam temper. *Jochimicorum* loco testamenti dandam esse diaecesi Wex. qua ponetur in lucro, ut diligens ac pauper studiosus ex illo quotannis numerato sustentetur in exoticis Acad. in promotionem suorum studiorum utilitati patrie inservientium. Ad dispositionem piam hujus pecuniae voluit dilectus filius meus, p. m. mea & cognatorum censuram has esse observandas cautiones 1. ut hoc testamentum sit perpetuum, volumus ut celeberrimus ex nostra familia, cui publicum in Regno officium est demandatum, una cum Episcopo & Capp. Wex. sint hujus testamenti Directores, & nominatam pecuniam dent ad usuram, nostro uni alicui civi vel privato negociatori; sed integre Reip. celebriorum, praesertim in exteris civitatum, qua tota facilius servat pactum lucri annuatim reddendi, ipsamq; summam a Directoribus oportune requisitam prompte reddat. 2. Elegi Directorem hujus rei, meum dilectiss. haredem, *Illustriss. Dn. Axelium Oxenstierna* / L. B. in *Remitho* / Dn. in *Syholm & Tidon* / Regni Svec. Senatorem & Cancellarium Magnif. ut in vita

Testamentum  
datur Diaecesi  
Wex.

Cautiones  
Testamenti  
additae

sua, cum Episcopo & Capp. Wex. pecuniam testamentariam rectè deponant, providentes ut studiosus adscriptus stipendio, oportune de lucro illius participet. Post mortem prænominati Cancellarij (quem mortis diem Deus in patriæ emolumentum prolonget) Rogamus celebrem in familia nostrâ superstitem hæredem, in aliquo Regni officio clarissimum, huic officio dispositionis Testamenti nondacisse. 3. Si transferatur deposita summa de una civitate in aliam, quæ lucrum ex pacto quorannis numerare alumno non detrectat, fiat ea Translatio communi consilio tum Directoris, tum Episcopi & Capp. 4. Acceptâ pecuniâ dabit civitas syngrapham promissione munitam, ut velit lucrum usurarium, maturè annuatim reddere, ipsamq; summam à Directoribus requisitam. Si Alumnus accipiat lucrum, dabit civitati apocham, Directoribus præsentandam. 5. Quando studiosus stipendio adscriptus vocatur ad officium in Ecclesia vel Rep. administrandum, ordinetur idem stipendium alteri pauperi ac diligenti studioso, communi consilio Directorum. Observetur Imprimis, ut *is studiosus sit nostræ Evangelicæ Religionis addictus, juxta approbatam in Concilio Vbs. an. 93. Confessionem fidei.* & tenorem A. Ct. Cesari Caroli V. an. 30. exhibitæ is studiosus sit ijs moribus deditus, qui reddunt eum promotione dignum. Qui talis est, commendetur ab Episcopo & Capp. Wex. nostro hæredi. hujus Donationis Directori. ut ejus consensu hoc stipendio fruatur. 6. Studiosus publico consensu adscriptus, retinebit hoc stipendium, donec absolvat (Dei gratiâ) feliciter sua studia, & dignus sit publico in Ecclesia vel Rep. officio. quod

quod probabunt ejus examinatores. Probatus offeret primum suam operam Diæcesi Wex. si locus pateat. 7. Ordo promotionis studiorum ex hoc stipendio continuabitur, dum unus prius adscriptus præficitur publico officio. aut per mortem exit stipendio, promovebitur alius modo præscripto, ut semper aliquis alumnus hoc stipendio promoveatur. 8. Ut nomen Trollorum in patria & exteris clarissimum, vigeat perpetuo, ordinavit dilectus filius meus, meo nostrorumq; hæredum Consensu, ut is studiosus qui participat de his bonis nominetur *Alumnus Trollorum*. Hanc meam testamentariam donationem confirmo meo meiq; dilecti filij *Dn. Joh. de Mornæ* (nunc piè demortui) Sigillis, addita propriae manus subscriptione. Dat. Roma die 28. Jan. An. Chr. 1610. Talem testamentariam Tabellam, continentem æquale donum iisdem conditionibus datum Superintendentiæ Calmar. scripsit eodem tempore pio affectu *Generosiss. Dn. Anna Trolle* in Ecclesia Calm. servandam. Summam Joachimico- rum numeravit, ex cujus lucro quotannis numero vivit stipendiarius, qui vocabit se

*Alumnus de Mornæorum.*

Testamentum  
datur Super-  
intend. Cal-  
mar.

## FINIS LIBRI QVINTI.



# HISTORIAE ECCL. SVEO-GOTH.

## LIBER VI.

RECENSENS CURAM PRINCIPIS ET  
Regis Gustavi Adolphi in promovendâ Ecclesiâ  
patriæ declaratam, pluraq; Eccl. nunc  
tractata usq; ad annum

Chr. 1624.

### CAP. I.

*Educatio pia Principis hered. Svec. Gustavi  
Adolphi, M.*

**G***ustavus Adolphus* natus erat Stocholmiæ An.  
Chr. 1594. die 9 Dec. Patre *Illustriss. Duce Carolo*,  
tunc hæreditario Principe, postea Rege Svec. Po-  
tentiss. avo Paterno, Religiosissimo ac Potentiss. Re-  
ge Svec. *Gustavo I.* de longa serie Regum ac Illustriss.  
Heroum, in patria clarissimorum, descendente;  
matre natus *Gustavus Adolph: Illustrissimâ Christianâ*,  
Celsissimj Principis *Adolphi Ducis Holsatiae* filia, cujus  
avus fuit Sereniss. Rex Daniae & Norv. *Fredericus I.*  
abavus fuit Potentiss. Rex Svec. Dan. & Norv.  
*Christianus I.* Hos progenitores cum habuisset Dux  
*Gustavus Adolph.* & de sanguine maximè heroico  
natus esset, sanguinis ac virtutum avitarum œmu-  
lum hunc fore, parentes longè prudentissimi rectè  
præviderunt: quare filium suum in noticia Dei, vera  
Religione Evangelica ac virtutibus factisq; principe  
dignis, rectè educandum esse voluerunt. Accidit  
divina disponente gratia, ut atate Principis *Gust.  
Adolph.*

Adolph. disposita ad capeſſenda studia, redijt in patriam de exoticis Academijs, variarumq; terrarum perluſtrationibus, vir undequaq; literatiſſimus, *Dn. Johannes Skytte* quem informationi Principis maximè diſpoſitum, in ſuam aulam aſſumpſit Dux Carolus, & filium ſuum Guſtavum Adolph. huic informatori ſolenniter tradidit. Præfatus Dn. Joh. Skytte agnoſcens heroicam Diſcipuli indolem, & feliciffimam inclinationem ad ſtudia liberalia percipienda, ac virtutes exercendas Principe dignas, ſummâ curâ anniti voluit, ne Illuſtris. parentes quicquam in diligentia ac industria præceptoris deſiderarent, neq; idem Generoſiffimæ indolis diſcipulus, ſuo tempore factus maturior, conquereretur aliqua ad capeſſendum ceſſiffimum Regimen neceſſaria, ſibi juniore non fuiſſe ſatis explicata. Sic divinâ benedictione factum eſt, ut Princeps Guſt. Adolph. non ſolum reſponderet nomini *Guſtavi* (quod per litterarum *metatheſin* ſonat *AUGUSTI*) ſed ſapientiâ, prudentiâ ac fortitudine ita excelleret, ut in prælio Danico, quod circa Calmariam Smoland. incepit Rex Dan. *Chriſtianus IV.* an. 1611. ipſe Princeps Guſt. Adolph. annum ætatis vix 17 ingreſſus, fortiſſimè ac feliciffimè pugnârit, & in perſonâ cum cohorte, primus Regnum hoſtis ingreſſus. civitatem Daniæ Chriſtianopolin aperuerit & ſubegerit, indeq; magnam prædam reportârit. Cum ſtudijs verè Philoſophicis ac Hiſtoricis, quibus præcipuè delectabatur Dux Guſt. Adolph. adjunxit per informationem ac diligentiam ſui præceptoris, præcipuè *curam veræ Regionis*, idq; non tantum juxta Tabulas avi ſui teſtamentarias, (de quib. ſupra l. 2. c. 32.) ſed juxta ipſius

Studium Prin-  
cipis G. A.

Fortitudo  
Principis G. A.

Pietas Prin-  
cipis G. A.

Dei mandatum Deut. 17. quod jubet Regem in fo-  
lium R. exaltatum, omnibus diebus vitæ suæ legere  
legem Dei, ut discat timere Dominum Deum suum,  
& custodire verba & ceremonias ejus, quæ in lege  
præcepta sunt. Hoc ipsum repetivit Deus per Pro-  
phetam Es. 49. Promittens Ecclesiæ N. T. Reges fore  
nutritios ejus. Hoc autem si faciant pii Reges, erunt  
certè suâ juvenili ætate in lege Dei & notitia salutis  
rectè informati. Hanc piam ac Religiosam suam in-  
stitutionem declaravit *Illustris. Gustavus Adolphus jam  
factus Rex*, non tantum pijs colloquijs de veritate  
Religionis frequenter institutis; sed laudabili pro-  
motive ac institutione Academiarum, Gymnasio-  
rum & Scholarum patrios, illaq; studiorum libera-  
lium loco tanto stipendio honoravit. talibus privile-  
gijs gaudere voluit (quod suo loco probabitur) ut  
omnes suos antecessores, liberalitate erga studia li-  
beralia ac pios studiosos declarata, vicerit. Quan-  
quam ipsi Deo sit felicissimus successus piæ educatio-  
nis verè adscribendus: tamen medijs rectè dispositis  
suis non sit denegandus honos. Hoc piè observavit  
Illustris. Gustavus Adolph. qui jam Rex factus, assi-  
duam curam magnamq; diligentiam, cum laudabili  
industriâ conjunctam sui præceptoris, rectè com-  
pensavit, observatâ occasione utendi industriâ sui  
quondam præceptoris, in obeundis legationibus ad  
potentis Reges Europæ, Celsis, Principes & Magni-  
ficas Resp. quibus legationibus felicissimè ac pru-  
dentissimè peractis, legatus summis Regibus, pro-  
pter magnam solertiam, raramq; facundiam ac-  
ceptissimus fuit, & censebatur summorum judicio,  
non tantum *Nobilitate, sed magnis honoribus dignus.*

Erat

Erat iccirco Regi Svec. à Consilijs Secretioribus, donec sit Senatorio ordini R. adscriptus, cui dignitati cum Reip. & Ecclesiæ commodo adhuc præest. Hic prælustri Senator R. multa contulit ad hujus operis abolitionem necessaria.

## CAP. II.

*Religiosus accessus Ducis Hæredit. Gustavi Adolphi ad Regimen Svec. Goth.*

Quoniam Decretum erat ab ordinibus Regni Svec. ante multos annos, Regnum Svec. Goth. esse hæreditarium filijs R. Gustavi I. & repetita erat Unio hæreditaria in multis conventibus, præsertim postquam ordines Regni abdicassent Regem Sigism. cum tota sua posteritate omni officio Regio in Svecia administrando, tunc concluderunt ordines R. ad Carolinam familiam & nepotes Gustavi I. de Rege Carolo IX. descendentes, esse successionem Regiminis transferendam. Hoc Decretum est repetitum in comitijs Holm. an. 1602. Norcopensibus an. 1604. & demum mortuo Rege Carolo An. 1611. *Designatus est Princeps Gustavus Adolphus Rex Car. primogenitus.* omnium Regni ordinum judicio, *Rex Svec. Goth.* Quâ pietate in Deum & fiduciâ felicissimè successus susceperat hoc officium constat evidenter ex *Symbolo ejus*, quod ubiq; præferebat nomini suo conformatum, *G. A. S. R. GLORIA ALTISSIMO SUORUM REFUGIO.* Quo amore complexus est patriam, omnesq; fideles patriotas testatus est luculenter datis non solum articulis Assècurationis, sed reductis in patriam omnibus viris illustribus, alijsq; patriotis redire volentibus, qui tempore Regis Caroli aut

Clementia  
Regis G. A.

in.

indignationem Regis metuentes ipsi aufugissent, aut de insidijs accusati, à Rege essent proscripti. Hos omnes reduces clementer excepit designatus Rex, & publicis officijs præfecit, quomodo omnium amorem sibi conciliavit, veramq; fidelitatem omnium retinuit. Erat quidem hic Princeps ad gubernaculum Regni sub turbulentissimo statu patriæ ascitus: Nam patria circa finem Regiminis Caroli IX. erat trium infensissimorum hostium, sc. Muschovitarum, Polonorum & Danorum insultibus exposita: tamen Princeps Gustavus Adolph. ætate juvenis animum non despondebat; sed fortiter dimicabat primum cum propinquiore hoste Dano, à quo majus damnum patriæ esse pertimescendum præsumebat. Hoc bellum variâ fortunâ continuatum est ultra annum à morte Regis Caroli: Sed damno utrinq; accepto, ipsi Reges suâ Senatum utriusq; Regni, elegerunt piâ reconciliationem. factâ transactione in finibus Regni prope *Wigbeck. Smoland.* mense Jan. an. 1613. Postea direxit sua arma designatus Rex Svec. in Muschovitas; quibus devictis & magna Ditione Ingriæ profligatis, hanc totam provinciam in suam potestatem redegit Rex Gustavus Adolph. quâ victoriâ territi Muschovitæ pacem perpetuam cum Svecis fecerunt. missis Holmiam Legatis, qui foedus pacis, illorum more sub osculo crucis, in primario Templo Holm. die 29. Junij an. 1618. stabiliverunt, eamq; pacem in omnem ævum duraturam confirmârunt. *Hac pacificatione ac promotione Imperij sui juvabat designatus Rex plurimum Ecclesiam Del.* Nam pacificatio cum Dano restituit Ecclesijs patriæ, Regno Dan. propinquis, belloq;

Prudentia  
Regis G. A.

Curaverat Re.  
ligionis in  
Rege G. A.  
conspicua,

loq; prius turbatis, libere pietatis exercitia; & in sub-  
 jectis suo imperio novis amplissimis Muschoviæ Di-  
 tionibus fecit Rex Gustavus Adolph. purum verbum  
 Dei rectè prædicari, & populum terræ ad veram  
 Christi fidem, abolitâ superstitione Muschoviticâ,  
 converti: ideoq; curavit etiam Episcopum Ortho-  
 doxum in loco Ingriæ propinquo. nimirum *Viburgi*,  
 ordinandum, ibiq; Scholam erexit, datis Episcopo  
 & Directoribus Scholæ ibid. amplis stipendijs. Hic  
 fuit Religiosus accessus designati Regis Svec. Gusta-  
 vi Adolphi, ad capeßendum pieq; administrandum  
 Regimen Sveo-Gothorum utilissimus.

## CAP. III.

*Princeps Gustavus Adolph. instituit dies solennium  
 precatonum in patria celebrandos.*

Quemadmodum piè didicerat designatus Rex  
 rectè fieri à Jehova principium actionum ge-  
 rendarum, omneq; bonum & perfectum donum ab  
 ipso Deo, mediante cultu ipsius, pijsq; precibus de-  
 pendere, ideò primum annum sui ingressus ad offi-  
 cium Regiminis statuit ab invocatione Dei esse in-  
 choandum. Ut autem hæc invocatio formâ solen-  
 niori ab omnibus terræ incolis, suisq; subditis fieret,  
 scripsit Rex Diploma, in quo dies precatonum so-  
 lenniter piâq; præparatione celebrandos seriò in-  
 junxit; quem modum dum sibi toti q; patriæ profe-  
 cisse Rex observavit (imperium enim Sveo Goth. à  
 3 hostibus infestatum, non solum primo anno sui  
 Regiminis liberavit Rex, cum uno hostium pacem  
 faciens, cum altero congregiendi donec pacem ex-  
 torqueret; sic cum uno solo Polono dimicaret) con-

Ocasio insti-  
 tutionum die-  
 rum solen-  
 nium precatonum.

clufit piè Rex declarandã effe Deo pacificatori gratiarum actionem, & instituendam anniverfariã folennitatem precationum, alijs tamen alijsq; temporibus pro re nata accommodatam, ne folennitas in abufum demigraret. Itaq; novis femper diplomatibus effe iteranda & determinanda anniverfariè hæc folennitas, quam fervavit pius Rex Guftavus toto tempore vitæ fuæ, five domi, five foris in militiã vixerit, nosq; patriotæ post luctuofam mortẽ noftri, pientiffimi Regis, adhuc informamur diplomatib. noftræ hæredit. Principis & Celfiffimæ Reginæ El. quos precationum dies arbitrariè felectos hodieq; celebremus, additã in fingulis diplomatib. pænã transgrefforibus mandati Regij infligendã. Diploma primũ de 3 folennib. precationũ diebus an. 1612 devotè frequentandis, fic fonat.

” N Os Guftavus Adolph. D. G. Svec. Coth. Vand. Rex  
 ” Electus & Princeps hæredit. Magnus Dux Finlandiæ,  
 ” Dux Eftthoniæ, Vefmanniæq; omnibus ac fingulis  
 ” noftris fubditis, Nobilibus & plebejis, Ecclefiasticis  
 ” & Politicis Clementiam & favorẽ Regium, fignificantes  
 ” probeq; monentes quod aliàs vobis notiffimũ effe,  
 ” vid. patriam noftrã multos jam annos poenæ divinæ  
 ” varijsq; plagis fuiffe fubjectã, ut præter fociata mala,  
 ” (peftẽ & famem) fimus diuturno bello ab hoftibus patriæ  
 ” illato gravati. Accedit damnũ patriæ per mortẽ  
 ” Sereniff. Regis Caroli IX, patris noftri dilectiff. (fanctæ  
 ” recordationis) augmentatũ, dũ confilio & auxilio  
 ” noftri prudentiffimi ac fortiff. magistratus, hoc periculoso  
 ” tempore deftituimur. Quare nobis neceffum  
 ” erit, ut ad Deũ confugiamus, actaq; feriã poenitiã  
 ” irã Dei mitigemus, fuffulti certiffimã fpe promiffionũ  
 ” Dei, quod iram fuã à poenitentibus avertat, pænãq;  
 ” miti-

mitiget. Hoc ut seriò ab omnibus fiat, deliberāmus  
 cum nostro dilecto Senatu *institutos esse quosdam*  
*dies solennium precatonũ, pñj, jejunijs, quibus diebus no-*  
*stri subditi, omnesq; in Regno viventes tam juvenes quàm*  
*senes, quos inevitable impedimentum non detinet, cujus-*  
*eunq; ordinis vel gradus fuerint, in Ecclesia ad celebra-*  
*ndum Dei cultum frequentes comparabunt se, 19 Junij, qui*  
 est dies à Venere olim nominatus, proximè sequens  
 Dominica Trinit. & his duobus diebus insequentibus  
 sc. 26 Junij & 3 Julij. His totis diebus volumus nostros  
 subditos in toto Regno, & adhærentibus provincijs,  
 Finlandia & Livoniã, præsentem in Ecclesia conveni-  
 re, & precibus ac jejunio deditos, sedulo auditui verbi  
 Dei incumbere. Quod si nostri Emisarij aut servi  
 fuerint tunc temporis in itinere constituti, jubemus  
 ut proximam Ecclesiam accedant, cum cæteris sacra  
 peracturi, quibus absolutis progrediantur ulterius si  
 necessarium illis propositum sit iter. Habemus recens  
 Exemplum impetrati hoc modo Dei auxilij, dum  
 post diem solennium precum, ultimã Januarij novis-  
 simè celebratum, profligatus est hostis à finibus no-  
 stris, magnoq; numero prostratus interiit; idem fu-  
 turum Dei auxilio his piè celebratis diebus certò sta-  
 tuimus. Quoniam verò multi sunt im morigeri, qui  
 hoc Edicto parum videntur moveri, quin potius datã  
 operã contrariũ agere gestiunt; *idè mandamus offi-*  
*ciarijs nostris ubiq; agentibus, simulac Consulibus civitatũ,*  
*ut omnes tabernac. occludant diebus precatonũ diebus, imò*  
*cellarijs atq; quasvũ officinas obserent, ne quicquã tunc of-*  
*feratur venale, modò velint pænã infra nominatã evitare.*  
 Jubemus Pastores Ecclesiarũ diligẽter annotare trans-  
 gressores nostri mandati, in quos hæc statuetur pænã.



„ Qui vendiderit his diebus vinum, cerevisiam, sive aliud  
 „ quid emptori tradiderit, solvet venditor 40 marcas, em-  
 „ ptor tres. Uterq; aget publicam penitentiam, deprecando  
 „ scandalum. Hanc pecuniam multatitiam exigent  
 „ mox Tutores Ecclesie, Pastor cum Sexviris, absq;  
 „ aliquo juris processu, distribuentes illam in 3 partes,  
 „ unam proximo Nosocomio, alteram pauperibus  
 „ in eadem Ecclesia, tertiam ipsi Templo attribuen-  
 „ dam. Qui negaverit impositam numerare pecu-  
 „ niam, exigent illam strictè sine morâ nostri officia-  
 „ rij, qui tradent expositam Sexviris Ecclesie. Si trans-  
 „ gressor paupertate premitur, ne impositam pecu-  
 „ niam reddere queat, illum carcere includent nostri  
 „ officarij, ut pane & aquâ sustentetur in panam de-  
 „ licti. Si Pastor aut Sexviri nolint arguere transgresso-  
 „ rem nostri Edicti; sed gratiâ familiaritatû aut benevo-  
 „ lentia, causam subiteant, exponens illi singulis vicibus  
 „ 40 marcas. Non enim valet hic respectus persona; sive  
 „ exemptio magnifici, aut divitû; sive commiseratio senis aut  
 „ pauperis: Sed omnibus qui nobis obedientiâ sunt,  
 „ obligati, hoc seriò observandum præscribimus, mo-  
 „ dò velint panam Eccl. & Politicam effugere. Vos  
 „ omnes ac singulos rectè valere optamus. Holmiæ  
 „ 29 Aprilis An. Chr. 1612.

## CAP. IV.

Controversia de usu Ethicæ Gentiliû in Scholâ  
 Christianorum.

ORtam esse Controversiam de propositione no-  
 minata inter doctissimos Patriotas, L. Pauli-  
 num G. Episcopum Strengn. & M. Jonam Magni Wex. Pro-  
 fessorem Eth. in Acad. Upsal, Omnibus ferè notum est.  
 Occa:

Occasionem notæ controversiæ recenset Paulinûs in præf. suæ Sch. Eth. sic scribens. In Consistorio Stocholm. An. 1613. die 17 Julij sermonibus de Academia perverso statu, in aliquot horas ultrò citroq; protractis, tandem sententiarum hinc inde symbola conferebantur, de pia ac necessaria Academiae reformatione, eaq; ut absq; mora executioni committeretur, *Magnifico ac Generosiss. Dno. Regni Svec. Cancellario*, consultum videbatur, ut unâ cum *Rev. Dn. Archiepiscopo ego & D. D. J. Raumannus*, reformationem illam quantocyus susciperemus. Sed nescio cujus vel fati, vel casus. vel hominis injuriâ aut incuriâ illam irritò voto expectavimus. Cum ergò theses de Ecclesia Christi & Sathanæ conscriberemus, adposuimus problema de Ethicæ gentilis è Scholis Christianorum ejectione. Postquam Professor Ethicæ in Acad. Ubsal. hoc problema legisset, suæ professioni grandem dicam fuisse scriptam, litemq; allatam conquestus est. Instituit igitur Disputationem publicam in defensionem causæ Ethicæ. ventilatam in Acad. An. 1615. die 16 Dec. Jacta hac aleâ scripsit Episcopus Strengn. Scholas Ethicas, seu animadversiones in impiam (quam vocat) defensionem à practico Ubsal. in causâ Ethicæ Gentilis susceptam. Ibi definit hunc esse statum controversiæ, *Ethicam Gentilem ex sola lege Natura exstructam, nequaquam esse proponendam juventuti in Scholis Christianorum, ut disciplinam virtutum & morum redricem*. In his Scholis datur longa Responsio ad Theses M. Jonæ Magni, quæ vocatur Refutatio opinionis practicæ, & subjungitur assertio sententiæ de Ethicæ Gentilis explosione, ex S. Scriptura desumpta.

Huic scripto opposuit M. Jonas Mag. Wex. Legitimam (ut vocat) vindicationem defensionis, problemati de explodenda Ethica Aristotelis oppositæ. Ibi format hunc statum quæstionis. *An Ethica, constants noticiâ legû natura, quatenus eam naturaliter Deus notam esse voluit, inter reliqua Doctrinarum Philosophicarum genera, qua naturam explicant, & ad humanam vitam spectant, non in hunc præchiè finem, ut sit qualiscunq; disciplina morum, quin multò magis propter alias utilitates, qua ex Ethicâ & Politicis repetuntur, in hac Regiâ universitate, aliquo tandem ordine & loco toleranda videntur?* Si hunc statum à me confictum (sicut Professor) porro dixerit, libenter cedo, & concordiam de facili iniri posse largior, utroq; obtinente quod intendit. *Quontam verò pius & sapientissimus Rex Svec. noluit controversias Doctorum in patria extare, contulit hac causa.*

## CAP. V.

*Edictum Et. Regis Svec. de Decimis,*

**U** Statum est in patria, ut succedentes imperatores confirmant statuta antecessorum, ideo Edicta Regia que jubent subditos justè solvere Decimas frugum, legitime à singulis Regibus confirmata, Sic Gustavus Adolphus Et. Rex scripsit Edicta principio sui Regiminis publicata Ny-copia 7. Jan. an. 1613, quibus inhibuit nullus officarius militiæ vel Politicæ, nedum alius, retineret Decimas ex omni frumento dandas. Pravaricatori imponit Edictum indignationem Regis, ut pledeatur pænâ furti,

*Edictum specialius scripsit Rex Gustavus paulò ante Coronationem suam, hoc tenore,*

**N**Os Gustavus Adolphus D. G. Rex &c. Significamus ad nos esse relatum, quod subditi dent frau-

du-

dulenter Decimas, undè non solum Clericis, sed ipsi  
 coronæ damnum accersitur maximum. Quoniam  
 vero antecessores nostri, pij Reges, hanc causam  
 sibi summè commendatam esse voluerint, testibus  
 Edictis quæ hodiè extant, tum avi nostri, p. m.  
*Gustavi I.* quod dedit Arosiæ An. 1528. ubi præcipi-  
 tur Decimas esse dandas à Tritico, Sitigine, Hordeo,  
 Avena, Cicere, Faba, Rapæ, Oleribus, Lino, Canna-  
 bi, Lupino, Butyro, Porris, Anseribus, Vitulis, Agnis,  
 Avibus, alijsq; omnibus divinâ benedictione & curâ  
 agricolæ multiplicatis, Repetitum est hoc mandatum  
 Ubsaliæ An. 1556. etiam à Rege *Job. III.* patruo no-  
 stro nunc piè demortuo, inculcatum est An. 1572.  
 & mandatis varijs dilectiss. Patris nostri, p. m. *Re-*  
*gis Caroli IX.* prohibetur, ne ullus retineat Deci-  
 mas Coronæ & Ecclesiæ debitas; nolumus igitur.  
 nos pio officio in hac parte deesse: Sed seriò man-  
 damus, ut singuli nostri subditi, speciali privile-  
 gio non donati, in omnibus Regionibus ac ditio-  
 nibus juri Svético subjectis, maturè exponant De-  
 cimas, quas jus divinum & Sveticum cum multis  
 Recessibus, receptaq; consuetudine jubet reddend-  
 das, & eas in granarium Ecclesiæ ac Pastoris ad  
 necessariam sustentationem ministerij Eccl. infe-  
 rant. Mandamus Præfectis nostrisq; officarijs omni-  
 bus, sub imperio nostro ubiq; agentibus, ut habeant fir-  
 delitem hujus rei inspectionem, præcavendo querelas Cle-  
 ricorum, & nostram indignationem, illis debitam qui  
 defraudant Ecclesiam suis bonis. Hoc singuli nostri  
 subditi in formam correctionis debitæq; executio-  
 nis, sibi præscriptum esse sciant. Signatum *Över-*  
*bro* 24. Febr. An. Chr. 1617.

De Decimis segetum sunt postea conquesti Pastores Smolandenses, fieri sibi injuriam, dum ipsorum auditores tribulis excutiunt Decimas ipsis debitas; & retinent paleas ac culmos usui domestico utiles, contra morem aliarum Regionum. Cumq; hi Pastores potissimum alant boves, armenta & greges, paleis & culmis sustentandos, rogabant submisse Regem, ut Edicto caveret, ne agricolæ Smoland. excuterent grana Decimarum Pastoribus debiturum: Sed ut *ex agro redderent Pastoribus tritentem suum ante trituram*. Hoc Edictum publicatum est Helmiæ die 7 Junij An. 1626.

## CAP. VI.

*Acta Eccl. conclusa Örebrogia an. 1614 & 17.*

Postquam intellexisset El. Rex Svec. maximum inde damnum patriæ surgere, quod errores facile admittantur in patria, qui literas proditorias ab exteris, ausu Jesuítico adferunt; augetur hoc malum inde, quod nostri studiosi in exoticis terris peregrinantes, accedant Academijs Jesuíticas, ut in Religione ac studijs Papist. informentur; quo decepti modo, sive suâ sponte redeunt, sive subornati à Deceptoribus suis, in patriam ablegantur, excitant persæpè magnas tam in negotio Religionis, quam in statu politiæ turbas. Duxit itaq; Rex consultum, ut ordines Regni in comitijs Örebrogensibus an. 1614 congregati, huic malo remedium adferent, statuendo quæ ad patriæ salutem & religionis Evangelicæ conservationem pertinent. Sic Decretum est hoc anno, ne ulli errores admittantur in patria liberè oberrare. Repetitur est hoc Decretum ibidem.

an. 1617.

An. 1617, & specialiter prohibitum est, ne ulli *Studioſi* Sveci, qui in alijs terris causâ experientia peregrinantur, *accedant Scholas Jesuisticas*, quocunq; prætextu id excusare velint. Et postquam hi ipsi, de lustratione exterarum terrarum redierint, tenebuntur rationem reddere suæ peregrinationis, præsertim ubi studuerint, & à quibus præceptoribus sint informati. Si parentes Suetico imperio subiecti, subministraverint sumptus filijs suis, scholas Jesuisticas frequentantibus, proditores patriæ merito censentur. Quod si filij indigenarum, has Scholas injussu parentum accesserint, excident omni hereditate paterna, & à reditu in patriam prohibebuntur. Si ignoti peregrinantes advenerint, vel Sveci extra patriam à pueris educati ad nos redierint, dabunt Regijs officarijs rationem sui itineris, quidvè in patriâ nostra expedire conantur indicabunt, nè per deceptores ignotos, favorem simpliciorum ambientes, deludantur rudiores. Ultimò conclusum est, ut omnes patriotas in confessione fidei & Evangelica veritate, Upsalæ Anno 93. publicata, & ab omnibus indigenis communi concilio approbatâ, constanter & unanimiter perseverent.

Studioſi Sveci  
fugiant Scholas  
Jesuisticas

Religio Evan-  
gelica confir-  
matur.

## CAP. VII.

Munificentia Regis Gust. Adolphi declarata Academia patriæ.

Affectum pij nominati Regis in literas & literatos, non opus est verbis amplificare, cum ipse eundem re ipsa satis abundè declaraverit, Nam à principio Regiminis sui studuit Academiam patriæ, longo jam tempore defloratam, & propter continua bella aliq; impedimenta nondum in-

Rrrr

inte-

Triples Bibliotheca datur  
Acad. Ubsal.

integrum restitutam, restaurare, omnibus modis clariorem reddere. Hoc perfecit pius nominatus Rex, tum convocando partim ex Svecia, partim ex Germania quosdam Doctores, omniumq; facultatum constituendo Professores, quibus digna stipendia mox ordinavit; tum comportando instructissimam Bibliothecam, usui Academico destinatam. Primò *dedit Rex Patria Academia omnem aulam suam Bibliothecam*, à pijs doctisq; Regibus Svec. suis antecessoribus proximo seculo collectam, ex hæreditate sibi relictam, jamq; numero non exiguo auctam, quam totam in Archivum Acad. transportari curavit. Postea *auxit pius Rex hoc honorarium ex præda hostibus abreptâ, partim ex Borussia, partim ex Franconia in Patriam allata*. In Borussia & Ecclesia Varmiensi fuit numerosissima Bibliotheca, antiquis Scriptoribus exornatissima; hanc integram Regi Svec. loco prædæ relictam, transmisit Rex Academiae Ubsaliensi. In Franconia ex Arce Herbipolensi fuit Bibliotheca Episcopi & Ducis ibid. neq; numero librorum, neq; æstimatione pretij priori inferior. Hanc rex sibi reservavit captâ arce, licet reliquam prædam splendidâ Gazâ multisq; bonis refertissimam militibus distribuisset in præstitæ fortitudinis, in arce expugnanda declaratæ, compensationem. Totam hanc Bibliothecam Rex noster Ubsaliam ablegavit, ubi hodiè invenitur ea Bibliotheca tripliciter aucta, qualem Academia vix alia monstrare poterit. Hæc munificentia pij Regis, & amplificatio Acad. Patriæ nullo unquam tempore memoriâ hominum excidat.

## CAP. IIX,

*Confirmatio Academiae Ubsal. per R. Gustavum  
Adolph. facta.*

**N**OS Gustavus Adolphus D. G. Rex Svec. &c. cc  
 Omnibus ac singulis nobis subjectis, Acade- cc  
 miæ & Civitatis Ubsal. civibus notum facimus. cc  
 Quemadmodum ab ineunte ætate, & à primis an- cc  
 nis imperij, seu gubernationis nostræ, studium cc  
 nobis adfuit reponendi Regnum hoc nostrum in cc  
 meliorem statum, & ijs Rebuspubl. conformandi, cc  
 quæ priores pietatis & humanitatis laude clarue- cc  
 runt. Nec ulla res feliciores unquam reddidit cc  
 Respubl. quam **PIETAS, FORTITUDO & PRU-** cc  
**DENTIA** eorum, quibus tum sacrorum cura, tum cc  
 politicarum quoq; rerum administratio commit- cc  
 titur, quorum in hoc nostro imperio haud exi- cc  
 guus numerus requiritur. Quid vero ad hanc rem cc  
 momenti conferant literarum studia, manifestum cc  
 est omnibus. Nos itaq; in Dei gloriam, & Regni cc  
 nostri felix incrementum Academiam hanc ere- cc  
 ximus, privilegijs ornavimus, redditui ex bonis cc  
 proprijs & fundis hæreditate acquisitis suppedita- cc  
 vimus. Ac ne quid desit ad hujus societatis re- cc  
 ctam confirmationem leges fieri curavimus, quas cc  
 ab omnibus Academiae & Civitatis Ubsal. jurisdic- cc  
 ctioni subjectis Civibus accuratè servari debere cc  
 præcipimus, sicut subjecta verborum forma de- cc  
 clarat.

## CONSTITUTIONUM ACADEMIÆ UBSAL:

Cap. I. De Academia, ejusq; Civibus.

II. De Cancellario Academ. ejusq; jure & officio,  
 ut & de ProCancellario.

Rrrr 2

III. De



- III. De Concilio seu Consistorio duplici, & utriusq; officio. Alterum majus seu publicum ex omnibus Professoribus ordinarijs constans: Alterum minus constitutum ordinariè ex 10 Professoribus ordinarijs, probatissimis viris. Additur juramentum Assessoris in Senatu Acad.
- IV. De Rectore, ejusq; tum Electione, tum introductione, tum officio, tum privilegijs. Additur juramentum futuri Rectoris; etiam juramentum Studioforum.
- V. De Prorectore, quando illustris persona Rector eligitur.
- VI. De Deliberationibus & processu suffragandi.
- VII. De ordine judiciorum & appellationibus.
- IIX. De Electione Professorum, Electorum confirmatione, introductione, eorumq; officio in genere & coërcitione.
- IX. De Decanis facultatû & eorû Electione & officio.
- X. De professionibus & Sessionibus tam in Academ, quam in Exequialibus pompis.
- XI. De Quæstore, ejusq; Electione & officio.
- XII. De Adjunctis Philosophiæ, eorumq; officio.
- XIII. De Notario Academia, ejusq; officio.
- XIV. De ministris publicis, eorumq; officio.
- XV. De depositione discipulorum à Decano Philosophiæ examinatorum.
- XVI. De promotionibus. Qui promovendi. Quomodo examinandi, qui ritus adhibendi, qui sumptus faciendi candidatis, quos his gradus conferant.
- XVII. De Disputationibus in genere & in specie, tam publicis quam privatis.
- XIIX. De lectionibus tum in genere, tum in specie.
- XIX. De

XIX. De Classibus & Examinibus.

XX. De Ferijs Acad.

XXI. De inspectoribus 1. Aerarij publici & ædificiorum. 2. Fisci facultatum. 3. Mensæ communis. 4. Stipendiariorum. 5. Bibliothecæ. 6. Typographiæ.

XXII. De moribus Studioforum pijs.

CAP. IX.

*Donatio Regis Gustavi Adolphi collata Academia Upsaliensi.*

**P**Rudensissimus Rex observans fuisse prioribus temporibus sæpè mutata Professorum Acad. Upsal. stipendia, idq; cum studiorum liberalium maximo in patria detrimento; consultam videbat constituere perpetuam Academia sustentationem, datis certis prædijs, quorum Coloni redderent Academiae sua annuatim vectigalia: Quod donum, ut maneret perpetuum, nulloq; tempore immutandum, de bonis allodialibus, proprioq; sua hereditate donavit pius Rex Academia Upsal, hæc prædia aeterno Testamento retinenda. Tenor scriptæ donationis sic sonat.

**N**OS Gustavus Adolphus D. G. Svec. &c. Rex. Significamus nos huic studio maximè incubuisse, quod etiam ad pium Regem præcipuè pertinere intelligimus ut de Ecclesiâ ac verâ Religione conservandâ bonoq; ordine Regiminis ubiq; servando præcipuè gauderemus. In hanc curam fidelitèr incubuisse omnes Christianos vereq; pios Principes novimus. Quoniam igitur in nostra patria florere Scholas & Academias volumus, ubi liberalia exercitia vigeant, ne obruat nos barbaries quæ per talium exercitiorum neglectum, & negatam docentibus in Scholis & Academijs mercedem, imperia turbat &

„ obnubilat: Sicut constituerimus hæctenus docenti-  
 „ bus in Scholis Provincialibus & Cathedr. dandam  
 „ esse ordinariam sustentationem; ita supremam in  
 „ patria Scholam Ubsaliã olim fundatam, nostrã mu-  
 „ nificentia amplifiandã, & perpetuò conservandam  
 „ decrevimus. Quare ex bonis nostris allodialibus pro-  
 „ priaq; hæreditate avitã & paternã ordinamus ad su-  
 „ stentationem tam docentium fidelium in Acad. Ubs.  
 „ quã discipulorum diligentissimorum, qui partim  
 „ ex stipendio, partim ex communi mensa sunt  
 „ alendi; hæc prædia tributaria infra nominata, in  
 „ provincijs Regni Uplandiã & Wesmanniã colloca-  
 „ ta (*Edictum publicatum per Typographum Ubsal. an-  
 „ no 1624. numerat prædia triginta sex, data Academia te-  
 „ stamento aeterno, appositã descriptione, in quo territorio,  
 „ parcella & pago, illa inveniuntur. His adjunxit Re-  
 „ gia clementia 4. molas, item prata vel agros extra pa-  
 „ gum tributarios 26.*) Addimus ad liberaliorem su-  
 „ stentationem Acad. frumentum ex decimis colle-  
 „ ctum, quod infertur anniversariè in Granaria harum  
 „ Ecclesiarum in Helsingiã, *Ulfsta / Zerfid / Väinäs /  
 „ Sörstad & Dillboö.* In Wesmannia, *Muntatorp /  
 „ Biorstoggh & Torpa.* Hæc prædia, agros & molas  
 „ cum omni tributo, sive antiquitus ordinario, sive  
 „ superaddito, jamq; usitato, ex illis annuatim red-  
 „ dendo, quocunq; nomine veniat in presenti;  
 „ omnia (inquam) tributa nobis nostrisq; hæredibus  
 „ abalienamus, donantes illa nominatæ Academiæ  
 „ testamento aeterno; sicut & segetum Decimas in-  
 „ nominatis granarijs quotannis collectas, absq; omni  
 „ taxa ab Acad. Ubsal. retinendas statuimus. Colo-  
 „ nos nominatorum prædiorum ab omni gravami-  
 „ ne

ne à coronâ imposito liberamus. adeò ut ipsi Re-  
 gij's officarijs ne ad minimam commendationem  
 subsint: Imò nec parangarias aut ulla servitia vul-  
 garia, horum jussu præstent, solo excepto casu, si  
 nos in personâ, aut exercitus noster in militiam,  
 pergens, angarias more patrio quærimus, tunc  
 ministrabunt hi ipsi equos & necessaria subsidia,  
 prout vicini illorum egerint. Legibus Sveticis  
 licet hi Coloni cum suis, in omni jurisdictione  
 sint subjecti: tamen inspectioni unius quæstoris  
 Acad. parebunt, qui exiget ab illis omnia tribu-  
 ta, etiam extraordinaria, juxta Decreta comitio-  
 rum ad sustentandum exercitum Svet. contribu-  
 da, quæ nobis & coronæ semper reservata volu-  
 mus. Itaq; collecta per Quæstorem hæc tributa  
 à colonis prædiorum Acad. nostro usui justè an-  
 numerabit, eorumq; rationem Thesaurario Regni  
 reddet. *Quomobrem Nobis nostrisq; heredibus natis  
 vel nascituris nominato prædia, agros, molas & gra-  
 naria Ecclesiarum, cum debitò tributò ac proveniunt ab-  
 alienamus, & nostra Acad. Upsal. in perpetuum ad-  
 dicta contestamur.* Jubemus igitur nostræ Camerae  
 consiliarios, Gubernatores ac officarios in Uplan-  
 dia, Wefmannia & Norlandia, ut prædictæ Acad.  
 hæc prædia, agros, molas & granaria, absq; mo-  
 ra relinquant, & in continua esse possessione illius  
 finant, juxta tenorem nostræ donationis. *Non  
 dubitamus futuros Reges Svec. vero amore Religionis  
 ac literarum inflammatos, huic rei adfuturos, ne quic-  
 quam de hac sustentatione Acad. patria velint subtra-  
 dum, quin potius si necessitas postulat, donaria ad-  
 dant.* Prohibemus omnes ac singulos, qui Nobis  
 obe-

obedientiã sunt obligati, aliquid huic Acad. ejus  
 Quæstori aut prædiorum colonis, contra hoc Edi-  
 ctum inferre, modo velint nostram indignatio-  
 nem justamq; pœnam effugere. In confirmatio-  
 nem hujus instrumenti, subscriptionem nostræ  
 manus apponimus, & Sigillum Regium imprimi  
 curamus.

## CAP. X.

*Ordinantiã Regis Gustavi Adolphi quomodo Studiosi  
 64. de stipendio Regio participant, alijsq; 100  
 communitate viduus publicè alantur.*

ORDINAVIMUS (*sunt verba Regis*) in Acad. Ubsal.  
 sustentandos esse publico stipendio Studiosos  
 64. quos in Classes certas esse distingvendo jubemus,  
 ut in 6 Classibus sint personæ 60, quarum dimidia  
 pars sit addicta studio Theologico, altera politico.  
 In septima Classe sint numero 4, illiq; Magistri &  
 Philosophiæ adjuncti, qui alios stipendiarios  
 exercebunt & rudiores informabunt. De hoc  
 stipendio nemo participabit priusquam Rector &  
 Senatus Acad. de qualitate promovendi tulerint  
 sententiam, dederintq; promovendo testimonium  
 diligentis, ut dignus tali beneficio videatur. Hunc  
 ita probatum commendabunt Professores Cancellario  
 Acad. ut confirmetur Stipendiarius Regius. Cavebunt  
 omnes alium promovere, quam pauperem, diligentem,  
 eo ingenio præditum, illisq; moribus deditum,  
 ut promotione dignus censeatur, etiam sit is ita  
 informatus ijsq; parentibus natus, qui de nostra  
 Evangelica Religione rectè sentiunt, de præsentis  
 statu patriæ ac Rege Svec. optimè loquuntur.

tur. Promovendus deprehendetur talem fecisse  
 progressum in studijs ut linguam latinam purè lo-  
 quatur, sciatq; Rhetoricam & Logicam cum ini-  
 tijs Græcæ Lingvæ. Confirmatus Stipendiarius re-  
 tinebit hoc beneficium per sexennium, donec in  
 studijs tantum profecerit, ut administrando certo  
 in patria officio; cui se dederit, sit sufficiens. Quod  
 si poterit per culturam & exercitium sua breviori  
 tempore absolvere studia, cedat alteri locum obti-  
 nendi stipendium; isq; hætenus stipendiarius com-  
 mendabitur alijs promotoribus testimonio Recto-  
 ris & Senatûs Acad. quod si inveniatur dispositus  
 ut publico officio præesse possit. Quod si locus  
 non vacat, ut alibi promoveatur, aut si alia se of-  
 ferat occasio, cur beneficio stipendij diutius uta-  
 tur, requiret is speciale nostrum privilegium, si  
 id concedatur. Quemadmodum neminem promo-  
 tione indignum ad nostrum stipendium admit-  
 timus; ita nullum Stipendiariorum hoc beneficio  
 privandum esse volumus, nisi causa delicti sit ju-  
 stè examinata & à Rectore ac toto Acad. Senatu  
 dijudicata. Inspectores Stipendiariorum erunt  
 duo Professores conjunctim, unus Theologus, al-  
 ter Philosophus; qui alternatim singulis hebdo-  
 madis disputabunt, & Stipendiarios exercebunt  
 juxta Ordinantiâ à Nobis confirmandam. Sin-  
 gulis annis agant duo Professores alternis vicibus  
 hanc inspectionem, neq; ullus ab hac liberabitur,  
 quin potius singulorum labor condignam mercedem  
 reportabit. *Volumus ut 100. Thaleri distribuatur  
 inter diligentissimos stipendiarios, qui disputando,  
 perorando, majorem præ alijs diligentiam declarant.*

„ Sic enim proleſtantur reliquit, ut progreſſu factant in  
 „ ſtudijs majores. Ordnamus 100 Studioſis commu-  
 „ nitatem victus. Quæſtor Acad. reddet bis in an-  
 „ no ſumptus ex præſcripto neceſſarios, tum æcono-  
 „ mo hujus communiratis: tum Stipendiarijs prius  
 „ nominatis. Ex his Studioſis in communitate vi-  
 „ ventibus erunt 60 dediti ſtudio Theol. reliquis 40.  
 „ in collegijs Regni politicis ſuo tempore operam  
 „ collocabunt. Diſpoſitio horum Studioſorum erit  
 „ eadem quæ ſupra de Stipendiarijs dicta eſt. Inſpe-  
 „ ctors horum Studioſorum erunt etiam duo Pro-  
 „ feſſores, qui attendant rationem victus & vitæ il-  
 „ lorum. Si offendant aliquos immorigeros, qui  
 „ nullam correctionem admittunt, hos ſocietate il-  
 „ lâ excludant, juxta inquisitionem Rectoris & Se-  
 „ natus Acad. Hoc vobis ſignificatum ſcītote.

## CAP. XI.

*Privilegium bonorum Acad. Uſſal. undequorũ  
 acquiſſorum.*

„ NOS Guſtavus Adol. D. G. Svec. &c. Rex, ſigni-  
 „ ficamus quemadmodum hætenus Regiã cle-  
 „ mentiã ac ſingulari curã optimæ conſtitutionis in  
 „ dilectã patriã dirigendã, profectusq; omnium no-  
 „ ſtrorum ſubditorum promovendi, laboraverimus  
 „ ut uſus verbi Dei purus ac ſalutaris continuò ma-  
 „ neret, per fidelem informationem juventutis in  
 „ Scholis & Acad. ita conſtituimus omnibus Scholis  
 „ provincialibus & Cathedralibus ſuum ſtipendium,  
 „ inſuper ex Bonis noſtris allodialibus & Granarijs  
 „ Eccl. ordinavimus Academiæ Uſſal. ſuam libera-  
 „ lem

lem sustentationem, tam docentibus ibid. quàm,  
 discantibus diligentibus sufficientem, juxta Lite-  
 ram Diplomatum de his datorum. Quandoqui-  
 dem agnoscimus hoc esse factum pium ac religio-  
 sum, possunt etiam alij, præsertim opulentiores,  
 nostro Exemplo moniti, ad Academiæ honorem  
 & amplificationem contribuere Bona sive immobi-  
 lia, sive alia pro cujusq; conditione, dum utilita-  
 tem ac necessitatem studiorum considerant. Ve-  
 rum ne absterreantur ditiores ab hoc pio facto,  
 metuentes Bona Academiæ in alios usus esse trans-  
 portanda, statuimus hoc Edicto, ut *omnia bona im-*  
*mobilia, sive à ditioribus huic Acad. data, sive dona-*  
*rijs ditiorum in Acad. possessionem per emptiorem ac*  
*quesita, omnia sint in illius possessione perpetua, ijdem*  
*privilegijs dotata, quibus prædita à Nobis data, volui-*  
*mus esse Academia Ubsal. addicta, servato tamen cu-*  
*jusq; jure hereditario.* Quapropter nominatam Aca-  
 demiam Ubsaliensem nostro Regio patrocinio sub-  
 esse volumus, serio mandantes, ne quisquam hoc  
 præsentem vel futuro tempore detrahat eidem Acad.  
 sive Bona sua immobilia quovis modo acquisita:  
 sive tributa ac Reditus, quos prædiorum Coloni  
 quotannis reddere tenentur. Si contingat contro-  
 versia, dum aliquis præsumit sibi jure deberi pos-  
 sessionem alicujus Boni immobilis huic Acad. ad-  
 dicti, agat is hanc causam in Foro legitimo, ca-  
 veatq; ne ullâ aliâ ratione sibi possessionem alicuj-  
 us prædij Acad. vendicet. Quod nostræ Camera  
 Consiliarij, Gubernatores, Camerarij, omnesq;  
 qui Nobis obedientiâ sunt obligati, sibi injunctum  
 sciant, ne ullam violentiam Regiæ Acad. contra



hoc Edictum inferant aut inferri sinant. Signatum & subscriptum in arce Holmensi, 31. Augusti. Anno 1624.

## CAP. XII.

*Rex Svec. Gustavus Adolphus dedit Ecclesijs patrie pecuniam multam arctam Fisco Regis debitam.*

**F**inito Bello Danico, accidit miserabilis casus in territorio Smolandia: *Wibbo.* moverunt quidam Rustici, praesertim in duabus ibid. parochijs habitantes seditionem, volentes Regium Praefectum ejusque Scribam dilaniare, causam praeferentes, quia hi officarij praeter instructionem suam, & ultra Exemplum Edicti Regij videbantur exigere tributa a subditis Regis. Hoc molestè ferentes dicti parochiani, non vocabant hos officarios in publicum jus; sed se vindicare volentes, contra jus & fas, ipso die judicij adoriuntur Scribam praesentem, ipsumque sceleratè interficiunt, fractam etiam justitiae domo. Itaque *contempto jure abiverunt re infecta a publicis judicibus.* Hos scelestos vocavit in jus Rex Svec. & auctores sceleris condemnatos criminis laesae Majestatis, in rotam egit. Alij qui partim approbassent scelus; partim maleficium essent cooperati, postquam capite damnati erant, sunt clementiam Regis a definita pena liberati, numeratam pro Reorum facultatibus multam pecuniae a Rege determinatam, quam aliquot mille Thaleris integram dedit totamque Rex Ecclesiae *Funecop.* cujus Templum simul cum tota Civitate incensum erat sub novissimo

*Secundo bello Danico.* Jussit itaq; Rex ut Ecclesia hoc ære dotata, maturius novam Templi structuram inciperet. Accidit alius casus sub nominato bello Danico, Anno Chr. 1612. in Vestrogothia. Erat Castellanus in arce *Eksharburg* qui obsidionem Danorum non repressit, sed deditioem fecit. Quare ab indignatione Regis se redemit, numeratis 4000. Joachimicis, quam omnem pecuniam pius Rex Svec. *dedit duobus Templis Cathedrali, Upsal. & Arosicis.* Tanto videlicet ardore promovendæ veræ Religionis, ordinisq; Eccl. conservandi flagrabat hic CHRISTIANISSIMUS IMPERATOR, non solum principio sui Regiminis, sed toto vitæ tempore, quod Acta Eccl. infra ostendent.

## CAP. XIII.

*Biblia Suetica sunt mandato & impensis Regis  
Gustavi de novo excusa.*

**C**ELSISSIMUM specimen pietatis declaravit Electus Rex Svec. Gustavus Adolphus, procurando impressionem Bibliorum Sueticorum, ultra 70 annos in patria omissam: Quæ enim Exemplaria tunc erant publicata, partim malè asservata, tinea ac vetustate perierant, partim alicubi servata, alijs non sufficerent; quare denuò recudenda esse Biblia Suetica ordinavit, dato quibusdam doctis Theologis stipendio, qui summaria Capitulorum & notas orthodoxas adderent. *Voluerunt autem hi ipsi retinere antiquam versionem Bibliorum, ex B. Lutheri versione*

SIII 3

Gera

*German. plerumq; desumptam, addito huc Exemplari copiosissimo indice.* In hujus operis publicatione quantitas fecit Rex Gustavus Adolph. impensas, sumptusq; necessarios, res ipsa loquitur. Nam præter numeratam stipendium dictis Theologis, dedit etiam pecuniam non exiguam sculptoribus laminarum ænearum ad ornatum operis & Historiarum Bibliocarum artificiosè dispositarum. Delineationem terræ promissæ inter Israëlitas distributæ; item Tabernaculi & Sanctuarij cum Figura sacrorum vasorum à Mose & Salomone factorum, sicut & Templi Salomonis egregiam formam juxta Exemplar Ben. Ar. Montani procuravit Rex imprimendam; dedit toti huic operi sumptibus liberalibus, ad perfectionem illius necessarijs. Huic labori ea benedictio divina adfuit, ut *totum Vetus Testamentum viderat Rex publicatum ante suam coronationem An. Chr. 1617,* postea prodijt ex eadem Typographia Holm. *Novum Testamentum Bibliorum summarijs Captum & notis marginalibus sicut prius excusum.* Exemplaria Bibliorum benè multa primò videbantur excusa; tamen intra paucos annos ita erant distracta, ne unum extaret venale. Quare Typographus Lubecensis suis rebus prospiciens, hæc Biblia proprijs sumptibus in 4<sup>to</sup> impressit. Deinde Typographus Lugdunensis Batav. quæsivit privilegium imprimendi Biblia Svetica in forma minori, omissis summarijs & notis; quo dato privilegio ab El. Regina Svec. post mortem luctuosam pientissimi R. Gustavi Adolphi, ita usus est Typographus Lugd. ut bis emitteret in forma minori nostra Biblia; in priori Exemplari addidit Manuale Sgeticum in nostris Ecclesijs usitatum.

## CAP. XIV.

*Constitutiones Eccl. ab Episcopis & Superintend. in Comitijs Örebrog. an. 1617. congregatis, p. 1. sancita.*

1. Ad correctionem multiplicium peccatorum hodiè creberrimorum videtur necessarium, ut peccatores notorij, quibus Magistratus vitam indulget ex gratia, dum ipsi publicam agant pœnitentiam, stantes præ foribus Templi denudent dorsum, inq; manu teneant virgam, dum populus Templo egreditur.

2. Scortatores qui in hoc peccato sunt primum inventi, dum publicè absolvuntur à Præposito, dabunt in signum pœnitentiæ, ad restorationem sui Templi vel proximi Nosocomij; *Scortator 3. Thaleros, meretrix Sesquialterum.* Qui sæpius (quod absit) redeunt his peccatis obnoxij, deprecabuntur scandalum & absolventur in Ecclesia Cathedrali.

3. Qui violant Sabbathum, sive laboribus non necessarijs, sive itineribus, ne Templum frequentent, verbumq; Dei audiant, *dabunt 3. marcas,* prævaricator qui caret ære, *laborabit in usum Ecclesia.* Qui resistit ordinantiæ. comparebit in Capitulo.

4. Quicumq; Sponsam suam ante consummatum conjugium deflorat, plectetur Thalero, in usum Ecclesiæ numerando. Si ambo sunt pauperes, stabunt præ foribus Templi, duabus Dominicis, scandalum deprecaturi, quam eorum pœnitentiam, Concionator è Suggestu pronuntiabit.

5. Sponsa à marito suo deflorata, privabitur in processu nuptiarum splendore usitato, & apparebit tecto capite absq; corona, ornatu vili incedens.

6. Cle-

6. Clerici, qui suis Episcopis & Superioribus sunt immorigeri, aut litigiosi, privabuntur officio donec resipiscant.

7. Pastores locupletiores, quibus magna beneficia Eccl. sunt collata, nolunt tamen auxilio esse suis fratribus in accolatu habitantibus, illis sc. negando quicquam subsidij in reddendis contributionibus cuiq; Pastoratui impositis, prout Episcopus cum Capitulo designant contributionem inter Pastores ex æquo esse dividendam. Hi ditiores negantes egenis fratribus subsidium, permutablebunt cum iisdem beneficia Eccl. seu Pastoratum, ut hi majori beneficio donati, sint vicissim reliquis subsidio. Qui locupletiores etiam permutationem recusant, justè priventur omni beneficio Eccl. tanquam Decretis Comitiorum & politia conservationi resistentes.

8. Referunt officarij Magistratus expensas Pastorum Elzburgianas, decreto Comitiorum contribuendas, adhuc restare. Qui pertinaciter nolunt debitum suum solvere, eos nostro ordine indignos judicamus.

9. Pastores uxoribus orbat, & ad vota secunda transire volentes, expectabunt annum viduum, priusquam ducant alteram uxorem, aliàs dati scandalali multam sufferent.

10. Clerici qui amoris meretricum addicti sunt, privabuntur officio per annum, & carceri Scholastico includentur per octiduum; dabuntq; in usum studiosorum 10, *Thaleros*. Dum vero restituantur officio, deprecabuntur ipsi suâ voce scandalum datum.

11. Clerici vitiantes propriā Sponsā, privabuntur officio per anni dimidiū, dabuntq; Studiosis 5 *Thaleros*:

12. Clericus qui applicat Nuptijs meretricios amores, privabitur per annum, & transferetur ad alium locum, ubi scandalum datum est ignotum.

13. Qui convocat operarios computatione tractandos, pridie Festorum aut Dominicæ alicujus, quos ita inebriat, ut postero die Templum non accedant. Si Pastor hoc fecerit, dabit in Templi usum 2 *Thaleros*: Si auditor ita tractet suos operarios, *plectetur Thalero*.

14. Multi conqueruntur Elementa S. Cænæ irreverenter tractari, & distribui quandoq; cum auditorum scandalo vinum acidum: quare nolumus Pastores hujus scandali auctores esse: Sed volumus ut committant Tutoribus Ecclesiæ omnem inspectionem frumenti ejus, & imponant illis comparare vinum optimū, distributioni S. Cænæ inserviens.

15. Juniores ministri Eccl. monentur vitare scandala aliquibus amica, partim disputationibus inter pocula usitatis, partim fraternitatibus levissimorum hominum ad S. ministerij contemptum directis.

16. Levitatem vestimentorum etiam in nostro ordine cum maximo simpliciorum scandalo nimiū crescere videmus. Itaq; volumus ne nostri ordinis homines huic malo se misceant, sed abstineant ab omni tum splendido, tum novitatem redolente vestitu, sintq; contenti indumento simplici, gravitatem officij representante. Assuescant etiam uxores & liberi Clericorum simplicitati vestitus; imò Rectores Scholarum & discipuli illorum hanc simplicitatē vel imprimis observabunt, nisi velint pœnam dati scandali sufferre gravissimam. **I t t t** 17. Men-

17. Mendici vulgò per totum Regnum sine ordine discurrunt, quod ne in posterum fiat, caveamus. Veri mendici commendentur pijs hominibus sui Episcopi & Capp. literis.

18. Scholares colligentes stipem more confecto in Ecclesijs, si habitu luxurioso contra hanc ordinantiam accedant Ecclesias, monentur Pastores Eccl. nequaquam commendare tales suis auditoribus, neq; admittere ut stipem in Ecclesia colligant, nisi hi ipsi penam inobedientiæ sufferre eligant.

19. Sunt quidam Errones, qui nomine Scholarium vel studiosorum curitare solent, collecturi Eleemosynas in studiorum subsidium. Hos esse promovendos sine Episcopi aut Rectoris testimonio ferri prohibemus. Subscriperunt.

*P. Kenitius A. Ubs. Pet. Jona E. Wex. L. Paul. Goth. E. Str. Olav. Stephani Aros. B. Jona Kyt. E. Linc. Joh. Aug. Calm. Sylvester Phrygius Skedwij. Jon. Nicolai Martestad.*

## CAP. XV.

*Rex Gustavus Adolpb. in coronatione an. Chr. 1617. non solum confirmavit Religionem Evangelicam, sed illius defensoris quosdam primarios Theologos patriæ, augmentis honoris condecoravit.*

Quod El. Rex Svec. hætenus summa pietate, maximaq; fidelitate laboraverit conservandâ esse Religionem Evangelicam in patria, promovendo Academiam Ubsal. & Scholas simul cum docentibus & diligentibus discipulis, fatis explicuimus: censuit insuper doctos Theologos in honorem Religionis & favorem ordinis Eccl. esse summo honore condecorandos. Sic voluit Coronationis suæ Actum pro-

processu Religioso cohonestandum. Convocando  
 4. Theologos, sc. *Archiepiscopum M. P. Kenclium, &  
 Episcopum Strengnensem M. L. Paulinum Goibum*, cum  
 suis Concionatoribus aulicis *M. Joh. Rudbechio &  
 Joh. Botvidi Tb. Candidato*, quos in Templo Ca-  
 thed. Ubsal. solenniter conferri summum in Theo-  
 logia gradum, qui vocatur *Doctoratus*, edixit. Pro-  
 cessus promotionis hujus, quia alibi recitatus est,  
 & more Academico, nominatis collatus, non est  
 necessum ut hic iteretur. Post annum venit in-  
 vacantem sedem Episc. Aros. ipse Concionator au-  
 licus, D. Joh. Rudbechius.

## CAP. XVI.

*Infantia quorundam illiteratorum examinatur Linco-  
 pia, Anno 1618.*

Quamquam Rex Svec. *Gustavus* esset vera Evangel.  
 Religioni addictissimus, neq. admitteret aut do-  
 ctrinam hareticam, aut doctorem aliena proponentem:  
 sicut erat conclusum in Concilio Nationali Ubsalia cele-  
 brato an. 93: tamen versipellis *Sathanas* voluit simpli-  
 cem populum patrie simplici pietate puraq. Religione  
 continuè gaudere. Quare excitavit quosdam furiosos  
 de grege ac illiteratos homines, qui de Christo & Evan-  
 gelio mira & dira, spiritu quasi Judaico effutirent. Hi  
 quosdam antesignanos in superiori Suedia invenerunt, in-  
 ter quos erat quidam Rusticus nomine *Jonas*, qui de  
 visione Angelica sibi gratulabatur, qua praesumptam ejus  
 fidem confirmabat. Hic Rusticus se literas nunquam  
 legisse dicebat, tamen magnum volumen stylo currenti  
 Svedico contra Evangelium scripserat. Scriptura erat

Tit. 1

con.



Blasphemia  
Pseudochri-  
stianorum.

confusè exarata, omisit quibusdam literis; & alicubi syllabis, ut ex contentu esset à doctis eruendus illius styli sensus. Cumq; praterderet hic furiosus se ab Angelo didicisse tum stylum, tum rem ipsam, subsumebant quidam ex vulgo, hanc revelationem fuisse divinam, neq; contemnendam esse illam novitatem. Pius itaq; Rex Suec, Gustavus Adolphus studens præcedere ne Affectarum Coterva augetur, convocabat Archonticos hos Litocoplam, ubi conventus erat Senatorum & Episcoporum Regni, principio Anni 1618, qui examinarunt voluena illud Revelationum Fone, quod continebat multas blasphemias contra Christum & Evangelium exaratas. Nativitatem & passionem Christi exposuit hic spiritus vertiginis allegoricè, quasdam Historias Biblicas, præsertim miracula Christi describentes planè negavit, reliquas falsavit. Examinatos hos furiosos, neq; altam præter nudam apparentis spiritus revelationem, prætendentes causam sui erroris, hortabantur Episcopi ut resipiscerent, & Christo ac Evangelio verè crederent. Verum illi suo spiritui acquiescentes in sententia permanserunt. Quomobrem judicarunt Examinatores, ut hi Christum & Evangelium blasphemantes è medio tollerentur; Siquidem ait Deus 2. Præcepto Decalogi, Dominus non habebit illum in fontem, qui nomen Dei blasphemaverit: erat exemplum in illum statutum, quem Deus iussit lapidari, quod nomen Dei contemptum nominasset. Hæc sententia mortis invenit executionem, postquam pius Rex aliquandiu expectasset frustra illorum resipiscentiam; & quævit patria ab hoc furore liberata.

29 Eodem tempore visus est Cometa in formam  
30 virgæ longissimæ extensæ productus, dum primò  
erat

erat accensus circa medium mensis Decembris, Anno Chr. 1617. complectebatur corpus ejus quartam ferè partem cæli, & ferebatur cursu velocissimo ab Austro in Septentrionem, ubi post aliquot septimanas extinctus non apparuit.

Quos indicabat is tumultus bellaq; gentium, non solus populus Christianus in Europa, sed totus ferè hic orbis terræ noverit testari.

## CAP. XVII.

*Ordinantiæ Eccl. Svec. renovatur ab Episcopis patriæ.*

**E**cclésiæ Svec. Ordinantiã fuisse publicatã, tempore Regis Joh. III. supra legitur l. 3. c. 6. Quoniam vero in ea Ordinantiã servarentur quædam Ceremoniæ superstitiosæ, quas abrogatas voluit Concilium nationale Ubsaliæ frequentatum. Anno 93. conclusum erat in aliquibus Comitibus (vide l. 5. c. 1. 3. & 10. renovandã esse hanc Ordinantiã, præsertim per Episcopos Regni, quibus cura Ecclesiæ nostræ plurimum incumberebat. Itaq; collegerunt hi varias Ordinantias Ecclesiarum Evangelicarum in Germania, & alibi usitatas, & institutã collatione *scilicet* *novam Ordinantiã Eccl.* quam obtulerunt humilimè S. R. M. Svec. ut eandem relegeret & confirmaret: Sed frequentes tumultus bellici in oppressionem patriæ ab hostibus dispositi, detinebant pium Regem, ne oblatã Ordinantiã relegeret. Igitur post aliquod tempus renovarunt Episcopi scriptum illud, rogantes ut ipsum privilegio pij Magistratus exiret.

Tunc respondebat pius Rex Gustavus Adolphus, *Quandoquidem negotia Regni administrandi detinent nostrum studium dispenendi singularia, qua ad Bonum statum nostra Ecclesia sunt necessaria, instituemus valente Deo Generale Consistorium Eccl. quod Ecclesiam nostram representabit, & oblatam Ordinationem releget, omniaq; disponet, qua videntur ad florentiam nostra Ecclesia statum utilissima, ne quidquam hic in officio pij Magistratus desideretur.*

## CAP. XIIX.

*Jubilaeus celebratur in Sueo Gothia.*

*An. Chr. 1621.*

**A** Nnus recurrebat Centesimus à prima Reformatione nostra politica & Ecclesia, expulsis de patria cum Christerno II. Suecorum Tyranno, Episcopis Papatibus. Hoc seculo cum illuxisset veritas Evangelij patriotæ, bonaq; Politia hic florisset sub Religiosis ac celsissimis Regibus de Suetico Sanguine profeminatis, sc. Regis Gustavi Adolphi avo, Patris & Patre, noluit pius Rex hanc benedictionem divinam obtulione sepultam videri. Quare instituit jubileum hoc Anno Christi 1621, tribus diebus solenniter celebrandum, juxta Edictum Regium, cujus summa hac est.

„ **N**OS Gustavus Adolphus D. G. Svec. Goth. Vand.  
 „ Rex &c. Omnibus Patriæ inquilinis, Nobis di-  
 „ lectis, Illustribus, Nobilibus, Reverendis, Doctis.  
 „ Strenuis, Prudentis. fidelibus subditis, cujuscunq;  
 „ Ordinis Eccl. & Politici, in Sueo-Gothia, Finlan-  
 „ dia, Esthon. & Ingria, gratiam & clementiam Re-  
 „ giam.

Quan-

Quandoquidem multis modis haecenus perce-  
 perimus, & oculari demonstratione intellexeri-  
 mus singularem Dei curam, nobis omnibus abun-  
 dè declaratam, quâ dilectæ Patriæ benefecerit hîc  
 colligendo & amplificando suam Ecclesiam verâ  
 prædicatione Evangelij: hîc sustentando ordinem  
 politici Regiminis repressione plurimarum machi-  
 nationum, in damnum patriæ ab hostibus dispo-  
 sitarum. Adde domesticam felicitatem nobis abun-  
 dè præteritis annis benignè exhibitam benedictio-  
 ne annonæ & cohibitione pestis, nostros fines haud  
 ita pridem ingredientis. Quibus multiplicibus  
 beneficijs gratiâ Dei ornati, continuas Deo lau-  
 des dicere non intermitteremus, sollicitè rogantes,  
 ut divina nobis gratia porrò adsit, quò nostra Ec-  
 clesia & Politia continuò floreat. Quod si al-  
 tius hanc causam repetamus, & singularissimam  
 gubernationem nostræ patriæ divinâ providentiâ  
 proximo seculo continuatam observemus, patebit  
 Nobis, totiq; patriæ certissimum argumentum ex-  
 tollendi bonitatem Dei, nostramq; gratitudinem  
 Deo intimis affectibus demonstrandi. Nam no-  
 stram familiam hoc seculo ad solium Regni Svec.  
 exaltavit Deus, nosq; in eadem eminentiâ hodiè  
 sustentat. Nobis, patriæq; dilectæ veritatem ver-  
 bi sui & multiplicia beneficia toto hoc tempore  
 idem Deus clementèr donavit, quam divinam be-  
 nignitatem subticere, ab animo Christiano alle-  
 nissimum erit. Primò notum est omnibus quam  
 caliginem doctrinæ cælestis temporibus antegressis  
 offudit majoribus nostris Papa Roman. Indicat  
 etiam Historia patriæ quas excitavit Sathan illis  
 tem-

Causa instituti  
 Jubilei.

„ temporibus turbas in Regimine patriæ nostræ;  
 „ quandoq; introducti sunt peregrini Reges, haud  
 „ benè cupientes patriæ, quo modo periclitabantur  
 „ jura Regni, & multorum privilegia corruppeban-  
 „ tur: ex quo malo proveniebat illa gravissima Ty-  
 „ rannis R. Christierni II. hîc crudeliter anno 1520.  
 „ patrata; de qua satis lamentabiliter conqueri non  
 „ possumus: Tunc enim omnia publica mala, quæ  
 „ solent Regiones devastare, nostram patriam con-  
 „ junctim obruebant. Sub quo fatali statu patriæ  
 „ excitabat Deus nostrum avum, sanctæ recordatio-  
 „ nis heroa, *Gustavum I. Regem Svec.* qui magnani-  
 „ mo ac felicissimo facto cepit An. Chr. 1521. 21. Jan.  
 „ liberare patriam oppressam, reprimendo Tyranni-  
 „ dem R. Christierni II. Usus est etiam Deus præ-  
 „ nominato nostro avo velut instrumento *ad expur-  
 „ gandas de patria tenebras Papisticas, & illuminandos  
 „ patriotas, ut lucem Evangelij viderent, in quâ pate-  
 „ facta veritatis viâ hodieq; conjunctis animis ambula-  
 „ mus.* Quoniam hæc beneficia Dei sunt æternâ re-  
 „ cordatione dignissima, nolumus hæc ullo tempo-  
 „ re obliteranda, neq; laudes hoc nomine Deo de-  
 „ bitas intermittendas. Quapropter Nos Exemplum  
 „ piorum Regum imitantes, & vos consuetudinem  
 „ religiosorum subditorum servantes, laudemus so-  
 „ lennitèr nomen Dei in æternum. Requiritur insu-  
 „ per supplex oratio, ut benignissimus Deus sequen-  
 „ ti seculo purum suum verbum in patria prædicari  
 „ concedat, & bonum statum politicum patriæ ele-  
 „ menter largiatur, etiam augeat bona privata & cu-  
 „ jusq; officium larga benedictione secundet, aver-  
 „ tat hostiles machinationes, etiam pestem rursus

Modus celsi-  
 brandi Jubi-  
 lizum.

appropinquantem, aut mitiget panam. His pre-  
 cibus publicis addat quilibet fidelis suas proprias  
 necessitates ac molestias, quas perferre ac supera-  
 re singulari Dei auxilio debeat, nullus dubitans  
 divinum auxilium præstò futurum omnibus invo-  
 cantibus eum in veritate. Quanquam hic cultus  
 Dei omnibus ac singulis tam privatim, quam pu-  
 blicè incumbat: tamen placet ad excitandam ma-  
 jorem attentionem, divinorum benefactorum, in-  
 situere hoc Centesimo Anno Jubileum, seu solennes  
 dies precationum & publicarum Concionum, videlicet  
 hos tres, 21. Jan. 21. Febr. 21. Martij; quos dies sa-  
 cro usui destinamus, & ab omni labore servili va-  
 cuos hoc anno pronunciamus. Jubemus igitur,  
 ut singuli nostri subditi, etiam peregrini, qui tunc  
 temporis in nostra Regione & adhærentibus pro-  
 vincijs moram nectunt, Templum accedant, sa-  
 cris actionibus intersint, & publicas preces pro con-  
 servatione Ecclesiæ Dei nostræq; patriæ commo-  
 do fidelitèr fundant, memores malorum, quæ vi-  
 dentur toti Christianismo impendere, quæ debent  
 studio pietatis amoveri. Ut autem hoc fiat ex-  
 peditius, interdiciamus illis diebus usum commessatio-  
 num, luxuriei, omniumq; peccatorum, & tabernas  
 omnes ac edes inhistorias occludi jubemus, nec ullus  
 penorium aut cellam propriam aperiat ante meridiem,  
 postea claudatur ad horam cana, quâ peractâ hora  
 Septimâ, mox cludentur Penarium & Cella his Jubi-  
 lai diebus. Quis suam cellam prius patefecerit, aut se-  
 rius occluserit, vel quicquam his diebus vendiderit, singu-  
 lû vicibus debet panam 50. marcarum, cujus dimidium  
 numerabitur proximo nosocomio, reliquum Tem-

Præcipitur  
 pietas & Tem-  
 perantia inco-  
 larum.

plo parochiali. Hoc ut justam habeat executionem, officarij Regij cum Sexviris Ecclesie rectè observabunt. Ad conformitatem in omnibus nostri imperij Ecclesijs servandam, curavimus subjungi huic Diplomati Textus Biblicos singulis diebus explicandos, additis Psalmis peculiariter occinendis. *Quare mandamus omnibus ac singulis, ut verà pietate hoc Festum jubileum celebrent, totamq; vltimam piè traducant.* Ministros Eccl. adhortamur, ut auditores suos in his omnibus ritè instituant: Peculiariter monemus Episcopos & Superintendentes, ut quisq; in sua Diæcesi faciat suos Pastores de hoc Jubilæo maturè certiores, quo singuli ad hujus Festivitatís dignam celebrationem se convenienter præparent. Hoc vobis omnibus ac singulis significatum scitis. Publicatum Anno Chr. 1620. 3. Decembris.

*Hos 3. dies Jubilæos magnâ Festivitate celebrârunt singula Ecclesia imperio Svec. subjecta. Præscripserunt Episcopi Pastoribus perlocas Textuum, Regis jussu Ecclesijs proponendorum, In quo opere laboravit imprimis Episcopus Strengn. L. Paulinus Gothus, publicando per Typographum suas lucubrationes ad informationem Pastorum scriptas. Nec defuerunt suo officio Professores Acad. Upsal. qui orationibus publicis suos discipulos ad declarandam Deo conservatori sua Ecclesia, proq; Regi nostro, ejusdem nutritio, gratitudinem debissam sedulo hortabantur.*

## CAP. XIX.

*Scriptum Archiepiscopi additum Jubilæo.*

Archiep.

**A**rchiepiscopus Upsal. D. Pet. Keniclus scripsit anno jubileo copiosum scriptum toti Clero patrie dedicatum, in quo admonebantur omnes ministri Eccl. sedulo hortari suos auditores egere seriam penitentiam, plamq; vivere vitam; arrepta occasione, quia patria penam peccati (continuum bellum) indefinenter sufferre cogitur, idem causam pena (gravia peccata) in sese recte agnoscat & deprecetur. Hoc ut universi ac singuli mature considerent, describit varia peccata, quibus patria videtur obnoxia, deinde formam penitentiae apponit, sic dicens.

**D**ecet nos, quos Deus in Ecclesia sua constituit Speculatores, ut oportune precaveamus mala imminencia, corrigendo tum nos ipsos, tum nostros auditores, dehortando usitatissima peccata, imprimis crapulam & levitatem morum, & precando ut Deus remittat nobis talia & reliqua delicta, conservet pium nostrum Regem, cum toto exercitu, ad debellandum hostem jam procedente. Ut autem haec admonitio quid moveat, commonefiant auditores

I. Irae divinae, variarumq; paenarum exinde dependentium, juxta testimonia & exempla innumera in S. Scriptura allegata. Si auditores haec consideraverint, redeunt certe in seipsos, propriam vitam cognoscentes, ut fateantur peccata sua tam superiores quam inferiores, Exemplo Davidis Psal. 32. Jeremiae Thr. 3. Danielis Cap. 9. Quanquam omnia peccata sint Deo abominabilia, dignam paenam attrahentia; tamen haec sunt praecipua, quae paenam accelerant. I. Ingratitudo, qua homo suscepti boni, praecipue celestis immemor, Deo nullam gratitudinem repen-

Admonitio

I.

Ut agnosca-  
mus peccata



dit, & hoc vitium primo Dei præcepto contrarium est. Nos Sveci sumus hoc seculo à tenebris Papisticis liberati, & in lucem Evangelij tracti, vereor perpaucos esse, qui hoc Dei beneficium considerant, ipsiq; debitas gratias persolvunt. 2. Abusus nominis divini per levia jura-  
 menta, diras imprecationes, hominum in morte & passione Christi maledictiones, quantum sit peccatum & quâ penâ dignissimum, explicat 2. præceptum Decalogi. Quod impietas hominis rapiat hoc peccatum in consuetudinem, ut respicere nolit, testatur experientia. 3. Prophanatio Sabbathi, nec minus meret supplicium; hæc continuatur hodieq; per comotationes, luxum conviviorum, scortationes, aliaq; flagitia, quæ adeò crescunt Sabbathis, Festisq; diebus, ut his solis licitum esse vacare peccatis præsumat vulgus, dum alios dies dicatos esse laboribus perficiendis intelligat. 4. Patres & superiores à multis contemni videmus, dum pro salute Magistratus precari multi patriotæ sunt tardi, imò conscripti milites pugnantem Magistratum potius deserunt, quam tunc illi suam operam fidelitèr conferunt. 5. Multi committunt datâ operâ homicidium, sæpè occidentes innocentem, deinde vitam à Magistratu impetrant, quibus Deus gravitèr minatur Proverb. 28: 17. 6. Impuram vitam eligunt lascivi, ideò 6. præceptum audacter contemnunt, ut sibi etiam laudi ducunt scortari. 7. Quomodo transgrediuntur reliqua Dei præcepta homines vani, ad oculum possit demonstrari. Ebrietas & crapula augmentum ad-  
 dunt

dunt peccatis, ut impij neq; sentiant se peccare, neq; castigari: Sed velut Ebrij evigilant, præcipitati in miseriam, testibus Prophetis Esa. 5. Joël. 1.

Deinde videmus audaciam peccandi vel inde crescere, quia homines vix credunt Deum irasci peccatis, sed cogitant bonitatem Dei dare sibi spatium peccandi: Unde securam traducunt homines vitam, credentes ipsam hypocrisin esse pietatem, veram. Quare necessum erit, sæpè proponere auditoribus testimonia & Exempla iræ divinæ & pænarum peccatoribus inflictarum. 1. Exemplum pænæ peccati ab Adamo & Eva patratæ, ostendit & terram & inhabitatorem in transgressione mandati divini obijci maledictioni. Dixit enim Deus Adamo, maledicta erit terra in opere tuo; & Caino dixit, Maledictus tu super terra. Quid damni adfert maledictio divina legitur Levitic. 25. Deuteron. 28. 2. Preparantur peccatoribus etiam gravissimæ plagæ, bella, Scorpiones, inusitati morbi, pluraq; mala, teste Scriptura Psalmo 7. & 73. Deuteron, 28. & 31. 3. Exempla pænæ divinæ in diluvio mundi, interitu Sodomæ, Pharaonis cum Ægyptijs, Israëlitarum in deserto murmurantium contra Deum, aliaq; innumera Exempla terrorem securis peccatoribus incutient.

II.  
Observemus  
Deum irasci  
peccatis.

Postea erit necessariû, ut auditores informentur quomodo possit ira divina pænâq; debita mitigari, videlicet per penitentiam veram, seu aversionem à peccato & conversionem ad Deum, quæ in his consistit:

III.  
Supplicibus  
remittere pec-  
cata per Chri-  
stum.

1. In vera contritione, quâ peccator agnoscit se errasse, dum Spiritus S. arguit peccatum proposita lege Dei, additaq; comminatione pænæ transgressoribus debita. De hac pænitentia David & Prophetæ in multis locis loquuntur. 2. In sincera applicatione beneficiorum Christi, quam vocant fidem salvificam, eamq; Scriptura N. T. fidelitèr inculcat. Ad confirmationem hujus fidei necessum est, ut auditores informetur de gratia Dei pænitentibus oblata, & in S. Scriptura copiosissimis promissionibus ac Exemplis declarata, sine qua noticia neq; valet contritio pænitentis, neq; fides carebit hypocrisi.

IV.  
Requiritur nova obedientia.

Ut auditores faciant fructus dignos pænitentia, sedulo sunt admonendi: Nam cum unusquisq; deserat impietatem, qui invocat nomen Domini, id præcipiente Apostolo Roman. 6. & 13. Eph. 4. Gal. 5. 2. Tim. 2. decet pænitentes vel maximè omnem impietatem & peccata fugere, piæq; vitæ studere.

V.  
Etiam veræ assiduaq; preces.

Adhuc erudiendi sunt auditores nostri ad necessitatem ac utilitatem precum, quæ habent & mandatum & promissionem exauditionis. Hoc Exemplis piorum precantium debet illustrari. Ps. 50. Matt. 7. & 26. Luc. 18. 1. Thess. 5. Jac. 5. &c. preces instituentur primariò de rebus gloriam Dei nostramq; salutem spectantibus; hæc cum offerantur à Deo simpliciter, & ab omnibus pijs expectantur unicè, sunt illa bona à Deo petenda sine omni exceptione vel addita conditione, quam pii orantes de temporalibus solent suis precibus includere. Sic David fugiens Absolonem dixit

2. Reg.

2. Reg. 15. Si voluerit Dominus me reducere, fiat: Si non, paratus ero voluntati ejus obtemperare. Et Christus in horto: Si possibile est, transeat à me, calix iste: Veruntamen non quod ego velim, sed quod tu.

In specie monendi sunt auditores nostri, fideliter orare pro nostro Magistratu, Rege clementissimo, & pro illustribus Regni Senatoribus, totoq; statu politico, sicut præcipit verbum Dei Jerem. 29. 1. Tim. 2. Exempla monent idem. Patriarcha Jacob benedixit Regi Pharaoni, qui postea benefecit Israëlitis Gen. 50. Moses precatus est Deum, ut mitigaret plagas Regis Ægypti, & exauditus est Exod. 8. Samuel affirmat se non intermissurum preces pro Rege & populo effundendas, 1. Samuel. 12. Esaias Propheta precibus ad Deum directis impetravit pacem Regi Ezechia ab Assyrijs oppresso, Es. 37. Moses etiam potius suis precibus vicit Amalechitas, quam Josua armato exercitu. Exod. 17. Sic vicit Josaphat multitudinem suorum hostium 2. Par. 20. Hoc considerantes nos Sveci in statu præsentis, dum pius noster Rex pergat cum exercitu in militiam, cum hoste conflicturus, qui excludit legitima pacis media, nostrumq; interitum machinatur. Precemur itaq; divinam Majestatem, ut fortunet iter nostri Regis totiusq; exercitus, det Regi sana consilia & prosperum successum: terreat hostes nostros, illorumq; consilia in nostram perniciem disposita dissipet, nulli dubitantes quin hæ preces fidei animo profectæ, à Deo exaudiantur.

Decet nos ministros Eccl. fideliter monere

no-

VI.  
Pro Magistratu & Ecclesia  
fundenda.

VII.  
Magistratui  
pio benevolè  
obediendum.

nostros auditores, ut debitam suo Magistratui obedientiam promptè declarent, juxta præceptum Apost. Rom. 13. 1. Pet. 2. ubi docetur 1. neminem subditorum eximi ab hac obedientia: Unde patet falsissimum esse dogma Marcionitarum, Manichæorum & Anabaptistarum, qui pertinaciter negabant Magistratui obedientiam. Estq; falsum dogma Papisticum, quo eximunt Clericos à tali obedientiâ, & sic committunt crimen manifestum. 2. Omnem Magistratum esse à Deo constitutum, esseq; Dei ordinationem, teste Scripturâ Sap. 6. Prov. 8. 1. Sam. 13. Unde Apostolus ait Eph. 6. eos servire Deo, qui serviunt Magistratui. 3. Commoda promanant à bono Magistratu in omnes subditos, quæ enumerantur Coll. 3. is enim est constitutus custos utriusq; Tabulæ Decalogi, idq; pius rectè exequitur defensione veræ Religionis, quo modo gloria Dei promovetur abjectâ omni superstitione, etiam administrat Magistratus subditis jus & justitiam, unde pax, concordia, piâq; vita rectè floreat. 4. Panam denunciat Apostolus omnibus sese Magistratui opponentibus, quod Scriptura alibi docet Prov. 24. Absolonis pœna est nota 2. Sam. 18. etiam Chore, Dathan & Abiron. Uagge Ignatius ait: *Oportet nos venerari superiores nostros, quia nemo unquam impunitus abiit, qui contra superiores suos sese extulit.*

IIIX.  
Et crux pio-  
rum patien-  
ter ferenda.

Quoniam molestissima continuatio diuturni belli multos affligit, qui neglectis causis pœnæ publicæ, citius per impatientiam aggravant panam divinam, quam per pœnitentiam mitigent impostam, Quapropter moneantur fideliter auditores

nostri, ferre patienter hanc p̄nam, belliq; molestiam, juxta admonitionem Dan. 9. Jud. 8. jubemur etiam per tribulationes ingredi Regnum c̄lorum, Matt. 11. & 16. Heb. 10 & 12. Addat Deus tentationi bonum exitum 1. Cor. 10. Hæc sunt præcipua puncta auditoribus nostris hoc tempore proponenda. Ut autem proficiat informatio, omnesq; faciamus quod nostri est officij, necessum est, ut auditores in Templis frequenter adsint diebus Dominicis ac Festis, simulq; publicarum precatio- num hebdomadatim usitatarum conventibus. Qui sine causa se absentant, castigentur merito juxta mandatum Regium de solennibus precibus An. 1612 editum. Prædicatores amplificabunt ex occasione unum, quandoq; alterum horum punctorum. Finita qualibet concione cantabunt Ministri cum Ecclesia, hunc versum, Da pacem Domine in diebus nostris &c. Etiam curabunt Pastores, ut singulis diebus in omnibus Ecclesijs pulset Ædituus campanam *PRO PACE*, Pastores informabunt suos auditores hujus facti usum, ut unusquisq; in quocunq; loco fuerit, audito pulsu campanæ, invocet Deum fideliter rogans ut pacem nobis tribuat, conservet piûm nostrum Magistratum, omniaq; ad salutem nostram perficiendam necessaria benignè largiatur. Amen.

## CAP. XX.

*Danato Dn. Johannis Slytte, collato Academiae Upsal.*

**E**GO Johannes Slytte in Grönsöd & Ellwäsidö,  
Regni Suecia Consiliarius & Eques Auratus.  
Xxxx Uni-

Universis & singulis, tam natis quàm nascituris, & ad quos hæ literæ pervenerint, testatum facio. Cum augustissimo rerum omnium Creatori nihil sit acceptius, nihil gratius, quàm ut eidem pro collatis in nos miseros mortales beneficijs, gratitudinis, si non condigna, saltem qualiacunq; *munera* præstemus; & divinæ suæ Majestatis in me extiterint beneficentiæ & clementiæ documenta inusitata: Omnium quos hic Sol adspicit, essem negligentissimus, atq; adeò ingratus, si huic rerum omnium tam coelestium, quam terrestrium largitori liberalissimo, nullum gratitudinis signum reponerem. Et cum piè & præclarè de Deo ejusq; voluntate sentientes salutarem hanc opinionem, fovere soleant S. S. suæ Majestati vehementer placere, si fructus earundem rerum, in quibus tradendis benedictionem divinam cumulatè abundèq; experti sunt, si inquam, earum fructus Deo præpotenti reddant. Quis mihi vitio vertet, si cum ex Amplissimo artium liberalium & disciplinarum variarum, quibus antehac incubui, studio immensas per Dei benignitatem utilitates retulerim, infinitas commoditates perceperim, exiguam grati animi portionem, gratitudinis declarandæ causâ, tum ut Dei honos augeatur, tum ut literariæ officinæ dignitas vehementius amplificetur contulero? Fateor, imò verò profiteor stupenda planeq; admiranda augustissimæ suæ M.<sup>ti</sup> in me collata fuisse beneficia. Quod quidem ex eo luculentius apparet, quod postquam bonis artibus & disciplinis totum me consecrare capi, nulla intervenerint impedimenta, quæ me à studiorum

Religiosissima  
causa dona-  
tionis.

cursu penitus avocare potuerint. Agnosco quoq; singularem divini Numinis in eo propensionem, quod cum sumptus ad tam salutare negotium felicius expediendum largissimè mihi fuerint exhibiti, toto eo tempore nunquam caruerim Præceptoribus, qui ardorem meum literarium promoverent; ut interim silentio præteream, quod Nobilissima Europæ Regna & provincias peragrandorundem quoq; Regnorum Academias perlustrarim, & in ijs cum hominibus eruditissimis de rebus præclaris & ad vitam hanc caducam & fragilem rectius gerendam accommodatis contulerim. Neq; vero peregrinationis longinquæ minor erat fructus, quod Regibus, Principibus alijsq; orbis terrarum Dynastis tum innotuerim. Divinæ clementiæ favor terminis hisce contineri minimè potuit. Etenim cum post varias profectioes Svecis Anno 1601. restitutus essem, non in obscurum quendam locum detrusus, sed in clarissimam Regiæ aulae lucem delatus, & *Serenissimo Svecorum Gothorumq; Rege Carolo, ejus nominis nono, adhuc vivente, Serenissimi Gloriosissimiq; ejus Filij Gustavi Adolphi, Dn. mei Clementissimæ*, qui jam rerum potitur, educationi integrum novennium adhibitus fui, injunctum mihi quoq; fuit, ut *Illustrissimi Principis, Johannis Ostro-Gothia Ducis, nec non Illustrissima ejusdem Conjugis Mariæ Elizabethæ* educationi & institutioni præessem. Cujus quidem educationis omnium difficultatum plenissimæ, ea retuli præmia, ut nominatus sempiternæ recordationis Rex Carolus, insignibus juribus & privilegijs Nobilitatis me ornavit, bonis & terris hæreditario jure possidendis



cūmulavit, meaq; operâ cum in conventibus Regni publicis, tum in legationibus ad orbis Europæi Reges, Principes & Respublicas Anno 1610 uti voluerit, quorum profectò insignem & nullo unquam ævo intermorituram expertus sum liberalitatem &c. Quamobrem cum dictarum causarum commemoratione contemplationeq; commotus, tum & potissimum excitatus, quod qualiscunq; illa opera, quam Deo perficiente, Eloquentiæ & Politices studijs exercendis consecravi, maxima ex parte Regum, Principum & aliorum benevolentiam mihi conciliavit, fortunas auxerit, vigore præsentium literarum statuo & ordino, ut *ex redditibus & facultatibus meâ Professor Eloquentiæ & Politices in Academia Upsalienti in perpetuum honorificè sustentetur, alatur*, pro ut fufius in literis donationis meæ super redditibus in usum consecratis, & conditionibus, quas factas tectasq; custodire velim, animi mei voluntas clarius est expressa, & omnibus ante oculos collocata. Quemadmodum verò sanctè religioſeq; profiteor me in negotio hoc instituendo & perficiendo, non duci ulla ambitione, sed hoc potissimum spectare, inq; eo summa cautionis diligentia elaborare, ut Deo ter optimo maximo portiuicula quædam gratitudinis à me præstetur, ut meo etiam Exemplo alij, qui ex studijs insignem utilitatem retulerunt, ad eadem juvandum & promovendum inflammentur. Ita *Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum Dn. Gustavum Adolphum Regnum Sueciæ, Gothiæ, Vandaliciæ, Regem, Magnum Finnoniæ Principem, Esthoniæ, Careliciæ,*  
Du.

*Ipsâ donatio,*

*Duceum, Ingratq; Dominum, Regem meum Clementissimum:* Nec non Sac. S. Regiæ Majestatis in Regno Sveciæ posteros & successores, humilimè & ea qua par est animi subiectione, rogo, compello, ne patiantur promptitudinis hujus meæ cursum ullo modo vel cohiberi, impediri, retardari: vel id quod deliberato consilio, certâ animi conscientia, atq; adeo constanti ratione & voluntate factum & in hos salutare atq; pios usus collatum est, malevolentissimorum hominum fraude & doli in alios usus transferri, interverti vel omninò auferri, summâ cum Eloquentiæ & Politices studiosorum jactura & detrimento. Illustres ibidem & Generosos Regni Svec. Senatores, Collegas meos sempiterno reverentiæ cultu prosequendos, per quâ officiosè obtestor, & cum ab iisdem, tum etiam ab insequentium temporum Regn. Sveciæ Senatoribus quanta possum animi contentione postulo, ut authoritatis suæ clypeo hoc qualescunq; dispositionis meæ munus tueantur & defendant. De alijs quoq; Regni Svecani incolis, cujuscunq; tandem Ordinis & eminentiæ fuerint, potissimum verò de ijs, qui literarum, promovendarum amore & desiderio tenentur, hoc mihi persuadeo, illos nunquam permissuros, ut Academia Ubsaliensis donationis meæ fructu & emolumento careat. Atq; ut omnibus constare possit hanc esse plenissimam atq; adeò irrevocabilem meam voluntatem, manus meæ subscriptione & Sigilli appensione literas hæc communiendas censui, quibus Filij mei charissimi bonis artibus sedulò jam invigilantes,

Xxxx 3

pu

puta *Johannes, Benedictus & Jacobus Skytte* nomina sua apposuerunt. Imò verò ut omnibus de hac mea voluntate cumulatiùs innotescat, ut dispositionis hujus mea legitima, sint testes locupletissimi, *Illustres & Generosos Dominos, Magnam Comitem in Wisingsburg / L. B. in Rydbyholm & Arholm / E. A. Archidiaconum & Regij judicij presidem, Abrahamum in Wisingsburg / L. B. in Riddbyholm. Carolum Caroli Gyldehjelmi / Admiratum L. B. in Bergwara / Dominum in Sundbyholm. Axelum Oxenskierna Cancellarium, L. B. in Rimicho / Dominum in Sijholm & Lijdo, E. A. Gabrielem Benedicti Oxenskierna / Armamentarij Præsidentem, L. B. in Mörby & Lindholm. Nicolaum Bielle / Regia Camera Consiliarium, L. B. in Solestadh. Philippum Scheding in Aunb / Dalecarlorum & Cuprimontanorum Castellanum, Gabrielem Gustavi Oxenskierna / L. B. in Rimicho & Forsa / Uplandia Governatorem & Castellanum Stocholmensem, omnes Regni Senatores: Nec non Nobilissimos viros Broderum Andrea Rholambium in Droo & Lenna: Joachimum Brendes in Strömsberg / Regia Camera Consiliarios; Johannem Magni Wisse sparre in Linsenhult & Laurentium Skytte in Sättra / Fratrem meum, Regij judicij Assessores. Hos inquam omnes summo studio, summaq; diligentia rogo & ab iisdem postulo, ne graventur manum suarum Scriptura & Sigillis appensis suum erga rem literariam favorem hac in parte profiteri ac declarare. Stocholmiae Anni post natum Christum 1622. 1. Januarij.*

*Johannes Skytte Senior, Magnus Comes in Wisingsb. Abraham Comes in Wisingsb, Johannes Skytte junior.*

*Caro.*

Carolus Byldenhielm. Axelus Oxensierna. Benedic-  
 tus Skytte. Nicolaus Bielle in Salestadh. Phi-  
 lippus Scheding. Jacobus Skytte. Gabriel Oxeno-  
 sierna L. B. in Wörebh & L. Gabriel Oxensierna G.  
 Broderus Andrea. Joachim Brendes. Iob. Magni  
 Wiffsparre. Laurentius Skytte,

## CAP. XXI.

*Confirmatio Donationis Skyttiana per Regem Gu-  
 stavum Adolphum.*

**N**OS Gustavus Adolphus D. G. Svec. Goth. Vand. “  
 Rex &c. significamus quod Noster, Regniq; “  
 Svec. fidelis Senator, Nobis dilectus, Nobil. & Ge- “  
 nerosus Dn. Johannes Skytte in Grönsöd & Elff, “  
 wesiö. E. A. indicat. submissè Nobis, velle se de- “  
 bitæ gratitudinis Symbolum Deo Omnipotenti, “  
 pro ipsius ingenti gratia & clementi benedictione “  
 sibi à pueris præstita, & felici rerum omnium suc- “  
 cessu divinitus concessö, declarare studio promo- “  
 vendi, animo promptissimo, laudatissimas artes “  
 liberales & disciplinas, ex quibus virtus & hone- “  
 stas non promanant solum, sed etiam iisdem omni “  
 seculo, luculentum suum successum referunt acce- “  
 ptum; velut ipse expertus est, qui eadem post di- “  
 vinam benedictionem egregias multasq; commo- “  
 ditates suppeditarunt. Adhuc ut alijs quoq; qui- “  
 bus Deus secularia Bona & divitias clementer lar- “  
 gitus est, ad parem gratitudinem & studiorum “  
 amorem atq; curam suscipiendam, exemplo esse “  
 quodammodo possit. Nunc (ut superius comme- “  
 moratum est) Deo dilectaq; patriæ honori ac uti- “  
 lita.

„ litati, sibi & posteris suis glorioso monumento  
 „ perpetuum depositum donat, tribuitq; Oratoriae &  
 „ Politicæ professionis usura & sustentationi in Aca-  
 „ demia Upsal. summam certè memorabilem, ut  
 „ super hoc consignatum instrumentum manifestè  
 „ explicat. Nos quoq; mentem suam non celavit,  
 „ in quem præcipuè finem intentionem suam ad  
 „ hanc peculiaritèr facultatem direxit, tum quoq;  
 „ quodnam erit supra memorati Professoris specia-  
 „ le officium & studium, videlicet quod omni se-  
 „ dulitate Oratorias & Politicas lectiones juventuti  
 „ fidelitèr seduloq; proponat, ejusdem facultatis ve-  
 „ rum usum & exercitium in Historiarum cogni-  
 „ tione ostendat, nec non ut quotannis celebret or-  
 „ natis & compositis orationibus immensam Dei  
 „ bonitatem ac misericordiam, quam in miserum  
 „ humanum genus indefinenter confert; juxta quoq;  
 „ defunctorum Sveciæ Regum (præcipuè eorum qui  
 „ ex gloriosissima familiâ Gustavianâ ortum ducunt)  
 „ gloriosas & fortes tam bello, quàm pace res ge-  
 „ stas decenter collaudet: non proprijs duntaxat  
 „ orationibus, verum etiam studiosam pubem in-  
 „ struat, ut illarum perorationes memoritèr absq;  
 „ chartâ conficiant: Tum quoq; ut gloriosissimè  
 „ dictorum Regum Annales methodicè perscribat,  
 „ atq; in lucem proferat, & cum celebribus exteris  
 „ viris pereruditis communicet de rebus ibi gestis,  
 „ quò illæ etiam in hoc Regno innotescant, sicut  
 „ ijdem è converso de his quæ in hoc Regno eve-  
 „ niunt, quæ propaganda sunt, denunciât. Hoc  
 „ suum memorabile propositum ad Ecclesiæ com-  
 „ modum institutum demissè rogat, ut non modo

Nobis placere sinamus, sed etiam Regiâ authori-  
 tate ipsum rati habere & ad memoriam postero-  
 rum confirmare velimus. Quoniam verò perspe-  
 ctum habemus nostri honorificè memorati viri ac  
 Senatoris institutum, non solummodò honestum,  
 & laudabile esse, sed etiam necessarium Reip. fo-  
 re, proinde Nos idipsum non solum probamus,  
 sed optamus ut nostri fideles viri, quos Deus opi-  
 bus pollere voluit, suam similiter liberalitatem  
 & promptitudinem erga patriam & posteritatem,  
 pari modo memorabiliter prælucere velint; *ex-*  
*bibemus itaq; huic benè præfati Dn. Johannis Slytte*  
*fundationi nostrum plenarium Consensum & Clemen-*  
*tem voluntatem, cum inviolabili confirmatione quod il-*  
*la in recto suo ordinario Esse, datâ infra legibus &*  
*conditionibus, hisce & futurâ temporibus vigeat &*  
*ratihabeatur.* Primò, siquidem sæpiùs benè no-  
 minatus Dn. Johannes Slytte ad hanc fundatio-  
 nem hæc infra scripta legitimè acquisita prædia  
 in Uplandia, *Swistad* octo villas cum *Fanestad*  
 semialterâ in Ecclesia & territorio Belingensi,  
*Grimmestadh* unam villam in Ecclesia Arentu-  
 na & territorio Norunda, pro se & omnibus suis  
 posteris heredibus in perpetuam possessionem,  
 dedit instrumentoq; legavit, cum omnibus re-  
 ditibus & tributis, quæ ille ab iisdem hæc-  
 nus juxta Nobilium privilegia & immunitatem,  
 jure exigere & repetere potuit, concedimus &  
 Nos clementer harum vigore pro Nobis & suc-  
 cessoribus Sveciæ Regibus & Principibus, quod  
 prædicta prædia, in hujusmodi pium ac Regno  
 utilem usum collata, sint nunc & in perpetuum.

„ immunita & libera ab omnibus contributionibus  
 „ & debitis exactiōibus, quas Sveciæ Reges & co-  
 „ rona ex prædijs Nobilium, secundum Regni de-  
 „ creta & consuetum usum habuerunt, quomodo-  
 „ cunq; illæ seu nunc nominantur, seu in posterum  
 „ nominandæ veniunt. Secundò, sicut hoc dona-  
 „ rium juxta benè nominati Dn. Joh. Skytte beni-  
 „ gnam obligationem isti professioni nunc inserviat:  
 „ ita Nos sub ead. m. hoc quicquid est æternum con-  
 „ firmamus. Sed si contingat, (quod tamen nus-  
 „ quam speramus) quod hæc fundatio per unam vel  
 „ alteram adversitatem pessum abeat & annihiletur  
 „ à quocunq; tandem & quocunq; modo fiat, tunc  
 „ benè nominati Dn. Joh. Skytte / ceu primi funda-  
 „ toris hæredes, sine contradictione & prolixo pro-  
 „ cessu, non obstante hujus nostræ confirmationis  
 „ interventu, habebunt potestatem depositum suum  
 „ cum omnibus, quæ ipsorum pater & ipsi ad hunc  
 „ usum emerunt, permutarunt, aliasvè impend-  
 „ runt, quemadmodum immobilem & legitimam  
 „ suam hæreditatem ac possessionem repetendi, oc-  
 „ cupandi & ex sententiâ suâ in usum suum conver-  
 „ tendi & obtinendi. Postremò, autoritate Regia  
 „ tum Nostro, tum successorum nomine *mandamus*  
 „ *Academia Cancellario, Archiepiscopo, Magnifico Re-*  
 „ *ctori, Professoribus, deniq; omnibus in suo gradu,*  
 „ *qui nunc Academia Upsal, præsent, vel olim ad hæc*  
 „ *officia eligendi sunt, ut eos qui nunc vel in posterum*  
 „ *hanc professionem Oratoriam & Politicam obtinent, ha-*  
 „ *beant in Senatu Academico, professione, promotioni-*  
 „ *buz, Rectoratu, Decanatu, Sessionibus alijsq; dignita-*  
 „ *tibus pluribus, genuina Academia membra, eorū suos*  
 „ *legi-*

*legitimè vocatos & à Nobis confirmatos collegas agnoscant & assistant; Nosrūq; haud ita pridem donatis Academia privilegijz tueantur & defendant. In uberiorem instrumenti Nostri confirmationem & vigorem, quod nunc & posteris temporibus inviolabiliter in omnibus suis punctis observetur, subscribimus nostram manum, & Regium nostrum Sigillum palam appendi iussimus. Actum Stocholmiæ An. Chr. 1622. 2. Junij.*

## CAP. XXII.

*Conditiones addita donationi præscriptæ:*

**I**llustris. Dn. Johannes Skytte/ obligat se legandum aliquot prædia in Oratoriæ & Polit. professionis usuram in Academia Ubsal. quæ æternum servabuntur facta testæ sequentibus conditionibus.

1. Si fundatori sua ætate visum fuerit peculiarem ob causam permutare addendo vel alterando aliquid, sit ipsi liberum, postea erit constitutio perpetua.

2. Archiepiscopus, ejusq; successores, tum quoq; Episcopi Strengnensis & Arosiensis, eorumq; successores, accuratam habebunt inspectionem, ne hæc corruat aut antiquetur Donatio, neve Professionis ignaviâ defraudetur aut retardetur juvenus. Ubi vero ipsimet malis ejusmodi mederi nequeant, subsidium quarant Gubernatorum & Senatorum, Regni, adeoq; eorum quibus cordi curaq; sunt artes liberales, postremo deniq; Regis.

3. Donat fundator nominatæ Professioni *Swies* stadh 8 prædia, *Fansstadh* semialterum *Grimsstodh* unum,



unum, prout ipse illa juxta Nobilitatis privilegia consecutus est. Hoc tamen reservato, si per aliam vel aliam adversitatem pessum eat vel annihiletur ejusmodi donatio, tum redeant absq; proluxo processu dicta prædia ad fundatoris hæredes. Donat quoq; fundator commodæ habitationi Professoris ædificium lapideum, quod aut ex fundamento curabit exstruendum, aut exstruendum emet.

4. Sicut fundatori à S. R. Majestate jus patronatus donatum est, ipsiq; permissum posterisq; hæredibus jus nominandi, eligendi & realiter investiendi Professore Polit. & Oratorium; ita jus idem fundatori suâ ætate reservabitur, postea verò successivè, & consequenter ad filios ejus devolvatur. Sin vero minores fuerint, habeant sibi hoc commendatum Tutores, qui, si huic procurando sint impares & inepti, patrono succurrant opitulenturq; Successor & Episcopi. Ne tamen contra fundatoris sententiam hoc jus in alienum devolvatur, nullo demum superstite hærede masculo, deveniat id jus ad filiarum maritos, earumq; filios, filiasvè, nullo existente filio. Postremò ad Nobiliss. Laurentium *Slytte* / filiosq; ejus & hæredes.

5. Omnibus ad hujus foundationis patronatum pervenientibus curæ esto. 1. Ne aliquid, quod ad hunc usum est datum diminuatur, vel ad alium transferatur usum. 2. Ut ædificium factum tectum conserveatur, sive conclavium elocatione, sive operâ rusticorum. 3. Tributa seu Reditus per famulos ipsimet exigant.

gant, Aliarum causarum decisionem & multam quod attinet, illa semper patrono reservata sunt.

4. Caveant, ne post alterius Professoris obitum differatur constitutio successoris ultra semestre: Cunctantem patronum commonefacient Academia Cancellarius, nominatiq; Episcopi; Secundum si neglexerit, removeatur & transferatur patronatus in filium natu maximum. 5. Patroni munus & autoritas est, Professore negligenter, aliasve delinquentem arbitrariè castigare, quin pro delicti magnitudine remove.

6. Accuratè animadvertat patronus, ne Professor ad hoc destinandus officium, sit hæreticæ pravitati addictus; Sed 1. Jugiter orthodoxæ Religioni, quam in patria profitemur, adhæreat, eamq; confiteatur. 2. Sit integræ & synceræ famæ, bonum præbens & doctrinæ & vitæ exemplum. 3. Sit Politicus, Historicus & dicendi peritus, & in his præcipuè methodo Ramæus.

7. Illius Professoris ordinarium officium erit. 1. Decenti oratione de mensè in mensem divinam deprædicare bonitatem. 2. In juventutis utilitatem proponere omnis generis materias ornato & discreto sermone. 3. Regum piè defunctorum res fortiter glorioseq; gestas, peculiariter in familia Gustaviana, celebrare & extollere, non suis duntaxat orationibus; Sed juventutem condocere idem recitandis memoriter declamationibus exequi. 4. Annales memoratorum Regum præscribere & publicare.

5. Anniversarias orationes elaborare in laudem fundatoris ipso foundationis vel professionis festo, tum quoq; fundatori ceterisq; patronis ipso die exequiarum justa exhibere ac parentare, attendens si eodem ferè tempore quid tale conjunctim acciderit, ut vices alternet. 6. Ut omnes ex familiâ Skyttianâ, prope eum qui jus patronatus obtinet, honoret & veneretur, & omnes Studiosos illius familiæ gnaviter privatim instituat. 7. Professionem suam singulis annis absolvet, sive Politica, sive Oratoria fuerit. 8. Observabit sedulò ordinarias horas. 9. Auditores præcipuè ex ea familia ad declamandum menstruatim compellet. 10. Sicut coadunitum est Academiae membrum, hic Professor; ita non minor sit ipsius quàm cæterorum Professorum autoritas & dignitas, prout S. R. Majestatis privilegium sonat.

8. Rogat fundator, ut Regni administratores & Senatus, aliq; ex proceribus, post fundatoris obitum velint succurrere, ut hoc Testamentum, in suo Esse persistat.

Emptum est in usum hujus Professoris magnificentum adificium lapideum circa camiterium ad orientem Templi Ubsal. situm, cujus circa portam in marmoreo lapide parieti imposito sunt hi versus aureis literis inscripti

MEM. SAC,

*Testem grati animi pro magnis dextra Jehova  
Me quibus affectu donâ, has Styttæ JOHANNES,  
Aedes extruxi, in Duderhoff Baro Liber. EAS nè  
Quis violat? Deus est vindex: Tu has Christe mea q;  
In la. de q; tuas, & publica commoda serva.*

1626.

An-

Anno Chr. 1622. juxta petitionem Professorum  
Acad. Upsal. confirmatur à Rege Svec. Illustriss.  
Dn. Johannes Sjötte illius Academiae Cancellarius.

## CAP. XXIII.

*Nobilitas Svec. promovet multis modis studia  
liberalia.*

EXemplum pij Regis G. A. imitatum esse non  
solum Illust. Dn. Johannem Sjötte, promo-  
vendo studia liberalia, imprimis contribuendo do-  
naria ad sustentationem studia excolentium: Sed  
plures Magnates Regni Svec. ac ditiores Nobiles  
idipsum effecisse constat. Hi enim rectè educati  
ac scientijs liberalibus eruditi, studiosos bonarum  
artium ita promovendos censuere, ut qui ex illis  
haberent filios studijs aptos, hos exercitijs libe-  
ralibus deditos tradidère Præceptoribus privatis  
informandos, cuiq; filio suum ordinantes diligen-  
tem Studiosum, quem cum filio in Academiae  
sustentarunt. Sic non solum illi Heroici viri amo-  
rem studiorum liberalium in filijs excitarunt; &  
cum filijs multos Studiosos pauperes in publicam  
patriæ utilitatem aluerunt: Sed simul Heroica  
proles jam piè educata eandem benevolentiam er-  
ga studia liberalia declarat, partim sustentando  
pauperes ingeniosos Studiosos, partim solos illos  
admittendo ad præcipua officia aulica, qui literis  
studiosius invigilârunt. Exstat hoc in multis No-  
bilibus patriæ delectamentum studiorum libera-  
lium, ut certa stipendia ordinent ingeniosis stu-  
diosis annuatim numeranda, cujus stipendij parti-  
cipes

ticipes nominabunt se ab ordinatore *Alumnos*, videlicet *Gyldenbjetmianorum*, *Bielkianorum* &c. imò Heroïnæ opibus valentes, præcipuè *Illustr. Christina Bielke*, contribuebant Stipendium diligentibus Studiosis, exemplo *Illustr. Dn. Anna Trolle*, de cujus donatione supra. Hoc totum faciunt, ne doctorum virorum copia, tam in Politicis quàm in Eccl. officijs diminuatur. Et ne quid desit piæ educationi juventutis, sustentant quidam Illustres Domini Scholas particulares Svec. propè aulicas suas sedes; quâ in re excellit *Illustriss. Petrus Brahe Comes in Wisingsburg / Dapifer Regni Svec.* qui nactus hunc Comitatum instituebat An. Chr. 1636. prope aulam suam in insulâ Smolandiaë Visingia Scholam publicam, ubi Rector proponit suis discipulis Latinam linguam cum rudimentis Græcæ, & exercitio Musicæ vocalis ac instrumentalis. Plures Scholas particulares instituerunt alij Illustres Domini, suis potissimum sumptibus conservandas, ubi pauperiorum rusticorum liberi prima Elementa literarum discunt, etiam pietatem percipiunt à disposito Rectore, tradentes memoriæ Catechesin B. Lutheri linguâ maternâ sibi propositam, ibi etiam Psalmos Svec. legere & canere tam masculi quàm fæmellæ discunt, insuper tenebunt masculi rationem scribendi & numerandi, quò possint utiliter officio alicui præesse, & si velint progredi in studijs, nacti sunt commodam dispositionem, in Scholis latinis meliorem faciendi progressum. Talem Scholam crexit & adhuc sustentat *Illustr. Ammiratus Reg. Dn. Carolus Gylsdenbjetm* propè aulam *Sundbyholm* in Sudermannia, cui

cui Scholæ præfecit diligentem Pædtribam huic  
 usui commodum. Aliam Scholam consimilem  
 sustentat *Illustr. Dn. Joh. Skytte* in Smolandia pro-  
 pè aulam suam *Strömsorum* dato ad sustentatio-  
 nem Rectoris stipendio perpetuo. Eandem pie-  
 tatem declarat præfatus *Illustr. Dn. Joh. Skytte*  
 populo Ingricæ, nunc imperio Svec. subjectæ, ubi  
 amplissimum Baronatum possidet in *Duderhoff*.  
 Ibi Scholam particularem instituit, datis pijs ac di-  
 ligentibus informatoribus puerorum huc ad stu-  
 dia à populo terræ transmissorum, necessarijs sti-  
 pendijs. Hi pueri erudiuntur lingvis, non solum  
 Ingricâ & Muschoviticâ, sed Livonicâ, Esthoni-  
 câ, Finnonicâ & Svecicâ, ut perceptâ his lingvis  
 doctrinâ Catechetica, verbiq; Dei veritate, pos-  
 sint rudiores terræ populos, etiam vicinos Muscho-  
 vitas, datâ occasione in eadem cælesti doctrina  
 veraq; Religione informare. Sic floret in patria  
 veræ Religionis Evangelicæ scientia, facta studio  
 benevolentiaq; Doctiorum ac ditiorum patriota-  
 rum nostræ plebeculæ notissima. Florent studia  
 in patria, inde florent divinâ benedictione officia  
 publica.

## CAP. XXIV.

*Donatio Testamentaria Dn. Caroli Carol. Gylde-  
 hielmij, R. Ammiralis.*

*In nomine S. S. Trinitatis, Patris, Filij & Spiritus S.*

**E**GO Carolus Caroli F. Gyldehjelm/ L. B. in *Vers-  
 quara*. Dominus in *Sundbyholm & Cosby*, Regni  
 Svec. Consiliarius & Generalis Ammiralus, omni-  
 bus natis & nascituris notum facio, quemadmodum

Zzzz

omnes

Caufa dona-  
tionis.

omnes homines decet debitam Deo solvere gratiarum actionem: ita sentio me præ cæteris maximo ornatum beneficio divino, pro quo immensas gratias Deo me debere agnosco. Fui enim captus ab hoste in Livonia, & integros 12 annos carceri squalido inclusus in Polonia, ab omni societate humana; imò à puritate communis aëris exclusus. Quoniam verò Deus misericors ab hac miseria me liberaverit, gratum ipsi animum hoc modo declarabo.

1. Ex meis justè acquisitis Bonis allodialibus dabo consensu meæ dilectiss. Conjugis, prædia ruralia, ab Academia Ubsal. æternum possidenda, quorum annuus reditus sustentabit duos continuè Studiosos bonarum artium, in nominatâ Academiâ viventes.

2. Directio hujus Stipendij competat mihi in vitâ, & me defuncto, ad meos hæredes ea devolvatur: tamen de hoc stipendio participabit nemo absq; Cancellarij Acad. & Archiepiscopi censurâ, qui cognoscant eum fecisse talem progressum, ut promotione sit dignus: neq; ultra quadriennium alicui hoc beneficium contingat.

3. Quoniam inveniuntur quidam de genere Nobilium pauperes, tamen ingeniosi bonæq; indolis adolescentes, fiant illi præcipuè hujus stipendij participes.

4. Possit fieri, ut in illustri vetustaq; familia Ribbingorum, de qua ortum sumpsit dilectissima Conjunx, talis Studiosus inveniatur, de quo bona spes est, si sustentetur ære, quo indiget; hunc promovebunt Directores hujus Stipendij, non tamen

excludendo priorum aliquem alumnus, sed expectando donec singuli annos prædictos absolverint.

5. Si contingat dispositione Dei, ne pariat dilectis. Conjunx aliquem hæredem, erit post me patronus & inspector hujus stipendij quicumq; de Illustri familia Ribbingorum in publico officio & loco eminentiori collocatus est. Quod si constitutam testamento alium inspectorem, erit uterq; conjunctim hujus stipendij patronus, fideliter providens cum Cancellario Acad. & Archiepiscopo, ne in alium usum transferatur hoc beneficium, & ut hi Stipendiarij scribant se perpetuo Alumnos Gyllenhielm. Dum vero studia sua hi absolverint, deferent mihi suisq; patronis suam servitutum, digno loco administrandam, justoq; stipendio compensandam. Si oblatum servitutum non acceptetur, sit illis liberum, quærere quamcunq; possunt habere promotionem.

6. Ut habeant Stipendiarij directionem suorum studiorum, præscribitur ijs ante omnia verum cultum Dei rectamq; Religionem discere: & postquam fundamenta studij Theol. juxta normam Apostolicam & orthodoxam jecerint, assuescent etiam studio Oratorio & Politico, ut sint idonei publico officio, sive Theologico, sive Politico.

7. Quandoquidem *Illustris. Dn. Johannes Skytte / L. B. in Duderhoff & c.* Academiae Upsal. Cancellarius, preparaverit commodam habitationem Professore Eloquentiæ, volo ut hi Stipendiarij eundem Professore diligenter audiant, & in domo



Skyttiana hospitium habeant, ut idem Professor. (quem ordino illorum quotidianum inspectorem & Stipendij provisorum) huic officio fidelius invigilet. Pro quo labore debetur ipsi ex Stipendio honorarium, & is stipendium ex Colonis prædiorum acceptum, non tantum distribuet ad necessariam illorum sustentationem: Sed ex residuo comparabit quotannis, consilio Cancellarij, aliquos libros usui Stipendiariorum necessarios, eosq; anniverfariè adscribat inventario, omnibus succedentibus Stipendiarijs profuturo.

8. Habebunt Stipendiarij publicas Orationes circa Festum Nat. Christi, quo tempore sum captivitati traditus, eodemq; anni tempore post spatium 12. annorum liberatus sum. Hinc datur materia dicendi de miseria generis humani, quâ captivi tenebamur omnes peccato, & jam per natum Christum, nobisque datum mediatorem, sumus liberati. Sic emergit occasio amplificandi immensam Dei bonitatem ac misericordiam.

9. Quidam fortè præsumunt me duci vanâ gloriâ ad formandam hanc testamentariam donationem: Sed novit Deus simplex meum cor, studiumq; assiduum promovendæ gloriæ Dei inserviens. Idem studium alijs opto. Si aliqui velint testamentum hoc infringere, & stipendium hoc aliò transferre, opto illis talem pressuram ab irato Deo immitti, qualem ego per annos 12, in carcere coactus eram ferre.

Prædia dona-  
ta,

10. Hæc sunt prædia allodialia à me justè acqui-

quæ mihi meisq; hæredibus abalienata, jam Academiae Ubsal. æterno testamento addico, ipsaq; in territorio Sånghundre/ & paræciâ Lugga inveniuntur: Höghöy duo prædia cum dimidio: Olunda duo prædia: *Marma* unum.

Horum prædiorum reditus & istorum Colonorum anniversaria vectigalia, juxta privilegium Nobilium reddenda, colligentur quotannis ad continuam duorum stipendiariorum sustentationem, ipsaq; prædia manebunt Academiae Ubsal. propria, juxta privilegium à *Sereniss. Rege Suecia Gustavo Adolpho, Dn. meo Clementiss.* de his Acad. prædijs publicatum An. Chr. 1624.

Rogo S. R. M. & succedentes Svec. Reges, ne concedant hæc bona Academ. Ubsal. abalienari, aut ad alios transferri usus: Sed ut procurent hanc meam donationem manere perpetuam, ni velit transgressor extremam divinam ultionem experiri.

Ultimò contestor duo Exemplaria instrumenti Donationis perpetuò servanda esse; Unum in Cancellariâ Academ. Alterum apud Professore[m] Skyttianum.

Rogo *Illust. viros Dn. Magnum Brasie Comitem in Wisingsborg / L. B. in Riddboholm & Arholm. E. A. Regni Svec. Senatorem & Dapiferum, Regij Diocæsarij præsidem, & Legiferum summum Uplandia: Dn. Jacobum De La Gardie Comitem in Lethö / L. B. in Ekeholm / Dominum in Rølla / Rjnda & Runsa / Regni Sv. Senatorem, Marschallum, Generalem belli producem & Legiferum summum Australis Finlandia, Dn. Jo-*  
zzz 3
ban.

*hannem Skytte L. B. in Duderhoff / Dominum in  
Grenfö / Strömsrum & Elfwesid / E. A. Regni Sv.  
Senatorem & ceterioris Finlandia summum Legiferum,  
Dn. Matthiam Soop in Walsäter / Regni Sv. Sena-  
torem & Camera Consultarium, &c. ut velint suam  
subscriptionem & propriorum Sigillorum impres-  
sionem addere huic instrumento, meâ meâq; di-  
lectis. Conjugis subscriptione & sigillis corrobo-  
rato. Dat. Ubl. 5. Dec. An. Chr. 1629.*

*Carolus Caroli Gyldenhielm, Christina Ribbing;  
Magnus Comes in Wisingsborg. Jacobus De La  
Gardie. Johan Skytte. Matthias Soop,*

*Audum est hoc stipendium liberalitate Ammiraldi,  
ut Nobilis Studiosus cum suo Praeceptore & famulo rectè  
sustententur.*

FINIS LIBRI SEXTI.

# HISTORIAE ECCL. SVEO-GOTH.

## LIBER VII.

REFERENS ECCLESIASTICA SVEC.  
AD MORTEM REGIS GUSTAVI  
Adolphi peracta.

### CAP. I.

*Rex Gustavus Adolphus gessit fidelem curam Tem-  
plorum & pauperum piorum, puni-  
vitq; Apostatas.*

**R**EX Svec. Gustavus Adolphus ut declararet se  
natum & à Deo datum esse patriæ ad augen-  
dam pietatem, bonumq; conservandum ordinem,  
cogitabat sedulo reformanda esse Tempia seu lo-  
ca sacra partim vetustate collapsa; partim princi-  
pio Regiminis ejus sub bello Danico incensa, aut  
ornatu suo spoliata, quæ restauranda aut redin-  
tegranda piè procuravit. Dicitur est supra lib. 6.  
c. 12. pium Regem donasse Ecclesiæ Junecopensi  
magnam summam pecuniæ multatitiæ, ut Tem-  
pli ibid. fundamenta bello Danico funditus diru-  
ta jacerentur, & Ecclesia accepti damni recom-  
pensationem haberet. Ad amplificationem duo-  
rum Cathedr. Templorum datam fuisse à pio Re-  
ge memorabilem summam pecuniæ, diximus ibi-  
dem. In bello Danico periit etiam Nobile *Tem-  
plum Calmariense* incendio, ad cujus reedificatio-  
nem dedit Rex copiam frumenti haud exiguam,  
ut

ut jam sumptibus, præcipuè Regijs id satis splendide appareat exstructum. Hostis spoliavit tunc Cathedrale *Templum Westmonense* ornatu Sacerdotali, etiam plura Tempa in terminis Regni privavit bonis suis, auferendo campanas &c. Omnem hunc sacrum ornatum & utiles possessiones Eccl. compensavit Rex G. A. de prædâ Borussiacâ à milite Svæco domum allatâ, distribuendo spolia Templis Papist. detracta (imagines superstitioni dicatas reliquit Iconolatris) inter Ecclesias patriæ bonis suis orbatas. Tempa etiam de fundamento curavit Rex G. A. erigi: tum *in Suburbij Holm. Meridionali & Orientali*: tum in Civitate Westgothiæ, *Boarhus* & alibi. *Templum Norcopensè* ferè collapsum redintegrandum esse voluit, cui operi munificentia Regia non defuit. Hoc factum religiosum tantò fuit pio Regi honorificentius, quanto accidit inter occupationes molestius, dum maximæ ipsi objicerentur à continuato ab hostibus bello difficultates. In dandis his largitionibus ad usum Ecclesiarum imitatus est pius Rex G. A. exemplum Theodo. de quo Ruff. lib. II. c. 19.

Exer. pauperibus datur Eleemosyna.

Quam benevolentiam declaravit hic pius Rex pauperibus, testabuntur non soli Exules de Bohemia & Germania olim à milite Cæsareo profligati; Sed & homines de Graciâ Peregrinantes, qui celebritate Regij nominis adducti huc venerunt, offerentes testimonia Græcè scripta, quod haberent Christianos suos cognatos in Turciâ captivos, quos magnâ pecuniâ redimere deberent. Hoc prætententes juvabat Rex, promptè numeratâ, non tantum de fisco Regio liberali Eleemosynâ,

Sed

Sed præscripto subditis mandato, ut idem illi de proprio penu facerent. Totum hoc *egit plus Rex amore nominis Christi*, ut omnes intelligerent plus valuisse in corde pij Regis invocatum nomen Christi, quam dispositio Eleëmofynarij, sive noti, sive ignoti. Siquidem aliquos horum Græcorum malè collocasse datam Eleëmofynam, in alijs terris impiè vivendo, neq; ad suos redeundo, auditione perceperat.

Præterea est memoriâ dignissimum, & ad cautionem utilissimum scire Regem Svec. punivisse quosdam Apostatas An. 1624. Erant olim tres Studiosi Sveci *Georgius Bere, Zacharias Anhelius & Apostatus Nicolaus Campanus*, qui postquam varias in Germania Academijs visitassent, etiam Academijs Jesuíticas acceperant, licet hoc esset seriò prohibitum in Comitijs Örebrogensibus An. 1617. celebratis, ut supra dictum l. 6. c. 6. Dicti Studiosi dederunt votum in Acad. Jesuv. conservandæ Religionis Papist. ut *tactè confiterentur fidem Romanam*, licet patriam accederent & publicis officijs præficerentur. Hi itaq; domum reversi, ad honorifica officia (Secretarij, Legiferi & Rectoris Scholæ) sunt propter doctrinam & experientiam promoti. Tunc memores voti sui, *Confessarium Jesuítam huc tactè vocabant*, qui per annum hic duravit, antequam res à famâ emanaret. Itaq; cognita veritate, jussit Rex hos carceri mancipari, & fidelitèr inquiri, an plures patriotæ essent ejusdem factionis socij? Quod cum illi probare non possent, sunt admoniti seriò, ut abjectâ Religione Papistia, confiterentur cùm omnibus

patriotis justitiam Evangelicam; hoc cum face-  
re sive nollent corruptelâ obfirmati, sive causâ  
voti non possent, conclusit Senatus Regni hos  
esse morte dignos: non tantum quia erant Apo-  
statae, decreto Concilij Upsal. Anno 93. celebrati  
repugnantes; Sed quia decretis Drebrogensibus  
centebantur proditores patriæ, suo judicio publi-  
co mutilati capite, & confessarius Jesuiticus  
Regno pulsus est.

Hic error Studiosorum dedit pio Regi Svec.  
occasionem maturius deliberandi institutionem  
Generalis Consistorij Eccl.

## CAP. II.

*Acta Eccl. in Comitij Holm. Anno 1634;  
proposita.*

**P**incipium sui Regiminis voluit pius Rex Gusta-  
vus Adolphus fieri à curâ pietatis & justitiæ. Ord-  
inabat Scholâ Patria sustentationem necessariam, &  
disposuit Liberalia Exercitia in Scholâ frequentanda;  
insuper declaravit Academia Upsal. munificentiam Re-  
giam, sicut probatum est Libro superiori. Et postquam  
rectè formasset Statum Politicum in patria, ordinando  
5. Collegia, sub 5. præsidibus, primarijs Senatori-  
bus Regni Archi Dapifero, Archimarschallo, Am-  
miralio, Cancellario & Thesaurario dirigenda,  
cogitabat sollicitè Statum Eccl. in pedes firmos erigen-  
dum esse, ut institueretur Generale Consistorium Eccl.  
quod casus graviores in Ecclesia patria incidentes,  
quos Episcopi cujusq; loci corrigere non possent, exami-  
naret, piæq; decisioni subjeceret.

De hoc gravi negotio conferebat Sereniss. Rex cum  
Con-

Occasio insti-  
tuendi Genar.  
Consist. Eccl.

*Cancellario Regni Illustr. & Magnificentiss. Dn. Axelio Oxenstiern / qui suadebat hanc causam esse proponendam Episcopis patriæ, quod factum est per ipsum Regni Cancellarium An. Chr. 1623, Scriptoq; est jussu Regis Instructio talis Consistorij in patriâ ordinandi, qua tribus Episcopis Regni, vid. Archiepiscopo, Strengnensi & Arosiensi exhibita est. Hi licet causam non improbarent: tamen illam in publicis Comitibus tractandam esse suaserunt. Quare habitis Comitibus principio Anni 1624. fuit Rex Gustavus hanc instructionem formandi Consistorij Eccl. publicè prælegi, qua sic sonat;*

**I**nstructio Generalis Consistorij Eccl. quod S. R. M. cogitat ad Ecclesiæ patriæ conservationem, ac meliorem gubernationem esse instituendum. Multæ enim incidunt causæ, quæ nec ab uno, nec à solis Episcopis possunt dirimi: Sed conjuncto consilio dispositarum personarum tam Politicarum, quàm Ecclesiasticarum debent examinari ac judicari. Itaq; exemplo piorum imperatorum cogitat S. R. M. instituere tale consistorium Eccl. cujus formam hinc descriptam auditis.

I. Assessores.

Hujus Consistorij Assessores sint numero 12; dimidia pars illorum sit collecta ex personis Eccl. altera ex Politicis. Præcipuus Assessor Eccl. erit *Archiepiscopus Upsal.* deinde *Episcopi Strengnensis & Arosiensis* cum primario Regis Concionatore Aulico, & primario Professore Theol. in Acad. Upsal. addito Pastore Holmiensi.

Ex Politicis erit primarius Assessor ipse primarius Senator & Capitaneus Regni, additis duobus Regni Senatoribus, & tribus Assessoribus Dicasterij Regij Holm.



## 2. Tempus &amp; locus.

¶ Determinabitur Tempus, quando Assessores comparebunt Holmiæ in Capitulo circa Templum Civitatis ordinato, ubi loca hoc modo occupabunt. *Regni Dapifer* cum suis ex ordine Polit. tenebunt dextras. *Archiepiscopus cum reliquis* occupabunt locum oppositum. In omnium presentia prælegentur omnes citationes, causarum probationes & judicia Eccl. *Regni Dapifer* & *Archiepiscopus præsidebunt iudicio*; mutatis post unumquodq; octiduum vicibus.

## 3. Ministri.

Ad servandum ordinem, & retinendam iudicij formam habebunt Assessores *Fiscalem*, qui singulis annis judicia Episcoporum in singulis Diæcesibus requirat, colligat & Secretario tradat, etiam causas ad publici boni Eccl. conservatione necessarias proponat. *Secretarij erunt duo* unus ex Eccl. alter ex Politico Statu selectus. *Duo etiam Scriba* ex utroq; Ordine dati erunt, qui acta rectè excipient & literas publicas describent. Quo tempore Dapifer Regni præsidet, & nomen suum literis publicis subscribit, tunc proferet literas Secretarius Eccl. sed quo tempore Archiepiscopus præsidet, & literas subscriptione confirmabit; proferet eas Secretarius Ordinis Polit.

## 4. Absente uno.

Si contingat aliquem Assessorum justâ de causâ in aliqua sessione abesse, iudicent reliqui quod justum est, idq; ratum manebit, nisi absens cognitâ mox causâ protestatus fuerit, & suam sententiam firmis rationibus probaverit. Si Præsidentem aliquis abfuerit, eligant sibi Præsidentem ex presentibus reliqui ejusdem Ordinis Assessores, ut præsidium

fidium maneat in illa classe, in qua juxta septimanam est Ordinarium.

5. Revisio Ordinantiæ Eccl.

Primus labor hujus Consistorij erit, ut *revideat Ordinantiæ nostræ Eccl.* & unumquodq; cognitum illius punctum offeret Consistorium S. R. M. specialitè approbandum. Sic singulis confirmatis veniat Ordinantiæ Eccl. in publicam lucem.

6. Executio Ordinantiæ.

Hoc Consistorium sedulo curabit, ut approbata & publicata Ordinantiæ strictè servetur. Præmonebuntur Episcopi nihil admittere in suis Diæcesibus Ordini præscripto contrarium. Quicumq; violaverit unicū punctū Ordinantiæ, comparebit in Consistorio, & juxta Ordinantiæ ex sententia judicis plectetur.

7. Inspectio Episcoporum & Ministerij Eccl.

Dignam habebit Consistorium inspectionem, totius Ministerij Eccl. in tota patria, ut Episcopi & Superintendentes suo fungantur rectè officio, & sint non solū in doctrina & vita irreprehensibiles, sed ut quisq; rectè dirigat officiū, ut inveniantur in singulis Diæcesibus Pastores Ecclesiarum, qui auditores piè informant, nullo modo perturbant aut scandalizant.

8. Correctio Pastorum officio suo abutentium.

Reprehendenda est Pastorū Eccl. tum negligentia officij, tum inconsiderata severitas; per illam, præsertim in Finlandia conspicuā, crescit idololatria auditorū cum multiplici incantatione, ut multi in plaga patriæ Septentrionali, non tantū barbari: sed velut nondū ad Christianismū conversi videantur. Requiritur ergo diligentia Consistorij, quā moneantur Episcopi mittere Ecclesijs fideles Pastores, qui potentes sunt

gratiâ spiritus dissuadere idololatriam, incantationes, aliaq; vitia, ut rudis populus rectè institutus in pietate veraq; Religione proficiat. Severitas etiã aliquorum Pastorum est scandalosa, quã excluduntur auditores de gremio Ecclesiã per abusum excommunicationis, aut fictã, aut privatã de causa. Igitur consultum erit, ut controversia Pastoris & auditorum, in foro competenti coram iudice ordinario examinetur & decidatur.

9. Correctio negligentis Episcopi.

Si Episcopus Diãceseos sciverit errorem sui Clerici, neq; illum correxerit, comparebit in hoc Consistorio, ad negligentiam sui officij responsurus, sicut Clericus ejus hic aderit, propter errorem puniendus.

10. Correctio contentionsis de beneficijs  
Eccl. exortã.

Evenit quandoq; ut Episcopus contendat cum aliqua suã Diãceseos Ecclesia de electione Pastoris. Ecclesia conqueritur sibi obtrudi Pastorem: Episcopus accusat inobedientiam auditorum. Sic aliquando una pars, aliquando utraq; quãrit Regiam sive confirmationem causã in obreptitiã relatione fundatã, sive decisionem controversiã. Tali exortã contentione, deferet pars contradicens causam ad hoc consistorium, quod controvertentes legitimè citabit, causam examinabit, justèq; decidet.

11. Correctio Rituum scandalosorum.

Ceremoniã scandalosã sive antiquitũs introductã, sive nostro tempore alicubi assumptã, quas Episcopi tollere nequeunt, per hoc Consistorium corrigentur.

## 12. Reformatio Esthoniae &amp; Ingriae.

Quandoquidem placuerit Deo ampliare terminos nostri imperij, subjiciendo huic fructiferas lateq; patentes terras, *Esthoniae & Ingriae*, quod eo sine factum intelligimus, ut Barbarus hic populus in vera noticia Dei instituat. Quare subsumit S. R. Majestas sui esse officij, curam hujus rei praecipuam habere. Quanquam Episcopo Viburgensi commendata praecipue est inspectio Ingriae, & cogitat S. R. Majestas constituere Superintendentem in Esthonia: tamen quia haec Regiones sunt latissimae, & populus Ingriae assuefactus est diuturnae superstitioni: In Esthonia propter continuu[m] bellum collapsa est omnis disciplina. Eccl. igitur erit hujus Consistorij cura, ut in *praenominatis Regionibus constituantur pii doctiq; Pastores*, qui rudem & simplicem hunc populum in doctrina caelesti recte informet, & Sacramenta rite administrent, ne impietas subditorum attrahat paenam divinam.

## 13. Appellatio à Collegijs Cathedr.

Omnis causa Eccl. quae per appellationem à Capitulo Cathedr. sit transmittenda iudicio superiori, in hoc Consistorio dirimetur.

14. Communicatio Consiliorum cum  
Consist. Politico.

Datis in Politico iudicio quaestionibus conscientiae, quae juxta verbum Dei vel morem Ecclesiae sunt resolvendae: erit hujus Consistorij officium rectam informationem iudicio politico communicare.

## 15. Inspectio Acad. &amp; Scholarum.

At.

Attendat hoc Consistorium quomodo Professores in Acad. & Præceptores in Scholis suum faciant officium, providendo ut prælectiones utiles facili methodo diligenter proponantur discipulis, omnesq; piam vitam transigant. Si Consistorium hoc viderit negligentem Præceptorem, removebit incorrigibilem, substituendo consensu Episcopi loci diligentio rem, Regijs literis confirmandum.

16. Examen Scholarum.

Injungatur Professoribus Acad. & Præceptoribus discipulis in Scholis, ut habeant quotannis quosdam discipulos publicis officijs aptos, quos transmittant huic Consistorio examinandos.

17. Visitatio scholarum.

Anniversaria fiant examina publica in Scholis, præsentibus duobus aut tribus Assessores Consistorij, aut illorum vicem gerentibus, simul cum Episcopo loci. Si occurrant discipuli tardi, qui progressum in studijs facere sive nequeunt, sive nolunt, hos ab illa societate excludant, alteri labori tales præficiendo.

18. Beneficia Regalia.

Omnia beneficia Eccl. dicta Regalia, in quibus Regi Svec. speciale jus patronatus competit, annotabuntur in Tabula, ubi in singulis Diæcesibus inveniantur. In illis beneficijs Eccl. concedatur nemini Pastoratus absq; speciali collatione S. R. M. quod hoc Consistorium observabit. Hæ collationes Regales scribentur in hoc Consistorio, non in Cancellariâ R. etiamsi velit clementia Regia aliquem extraordinariè ad tale beneficium

pro-

promovere; is tamen in hoc Consistorio examinabitur, deindè dignus commendabitur Regijs literis Episcopo loci, ut cum præscripto Pastoratui præficiat.

19. Inspectio Studiosorum ad externos proficiscentium.

Audimus cum dolore quosdam patriotas, qui studijs addicti sunt, exterarq; Academias visitant, accedere Scholas Jesuíticas, undè periculum nostræ Evangelicæ Religionis imminet maximum, siue seducti illi ad nos redierint, siue extra manentes, patriam nostram dolis suis exerceant. Præcavet quidem hoc Ordinantia in Comitijis Drebrogensibus An. 1617. constituta: Sed cum nulla valeat constitutio absq; executione, jubentur omnes Patres ac Tutores Studiosorum, qui volunt hos suos in exoticas terras mittere, alijq; ætate grandiores, qui in exteris peregrinari & studere cupiunt, ut omnes primo offerant se huic Consistorio, rationem reddituri suæ Religionis, & undè habeant sumptus huic itineri necessarios. Si Consistorium deprehendat his deesse aut fundamenta veræ fidei, aut sumptus necessarios: illis persuadebit exercere sua studia in Scholis patriæ, nostraq; Acad. Qui verò sunt rectè studijs imbuti, & necessarijs sumptibus locupletati, voluntq; experientiam sibi comparare peregrinando in exteris; Hi informabuntur à Consistorio, quibus in locis præcipuè continuabunt sua studia, additâ seriâ præmonitione, ne Collegium Jesuíticum, ingrediantur, aut Academiam Papisticam accedant.

## 20. Obligatio eorumdem Studiosorum.

Studiosi ad exteros ituri, si habent annos discretionis, deponent juramentum in hoc Consistorio, quod velint servare Religionem Evangelicam, atq; in studijs patriæ utilibus se exercere, additâ execratione Studiorum Jesuiticorum, quod illa perpetuò fugiant cum Collegijs & Academ. ubi Jesuitarum studia exercentur. Hoc juramentum confirmabunt singuli chirographo. Si annos discretionis non habet qui ad peregrinas oras mittitur, dabitur huic Præceptor privatus in studijs ac pietate eruditus, quem hoc Consistorium confirmabit, ab illoq; scriptum juramentum illius & Discipuli nomine repetet. His peractis, dabit Consistorium Studio in exteros ituro literas permissionis, sine quibus nemo nostratium præsumat exteras Academias Studiorum gratiâ adire.

21. Examen Studiosorum ab exteris  
reducum.

Studiosi de peregrinatione in patriam reversi comparebunt in hoc Consistorio relaturi ubi studuerint, & quomodo obligationem suam servaverint. Quod si publicum officium expetunt, præsertim in Scholis administrandum, etiam publico examini se submittent.

22. Annotetur numerus Studiosorum ad  
exteros euntium.

Servabitur in Consistorio index Studiosorum; tam Nobilium quam aliorum, qui apud exteros peregrinantur, & ubi versantur, ne locus deceptioni detur.

## 23. Numerus inquiratur Studiosorum hodieq; peregrinantium.

Videtur necessarium in Tabella annotare Studiosos jam in exteris viventes, ut sciamus ubi locorum versentur; inde coniciamus quid sit ipsis fidendum, dum redierint.

## 24. Inspectio Typographiarum.

Recognitio librorum de novo publicandorum ad hoc Consistorium rectè pertinet, ideo illorum auctores approbationem Consistorij requirent, quò vitetur inutilis sumptus collatus in impressionem talium librorum qui aut falsa, aut inutilia continent, Non tamen prohibetur usitata impressio librorum Scholasticorum & auctorum vulgò approbatorum, quos libros Episcopus cum Capitulo videat utiliter esse publicandos.

## 25. Inspectio Nosocomiorum.

Nosocomia & publica hospitia puerorum Informandorum subjacebunt necessariæ inspectioni hujus Consistorij, ut pueri rectè informentur, & salarium omnibus rectè distribuatur. Hoc officium visitatores Scholarum possunt eadem operâ procurare.

## 26. Inspectio Religionis.

*Hujus Consistorij summa cura sit, cavere ne heretica & schismatica dogmata puritatem vera Religionis occultè maculent, neve doctores horum inveniunt in tota patria hospitium.*

## 27. Ordinantia Eleemosynæ Scholasticæ.

Ultimò animadvertimus Eleemosynam, quam Scholares quater in anno colligere longo jam usu solent, multum retardare exercitia Studiorum. Perpauci pauperes Scholastici agnoscunt se hac



Eleemofyna juvari, ut possint Scholas diu frequentare: Sed plures ingeniosi discipuli sentiunt moram colligendæ stipis plurimum suis studijs incommodare: Præterea excitat hæc circumstitio, præter ignaviam, multa Scholarium vitia, sc. Ebrietatem, lasciviam &c. Quare judicat S. R. Majestas consultissimum esse, ut patriotæ reddant ipsi suam contributionem ad sustentationem pauperum Scholarium erogandam, suo Pastori & Sexviris Ecclesiæ, qui eam ad Capitulum vel Scholam transmittant Eleemosynam, à Capitularibus & Rectore inter pauperes Scholasticos distribuendam; ut hæc ordinantia ad usum rectè transferatur, observabit Consistorium.

*Hæc instructio Generalis Consistorij ita resistebant Seniores Episcopi patria, ut nolent admittere Politicos, præsertim ex ordine Senatorio, propter auctoritatem. Adsessores in Consistorio Eccl. Tamen urgebat prudentissimus Rex ultimum punctum, ut subditi affirmarent transmittendam esse Eleemosynam ad Scholas, quæ inter Pauperes Scholasticos distribuereur, idq. patriotæ approbârunt & aliquandiu dederunt executioni: Factum autem est petitione Scholarium & dispositione Episcoporum, ut antiquus mos servaretur. Sic cursitabant Scholastici per paracias, solitam stipem collecturi; licet unus Episcoporum ante 14. annos constitutus in officio Professoris Acad. Upsal. graviter reprehendisset hoc studiorum impedimentum, dicens in oratione de off. docent. & disc. C. 1. b. publicè recitatâ An. 1610. 16. Martij. In privatis notum est, quod magnam anni & adolescentiæ partem Scholares perdant in colligenda stipe & Eleemosyna, quibus reliquam partem studijs addicere possint*

*se sustentare, quod non nisi Clemenſiſ. Magiſtratus be-  
neſicio tolli poſeſt.*

## CAP. III.

*Acta Eccl. ſub Comitibus Holm. an. 1625.*

Postquam deliberaſſent Episcopi patriæ Regiam  
instructionem prædicti Generalis Conſiſtorij,  
cujus inspectioni ſubeſſe & directionem approbare  
ſive nollent, ſive non poſſent, ſcripſerunt Theſes de  
inſtituendo aliâ formâ Conſiſtorio Generali; ubi Ar-  
chiepiſcopus Patriæ eſſet perpetuus Præſes, & ſoli  
Episcopi Regni eſſent Aſſeſſores. Sic diceretur Con-  
ſiſtorium Eccleſiaſticum, cui tantum Præſules Ec-  
cleſiæ præſent. Urgebant in Theſibus hanc formam  
judicij Eccl. ab ipſo Deo ordinatam eſſe Deut. 17. ubi  
judicium ſummi Sacerdotis tanto privilegio orna-  
tum legitur, ut qui ſuperbiret nolens obedire  
imperio Sacerdotis, qui eo tempore miniſtrabat  
Domino, is homo moreretur. Addiderunt pri-  
matum Eccleſiæ ad ipſos Episcopos longo uſu per-  
tinere. Has Theſes Episcoporum ſubſcriptione  
approbatas noluerunt quidam Clerici, in ſpecie  
*M. Jonas Rotbovius*, Superintendens Calmarn. cum  
Legatis Episcopi Wex. ſuâ ſubſcriptione confirma-  
re, intelligentes hanc formam Conſiſtorij Eccl.  
non tantum contrariam eſſe praxi Eccleſiarum,  
in alijs terris Evangelicarum; Sed etiam ad Statum  
Eccleſiæ antè Reformationem hic uſitatum propius  
accedere, quam priſtinum ſtatum Rex Svec. *Gusta-  
vus I.* rædiſo labore vix corrigere tandem po-  
tuit. Cum itaq; dictæ Theſes non fuiſſent ab omni-  
bus approbatæ, neq; ſunt publicè S. R. M. oblata.

Forma Conſi-  
ſtorij Eccl.  
juxta Episco-

Misit autem Rex G. A. Secretarium suum ad Archiepiscopum, quæsitum *an vellent Clerici habere Generale Consistorium Eccl.?* Quoniam adfuerunt tunc Archiepiscopo alij quidam Episcopi cum paucis Clericis, interrogabat eosdem quid esset respondendum. Habito tacito concilio respondit Secretario Archiepiscopus. *Non desideramus tale Consistorium, quale S. R. M. superiori Anno fecit Nobis in præscripta directione prælegi.*

Tributum molendinarium.

In his Comitibus proponebat S. R. M. consultationem de contributione generali ex omnibus Regni Ordinibus, imò singulis personis exponendâ, ne infimus ordo aut vulgus subditorum onera sufferret unicum; Sed si expensæ à pluribus darentur, levaretur onus pauperum. Invenit S. R. M. modum facilimum, ut omnes ac singuli darent Tributum Molendinarium, videlicet paucam darent pecuniam tam Nobiles quam Plebeji pro singulis tonnis frumenti, quas ad molam adferunt usui domestico conterendas. Sic ditiores qui habent plus frumenti in mola conterendum, etiam plus contribuant Coronæ, & modius pauperis in molâ contritus modicum æs coronæ reddat. Huic ordinationi acquieverunt multi, præsertim pauperes: Sed quidam Regni Episcopi se exemptos esse voluerunt ab hac molestâ contributione, cum singulis frumenti tonnis ad molam allatis exponendâ. Verum expositâ à S. R. M. necessitate contributionis, transijt hæc contributio in personas. Voluerunt autem Politici exactores hujus contributionis ut Pastores annotarent hanc omnemq; extraordinarias contributiones suorum auditorum juxta numerum persona-

rum vel possessionum dandas, Quod non absq̄ maxima difficultate à multis ministris Eccl. potuerit administrari, aliquibus etiam id fuisse damnosum patria noverit.

Pastores annotant suorum auditorum numerum.

## CAP. IV.

Edictum R. Gustavi de informatione puerorum Junecopensem.

**R**EX Svec. Gustavus Adolphus dirigendi in Patria Ordinis studiosissimus, constituit in nova Civitate Junecopensi (fundata ad viam Regiam, quâ incedunt exteri, qui patriam terrena itinere ingrediuntur) & publicavit hanc Ordinantiã, informande juventutis utilissimam.

**N**OS Gustavus Adolphus D. G. Svec. Goth. Vand. Rex &c. Manifestum facimus quod magnam curam studiumq; in id contulerimus, ut Civitatem nostram Junecopensem honestã victum quærendi ratione institueremus, atq; in eam rem haud exiguos fecerimus sumptus, huc transferendi mechanicos & opifices, quorum ope honestus Civis sufficienter & liberaliter vitam & familiam suam sustentare; imò adhibitã diligentia etiam ditari & opibus augeri queat. Compertum est inter alia piæ educationis impedimenta negligentiam & incuriam parentum, cum primis ignaviam & socordiam, in qua ipsi sunt educati, & quæ mala in prolem quasi hæreditarium quoddam propagantur, esse præcipuam causam, ne juventus ad aliquam maturam experientiam, sive in mercatura, sive in mechanicis perveniat. Quamobrem consultum deprehendimus, ut beneficio hujus

Insipientis & negligentia parentum est ut plurimum causa præve educationis liberorum.

„ hujus constitutionis huic malo remedium adhibea-  
 „ mus. Mandamus igitur subditis nostris, Civibus  
 „ Junecopens. quibus jam sunt, aut futuri sunt pue-  
 „ ri, ut ipsos actutum, dum compleverint septimum  
 „ annum, missâ omni excusatione, ad Scholam,  
 „ mittant, in qua discant legere & scribere, ut sic  
 „ consequenter ad studia properent, quò fiant Ec-  
 „ clesiæ Dei aut Reipub. utiles. Si fuerit tardior  
 „ Discipulus, ut in studijs progredi nequeat; tene-  
 „ tur Ludimagister id opportunè commonefacere  
 „ parentes illius, aut sumptus in illum frustra factos  
 „ compensare. Discant etiam pueri artem nume-  
 „ randi, ut officium librarij aut justam negotiatio-  
 „ nem exercent: Aut pro tertio, mechanicen seu  
 „ opificium laborare discant. *Qui parentes filijs, ut*  
 „ *annum excefferint septimum, ad dictum modum non*  
 „ *consuluerint; Sed perdididerint eos, sive procaciter ipso-*  
 „ *rum ignavia indulgendo, sive piam illorum informatio-*  
 „ *nem suspendendo, primum admonebitur transgressor à*  
 „ *Consulibus & Senatu Civitatis: Si admonitus imperata*  
 „ *non fecerit, causam dicat in curiâ, & sine mitigatio-*  
 „ *ne pro singulis mensibus, quibus puer septennû domi*  
 „ *ignavus vixerit, dependet in fiscum Civitatis 10 Tha-*  
 „ *teros. Qui non est solvendo, luat in corpore quod*  
 „ *non habet in ære. Et quisquis adolescens, qui*  
 „ *annum sedecimum compleverit, neq; certam de*  
 „ *se spem studiorum fecerit, neq; honesto opificio*  
 „ *operam condixerit, ille excidat tertiâ parte patri-*  
 „ *monij, quod jure sibi contingit aut contingere potest,*  
 „ *in Civitate aut extra illam; nisi in posterum ita se*  
 „ *emendaverit, ut deprehendamus eum in specie di-*  
 „ *gnum restitutione in integrum, tamen solis in istis*

Pena negli-  
 gentium pa-  
 rentum.

Pena inobe-  
 dientium pue-  
 rorum.

patrimonij bonis, quæ post diem restitutionis accidere possunt. Mandamus itaq; & injungimus severè cunctis subditis nostris, Civibus Junecopen- sibus, ut hoc ratihabeant, & nostrum mandatum enixè & fidelitè exequantur, nequaquam hoc intermittentes, quàm charum fuerit unicuiq; vindictam & indignationem nostram evitare.

In majorem evidentiam Regium nostrum Sigillum subtus imprimi curavimus. Signatum in nostra arce Junecop. 28. Jan. An. 1625.

## CAP. V.

*Famulus Junecop. tentatur à Sathana.*

**N**OVUM quid accidisse Junecopiæ An. 1625. pio Lectori non erit ignotum. Famulus cujusdam Civis Junecop. nomine *Jonas Jona*, natus in parocia Smolandia *Asa* cui statura erat integra & ætas juvenilis; hic cæpit liberalitè vivere, & computationibus frequentissimis indulgere, ubiq; expendens Joachimicos, quos innumeros semper possidebat, ut omnes mirarentur tantas pauperis famuli opes. Accidit autem mense Martio dicti anni, invenerunt domestici hunc servum summâ diei meridie, in lecto suo constrictum teneri fune ad col- lum suspensum. Perterriti domestici constrictum solvere volebant, quod vix omnibus viribus adhibitis face- re potuerunt, nullum videntes qui funem strictè teneret. Liberatus itaq; famulus in conspectu domesticorum à ministris Eccl. examinatur, qui hoc sibi accidisse ex ordine narravit, dicens: *Anno præterito 1624 dum per- te- gebam domum ex Nundinis Birgittianis, Wexonia in prin- cipio Octobris frequentatum, occurrebat mihi in Sylva Gre- gorydensi circa diei vespere, anus decrepita, rogans Ele-*

11 *masynam*: Excusabam me, quia scilicet nihil possidebam.  
 21 *Regebat illa*: si tu nihil possideas mihi contribuendum.  
 31 *dicam tibi unde pecuniam haberas*. Et fias opulentissimus.  
 41 *Solus astiti* (miser ego) à vetula (ut putabam) informandus. Hac dicere cepit, in prato tui Domini ad Orientem Funecopta est ingens lapis in medio Querceti fixus, hunc adibus tribus diebus in Septimana à Jove (Suecū Torisdagh) nominatis cumq; lapide una unoquoq; nominato die novem vicibus cursu retrogrado circumibis; Et invocabis magno clamore Larē (suo :) nomine. Tertio die predicto, in tertia septimana recurrente, postquam cursum prescriptum impleveris, audies vehementem sonum concitati venti, quasi quercetum prosterentis: Tu tamen non timebis. Tunc enim  
 51 *aderit nominatus Lar tibi dicturus*, unde sufficientem habeas pecuniam. Datā hac informatione discessit anus. Ego seductus (quod lachrymā deploro) à Sathana, feci solus periculum, lapidem predictum diebus nominatis circumcursum; Aderat tertio die Seductor, instar militis splendide ornatus, qui interrogabat quid peterem, dum ipsum toties tanto clamore invocasset? Respondebam miser, cupio pecuniam. Tunc ille, pecuniam sufficientem habere poteris, modò mea voluntati obtemperaveris. Dabis mihi (inquit) tuum Chirographum, quo testor te velle mea informationi acquiescere; Sic protulit rubicundum vasculum tincturā scriptoriā plenum, talemq; pennam Et magnam papyri folium habuit, jubens ut Chirographum ipse scriberem. Excusabam meam ignorantiam. Ille respondit: Scio te Scripturam Sueticam legere; si ego hoc scripsero tuo nomine, tu diligenter custodies Scripturam in Testimonium tuae fidelitatis mihi declaranda,  
 Scri.

Scripsit itaq; *Scripturam rubram* ignoto mihi *Stylo*, & *Scriptura Sa-*  
*thanae imita-*  
*tor gyrum*  
*serpentis,*  
 forma *Circulari*, incipiens à *Dextra* & *progrediens*  
 ad *Sinistram* itaq; *centro Scriptura* finiens, ut *repre-*  
 sentaret *Scriptio* formam *Serpentis* in *gyrum* *circumvolu-*  
 ti. Relegebat mihi *scripserim* esse *Sueticam*, sed ne  
 apicem *litera* *Suet.* videbam. Hanc *scriptionem* tra-  
 didit mihi *custodiendam*, qua *adhuc* est in *mea* *capsu-*  
 la. Tunc *dedit* mihi *etiam* *Joachimicos* *sat* *multos* *cum*  
*hoc* *mandato*, ut *illos* *composando* & *lascivendo* *in-*  
*sumerem*: *etiam* *caverem* *ne* *Templum* *frequentarem*,  
*aut* *de* *Cano* *Domini* *participarem*: Si *quandoq;* *ingre-*  
*derer* *Templum* *ad* *amovendam* *suspicionem* *impietatis*,  
*prohibuit* *credendum* *esse* *Concionatori* *verbum* *dicensi*,  
 & *si* *juberer* *S. Canonem* *accedere*, *expuerem* *Elementa*  
*assumpta*, *qua* *dixit* *nihil* *esse* *aliud* *prater* *sportellam*  
*pantis* & *vinum* *insipidum*. Postea *discessit* *ille* & *ego*  
*nummatus* *domum* *properavi*, *ejus* *informationi* (*prob-*  
*dolor*), *acquiescens*. Ante *aliquot* *dies* *evigilabat* *mea*  
*conscientia*, & *pantuit* *me* *impiissimi* *facti*. Tunc *se-*  
*ductor* *accessit* *me* *in* *lecto* *ex* *animi* *dolore* *decubem-*  
*tem*, *volens* *me* *suffocare*, *quod* *mandato* *ejus* *non* *ple-*  
*nè* *obtemperassem*, *ipsuq;* *erat* *qui* *me* *tunc* *constridum*  
*tenebat*, *quem* *vos* *domestici* *videre* *non* *potuistis*, *at-*  
*tamen* *ab* *ejus* *Tortura* *me* (*Deo* *gloria*) *liberastis*. Jam  
*precor* *serid* *ut* *vos* *ministri* *Eccl.* *beneficio* *officij* *vestri*  
*me* *à* *Dolis* *Sathanae* *conseruetis*. Hac *da* *à* *ingenua*  
*confessione* *praesentes* *ministri* *Eccl.* *coniolati* *sunt*  
*territum*, *jubenq;* *tentatum* *renunciare* *Sathanae*  
*omnem* *plane* *informationem*, & *spem* *firmam* *in*  
*Deum* *vivum*, *qui* *peccata* *remittat*; *collocat*.  
*Ille* *respondit*: *Omne* *servitium* *seductori* *renuncio*,  
*orans* *Deum* *ut* *mihi* *peccata* *remittet*. *Adhuc* *habeo*  
 Ccccc 2 duos

Scriptura Sa-  
 thanae imita-  
 tor gyrum  
 serpentis,

Peccata Satha-  
 nae cui usui  
 servit.



Sathan rece-  
pit suam pe-  
cuniam.

duos solos Joachimicos à seductore datos, quos in No-  
locorum mittam ibi distribuendos. Hos fatebatur æo-  
nomus pauperum Dn. Bononius (qui adhuc in vivis est)  
se accepisse, inq; proprio Marsupio reservasse, sed  
ante diei vesperam abstulit eos fur nunquam in-  
ventus (*En astutiam Sathana repetendi suas opes*) po-  
stea ægrotavit per septimanam prædictus famulus,  
& domestici egerunt illius curam, illiq; adfuerunt  
continuè præsentés mutatis vicibus, Diaconus Eccle-  
siæ & Notarius Scholæ, ne tentatio ingravesceret. Ac-  
cidit quadam nocte, præsenté Notario cum famulo  
domus, appropinquavit Seductor more Lemurum,  
quem de longè venientem videbat ægrotus exclamans:  
Vah me perditum! impostor venit ut me exagitet.  
Notarius præsentis monuit illum credere Deo suo liberatori.  
Cum jam adesset Tentator præforibus, audiverunt omnes advenientis gressus, in-  
star hominis duritèr pulsantis pavementum: Mox  
aperta est violentèr janua domus, & candela accen-  
sa ita obscurata est (non tamen extincta) ut Nota-  
rius præsentis legere volens in libro precationum,  
ne literam videre posset. *Leto suo videbat ægrotus  
adflare Tentatorem in forma viri splendidè ornati, por-  
rigentem ægrotò magnum Marsupium Joachimicò ple-  
num, quod Tentator recepit se ipsi daturum, si prioribus  
promissis vellet stare.* Respondebat ægrotus, *Non  
audeo, libera me ó Deus.* Vocem ægroti audiverunt  
præsentés, sed alloquium Tentatoris audire non poterant:  
Neq; alicujus formam in domo præsentem hi viderunt,  
saltem apparuit illis domus tunc fumo repleta.  
Postquam negasset ægrotus Tentatori servitium, discessit claudens durè januam,  
& can:

& candela hæcenus obscurata rectè illuxit. Tentator autem abiit in contiguam domum ubi ægrotus res suas habebat, ibiq; recepit datum famulo scriptum suum omnibus audientibus, fractâ violentè ægroti capsulâ. Finitâ hac tentatione convaluit ægrotus, laudans Deum qui ipsum liberavit.

Sathan recepit suam Scripturam,  
ed

Hanc Historiam referebant præsentès ministri Eccl. ipseq; ægrotus Pastori Junecop. de Comitijs Holmenf. ante Pascha dicti anni reverso, qui totam ex ordine Historiam narrabat è publico Suggesto, & auditoribus ad cautionem & piam militiam contra Tentationes Sathanæ excitandam, fidelitèr inculcabat.

*O Deus, ne nos inducas in tentationem,*

*CAP. VI.*

*Rex G. A. instituit Gymnasia in 4. Ecclesijs Cathedralibus.*

**A**D Ordinationem pij Regis Svec. revertamur. Quoniam omnis intentio pijls. Regis erat, ut Docti pijq; viri præficerentur officijs publicis tam in Ministerio Eccl. quam in officijs polit. & intellexit multis ingeniosis discentibus deesse sumptus in supremis Scholis more Studiosorum exponendos, itaq; volens gratificari studiosa juventuti ac utilitati patriæ consulens, instituit Religiosissimus Rex publica Gymnasia, amplificando Scholas Cathedrales, ut in ijs proponerentur pleræq; artes liberales cum studio Theologico & usu linguæ Græcæ. Auxit numerum prælectorum in Gymnasijs, ut sufficerent prælectioni Logicæ, Rhetoricæ, Physicæ, Politicæ & Mathematicum inferiorum cum exercitio Eloquentiæ & Poëseos;

Exercitia Gymnasthorum,

*Additis euiq; Gymnasio duobus Theologis cum Lectore  
Graecæ Linguae:* Quibus omnibus in singulis locis  
numeravit Rex Stipendia liberalia cum necessarijs  
habitationum commoditatibus. Primò instituta  
sunt Gymnasia *Sirengnesij* in Sudermannia, & *Arosia*  
in Veimannia, etiam in Finlandia *Abogla*; & Lin-  
copiæ in Ostro-Gothia, idq; tempore Episcopatus  
p. m. M. Jonæ Kylandri.

Cum jam instituta essent hæc Gymnasia & nu-  
merus Lectorum ibid. auctus, desijt nomen Con-  
rectoris Scholæ supra institutum l. 5. c. 7. & ele-  
gerunt Episcopi patriæ propriâ instigatione, in  
singulis locis Assessores in judicijs Eccl. quos vo-  
cant *Consistoriales*.

Hist. Arct.

Donatio Te-  
stamentaria  
Reginæ  
CHRISTINÆ

Horum 4. Gymnasiorum exercitia merentur.  
singula suam laudem, licet Episcopus Sirengnen-  
sis suum præferat Gymnasium in Hist. Arct. l. 2.  
p. 370. tum à celebritate loci, tum ab alijs com-  
moditatibus, quarum præcipua est donatio Testa-  
mentaria Illustriss. Reginæ CHRISTINÆ matris  
G. A. quâ legavit X mille Thaleros sustentationi  
XXX adolescentum hic artibus liberalibus dedi-  
torum, necessarijs: videmus attamen Historicâ  
relatione dicendum esse, non desiderari in reli-  
quis Gymnasijs Præceptorum diligentiam ac fide-  
litatem. Voluit etiam Munificus Rex *Gymnasium  
Aboense promovendum esse in Academiam*, gratifi-  
cando Genti Finnonicæ, ne suos Studioloſ arti-  
bus liberalibus deditos transmitteret cum pericu-  
lo navigationis, ultra Mare Balthicum: Sed ut  
studia liberalia in propria terra excoleret & ho-  
loraret. Quod pium intentum hodiè *Electa Re.*

gina nostra, Heres paterni Regni & officij, produxit  
in aeternum, quod nostra Historia ultimò narrabit.

## CAP. VII.

*Apparuerunt visiones Sabbatismum urgentes.*

**O**Sor pietatis artiumq; liberalium communi  
utilitati inservientium ipse Sathan, quod non  
potuit tempore pij Regis G. A. per Hæreticos ten-  
tare Nostram Ecclesiam, ut prioribus temporibus  
factum legimus, id perfecit proprio schemate.  
*Apparuit enim alicubi locorum in patria, prædicans*  
*instar Angelus tactus, doctrinam pietatis, dissuadendo*  
*peccata hodiè nimis crescentia, præsertim superbiam,*  
*luxum, variamq; vestendi formam, non tantum in-*  
*diè mutabilem & scandalosam: Sed & conjunctis vi-*  
*tij, lasciviâ & contentionibus plenissimam.* Hunc  
modum seducendi simplices Christianos legimus  
Sathanam sæpius servasse. *Dæmon erroneus* (ait  
Hist. Trip. l. 12. c. 9. *apparuit Judæis in Geta, qui*  
*nomine Moysi plurimos seduxit.* In Arabia solitudini-  
bus (ait Scal. ex. 355.) *quotidiè videntur Dæmones &*  
*Mauritanij ojuat Dæmones alios candidos, alios atros,*  
*alios rubros.* In Vestgothia & Smolandia apparuit  
hic personatus Angelus alicubi; Sed in Nericia  
dedit Tentator notabile hujus apparitionis exem-  
plum, commovens puellam in Pastoralis prædio  
Kumt; ut talia proloqueretur, addens externa  
signa quasi confirmantia hanc admonitionem fuisse  
divinam. Concludebat puella motu Spiritus  
(ut dicebat) in se loquentis, *placandum esse Deum,*  
*& panem peccatorum avertendam observatione Sabbati*

A Satia Satha-  
ne.

Sathan querit  
hereses &  
schismata,

*Judaici.* Eandem Sabbatismi Doctrinam inculcabat Spiritus qui alibi locorum apparuit: undè multi non solum ex rudi plebecula simpliciores, sed Pastores Ecclesiarum *agebant die Sabbati* (qui olim dictus est dies Saturni) *ferias*, & non minimam dederunt schismati occasionem.

o. Videl. 6.  
c. 16.

Hæc Doctrina de observatione Ceremoniarum Judaicarum, non turbavit solam primitivam Ecclesiam tempore Apostolorum fundatam; sed sæpius eandem Crambem recoctam esse novimus: Non enim poterit Sathan facilius persuadere hominibus odium Christianæ Religionis, & Judaicæ approbationem, quam per resumptionem Sabbathi Judaici, quo recepto sub opinione necessaria sanctificationis, recipiuntur pedetentim plures Ceremoniæ Judæorū & Christianismus vilescit. Narrat Socrates

Socrates,

Vulgus acceptat libenter inventos ritus religiosos.

Hist. Trip. l. 9. c. 37. & l. II. c. 5. *Sabbatum ex Judæo factum Christianum voluisse eodem modo introducere in Christi Ecclesiam Iudaismum: unde quidam simplicium (ait) & maxime Phrygum & Galatarum ex hac re justificari credentes, imitabantur eum.* Aridet quippe hæc Doctrina maximè vulgo hominum, tum quia ex operibus hi justificari cupiunt, tum quia Ceremoniæ Judaicæ sunt antiquissimæ, primis patribus à Deo præscriptæ, quare antiquitas & sanctitas harum, absq; uberiori commendatione usum illarum populo persuadent. Hinc nominat Hist. Trip. *Dogma Sabbatariorum RUSTICITATEM*, quasi Rusticis acceptum. Quandoquidem hinc apparet introductionem Sabbathi Judaici ab apparitione Prædictorum Spirituum præceptam, fuisse Tentationem Sathanicam, meritò

Hist. Trip.

quæ-

quæritur, *Cur idem Spiritus dissuaserit peccata hodie creberrima?* Est enim studium Sathanæ promovere non impedire peccata. Ad id videtur sic respondendum. Novit Tentator hoc esse *studium hominū ut mandata negligat & vetita faciat*: igitur is volens irritare studium contrarium, dicit hominī à peccato esse abstinendum. Hoc audientes securi peccatores, mandatum (quasi divinum) contemnunt, eoq; insolentius peccant. Simples homines datam esse mirabilem à Spiritu admonitionem observantes, dum postmodum intelligant fuisse eam dolis Sathanæ propositam, incipiunt & illi securius vivere, contemnentes talia peccata, tanquam solā prohibitione Sathanæ essent hominibus interdicta. Constat igitur *Sathanam gravius nocere & facilius illudere hominibus in forma Angelū lucis, dum peccata prohibet, quam in proprio habitu, dum ad peccandum allicit,*

Cur Sathan in forma Angeli dissuadet peccata?

## CAP. VIII.

*Ordinatio Compagnie Navalis negotiationem West-indianam exercentis.*

**D**UM intellexit pius Rex G. A. institutionem Generalis Consistorij Eccl. non procedere, propter tergiversationem Episcoporum patriæ; suspendebat hanc causam, ejusq; deliberationem in commodius Tempus rejecit. Cogitabat attamen *Rex Gustavus* sedulò confirmandū esse statum Patriæ politicum, & amplificanda bona Patriæ, ut facultates subditorum auferrentur institutione Compagnie Navalis, quæ negotiationem in Vestindia exerceret:

D d d d

Nam

Compagnia Veff.  
indiana.

Nam bona terræ nostræ illuc deportanda parvo prætio veneunt adventitijs, qui vicissim bona illius terræ huc allata magno æstimant; Sic nos bonis nostris alios locupletamus. Accedit causa Religiosa, institutionem hujus Compagniæ promovens. *In amplissima America, terræq; Megallanica multus est populus nondum ad Christianismum conversus. Qui verò Christianus est, ab Hispanis est Dogmate Papistico eruditus, ut justitiam quarat potius in operibus hominum, Traditione humanâ institutis, quàm in merito unici Mediatoris Christi, fide percipiendo. Quapropter piissimus Rex motus causâ convertendæ populæ Barbarum ad Religionem & quidem veram Evangelicam, censuit hanc Compagniam fore utilissimam, & huic operi necessariam. Ad hujus rei continuationem instigavit Regem nostrum, quidam Hollandus, nomine Wilheimus Visting, qui dixit se quasdam Americæ insulas visitasse, jamq; scire commoditatem eò perveniendi, ac prospero itinere (volente Deo) progrediendî.*

Hanc causam proposuit Rex Svec. Ordinibus Regni in Comitijs Holm. An. 1627. congregatis, ut de instituenda Compagnia Navali, & contribuenda pecunia, huic itineri ac negotiationi necessaria, omnes deliberarent. Quoniam hæc causa videbatur omnibus nova, & multis difficilima, placuit Regi hanc esse proponendam paucis Selectis viris, non omnibus in communi. Quare jussit ut Ordines Regni ex sese eligerent viros huic deliberationi dispositos (Rikspogårdh) quod & factum est. His visum est utilissimum, ut omnes contribuerent, quò summa cresceret & necessitati ope-

operis sufficeret: Tamen admonitio est facta, ut ditiores, qui plus lucri ex hac negotiatione cuperent participare, etiam pro facultatibus plura contribuerent. Ordinantur Directores causæ qui suadent initium contributionis futurum à Pastoribus Ecclesiarum, ut reliqui Ordines exemplum horum lubentius imitarentur.

## CAP. IX.

*Concio penitentiæ quam indoctus Scholaris è fastigio Templi tunc op. habuit An. 1627.*

**M**irabilia facta, quæ instigatione divinâ videntur producta, commemorare decet. Anno Chr. 1627. frequentavit Scholam Junecopensem puer Vesboënsis è paræcia *Kulltorp* oriundus, nomine *Erlendus Laurentij*. Hic piè educatus, Elementis Svecicarum literarum hic incubuit. Accidit dicto anno die 30. Aprilis, qui tunc erat 2 dies publicarum (ut vocamus) rogationum; ubi hic puer cum alijs Templum ingrederetur horâ 6. matut. ad audiendam Concionem, raptus est cursu velocissimo in fastigium Templi, ubi Turris est lignea. Cumq; haberet secum duos libros Svec. unum Psalmorum, alterum Fontis vitæ, Ubsaliæ impressum: aperuit primum quasi ex illo concionaturus; Sed mox claudebat illum, manu sinistra retentum, movebat autem frequentèr Dextram, inter loquendum, quasi digito monstraturus quæ dicebat. Capit Concionem gemebundus, de peccatis suis & aliorum queritans, ut per totam Civitatem hujus querula vox audiretur, ideò concurrebant multi novitatem aud. turi, unde factum est ut

Exordium  
Concionis  
pueri.

D d d d d 2

puer



Arguuntur  
peccata.

*puer haberet plures in platea auditores, quam Diaconus in Templo.* Puer dixit se rudem debere rudes, informare, & Civibus denunciare venturam pœnam nisi resipiscant. *Heo peccata arguebat. 1. Contemptum verbi Dei,* dicens: Fastidit populus longas licet utiles Conciones, calumniando Concionatorem commorantem in Suggestu ultra horam, dicentes, nescit descendere garrulus antequam retrahatur. Dum feriæ multiplicantur, conqueruntur multi servitium famulorum & ancillarum suarum nimis relaxari: itaq; tunc contemptis sacris ablegant servos in villas, tractatum negotia secularia: Sunt hic boni Concionatores quos dum non auditis, vix illis digni estis. 2. *Imptam usuram.* Sunt hic multi lucriones & quæstuarij, qui proximi sui bona exugunt, animi causam nihili facientes. 3. *Luxum.* Scortationes & luxus in tantum crevere, ut major pars hominum hæc peccata nomine vitiorum non æstimat. 4. *Crapulam.* Commessationibus nocte dieq; studet vulgus hominum: Sed tempus brevissimum auditui ac meditationi verbi Dei dicatum, semper æstimatur prælongum. 5. *Securitatem.* Tantum indulget homo securæ vitæ, ut dicat se sat maturè Templum accedere, si Concionem die Dominicâ audiat, quasi non sit Christianum opus psallere Deo & Spiritualibus Cantionibus præparare animum auditui verbi Dei, sicut solet Ecclesia sanctificationem Sabbathi incipere. Usus S. Cænæ ferè vilescere videmus, potius quærunt homines occasionem retardandi hunc sacrum usum per inimicitias, quàm se ad eum præparandi per pœnitentiam. *Pœnam Divinam hæc ver-*

*bis praeiit.* Deus loquitur Deut. 28. p̄nam omnibus inobedientibus accumulari, quod certè nobis dictum sciamus, nisi agamus seriam p̄nitentiam. Mihi puero impositum est tempestivam admonitionem dare Civitati, quam si negligat, peribit inundatione aquarum. *De P̄nitentia sic locutus est.* Bonitas Dei adhuc manet, per quam habemus remissionem peccatorum. Scribitur Pf. 20. exaudiat te Dominus in die tribulationis. Et Christus Matthæi 11. venite ad me omnes. Item Joh. 16. Quaecumq; petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Si hoc rogaverimus fide cordis, impetrabimus remissionem. *O Deus juva nos.* Plura Testimonia S. Scripturæ & longam admonitionem dedit puer: Sed auditores summam recitarunt. Ultimò addidit preces, Litaniam & collectas de remissione peccati & pro pace, cum cælesti benedictione, concludens totam parænesin hac voce, *O Deus juva nos.*

Additur p̄nitentia

Conclusio

Summam hujus Concionis recitabant illius auditores coram Pastore, totoq; ministerio Eccl. loci, quod ita factum fuisse manuum suarum subscriptione ipsi ministri sunt Testati, qui etiam diligenter scrutati sunt instigationem facti & hujus pueri vitam, inde nihil aliud colligentes, quàm simplicis pijq; pueri factum fuisse raptum, cœlestem & piam ἀναγωγὴν, sicut Christus testatur de pueris clamantibus Hosianna Luc. 19. v. 40. Hanc Concionem exscripsit Pastor loci, & suo Episcopo Wexionensi transmisit qui motus novitate rei, & sacro pueri balbutientis factō, addidit huic Concioni suam admonitionem.

Admonitio  
Episc. Wex.

totumq; Scriptum tradidit Typographo Calma-  
riensi publicandum, ut Exemplaria sufficerent  
omnibus Diæceseos Ecclesijs, in quibus hæc Con-  
cio cum admonitione Episcopi est publicata. *Sum-  
ma admonitionis Episcopi hæc est.* Non credamus  
hanc pueri Concionem Junecopiæ factam, solâ il-  
lius Ecclesiæ causâ fuisse institutam: potius omnes  
hac rectè utamur admonitione, monitu Christi  
Luc. 13: 3. Videmus quidem pium nostrum Regem  
prohibitione & pænâ agere sedulam curam corri-  
gendi peccatores: tamen vivunt in multis locis  
peccatores ijsdem dediti flagitijs, quæ puer in sua  
Concione taxat: Talem fore statum ultimi tempo-  
ris prædixisse Christum legimus Luc. 17. Mat. 24.  
ubi securitas hominum ultimo tempore viventium  
erit eadem, quæ fuerat tempore diluvij, quando  
Noë ingressus est Arcam: & tempore everfionis  
Sodomæ & Gomorræ, quando Loth gratiâ Dei li-  
beratus est. Mores præsentis seculi, qui observave-  
rit, videbit supinam illam securitatem rediisse.  
Tempore Noë nominantur fortes in populo Gigan-  
tes, non tam propter staturam, quam propter op-  
pressionem infirmiorum, interprete Brentio, sic  
dicente: *Mores equi temporis ita sese habuerint, ut  
semper potentior impotentiore opprimeret, & suam  
quæq; animi cupiditatem & libidinem, contemptâ omni  
verbi Dei auctoritate sectatus sit.* Eandem Tyran-  
nidem exercuisse potentiores in Sodoma constat,  
dum frangere fores sui Concionatoris Lothi ten-  
tabant. Horum similes sunt Lucriones nostri tem-  
poris, qui exugendo bona sui proximi, cum op-  
primunt & sub pedibus conculcant. Vita œco-  
nomi-

Eadem hodie  
securitas ho-  
minum quæ  
fuit ante dilu-  
vium.

nomica qualis tempore Noë & Lothi explicat. “  
 Christus dicens, Edebant & bibebant, omnibusq; “  
 voluptatibus indulgebant, donec Noë ingredere- “  
 tur archam. Non existimemus prohibitum esse “  
 edere & bibere ad necessariam vitæ sustentatio- “  
 nem, aut illicitum esse alijs rebus œconomicis in “  
 vita utilibus, moderatè & juxta necessitatem in- “  
 dulgere: Sed edendo & bibendo fovere *avaritiam*, “  
 impura colloquia, incontinentiam, scandalosas “  
 fraternitates &c. Horum plurimumq; malorum, “  
 exercitium pijs interdictum novimus, quorum, “  
 tamen usu frequentissimo homines hujus seculi “  
 vehementer gaudent, ut vix videantur posse mo- “  
 ribus illius seculi magis conformari. Quicumq; M ser steno  
 spiritus hanc pueri Concionem formaverit, vide- Germanis  
 tur voluisse nobis ob oculos ponere miserum sta- “  
 tum Germaniæ, in quem hujus habitatores deve- “  
 nère furore belli, per mutuam discordiam indi- “  
 genarum continuati, potentiores oppresserint “  
 alios. Hæc mala cum alijs vitijs hodiè usitatis, si “  
 nos ipsi foverimus, eandem pœnam nos manere “  
 sciamus. Locus pœnitentiæ cum detur, agnosca- “  
 mus grati hanc Dei bonitatem, de infra scriptis Formæ pœni-  
 ferio cogitantes. 1. Brevissima est vita hominis, tentim.  
 non solum à numero annorum mensurata; sed  
 considerata in perpetuo motu properandi ad sta-  
 dium vitæq; finem. In hoc cursu nulla hora est  
 libera à Nuncio mortis, quin potius ipsa venit  
 multis inopinata. Hoc nos semper cogitantes,  
 quamlibet nostram horam rectè ducamus ultimam  
 esse, ut non differamus debitam pœnitentiam.

2. Luxuriosa & voluptuaria vita erit maturè corri-

„ genda. Applausus usitatae voluptatis vertebat uxore  
 „ rem Lothi in statuam salis &c. Ad emendatio-  
 „ nem luxus pertinet *α.* Humiliter de se sentire,  
 „ ne aliquis se ultra vocationem efferat, aut labores  
 „ alienos arripiat. *β.* Se subijci Deo, in omnibus  
 „ actionibus auxilium ejus implorando. *γ.* Capti-  
 „ vare rationem in obsequium verbi Dei, ut id vi-  
 „ deatur verum & salutare, quod Deus praedicat &  
 „ praecipit, non quod noster discursus praesumit, aut  
 „ quod voluptas nostra persuadet. *δ.* Boni consu-  
 „ lere totum regimen Dei, sive peccantes castiget,  
 „ sive supplicantibus parcat. *ε.* Nobis vigilandum  
 „ & orandum erit assidue, ne incidamus in Tenta-  
 „ tionem: Sed ut merito Christi fidentes, tum li-  
 „ beremur a peccatis eorumque panam; tum confirme-  
 „ mur de certitudine salutis, ne diffidentia in mor-  
 „ tem aeternam nos incautos & impenitentes abri-  
 „ piat. Oremus Deum ut largiatur patriotis ve-  
 „ ram penitentiam, juxta seriam admonitionem,  
 „ S. R. Majestatis D. N. Clementiss. quam in omni-  
 „ bus suis mandatis de tribus solennioribus preca-  
 „ tionum anniversariarum diebus, quotannis publi-  
 „ catis, sedulo iterat, & positus transgressori panis  
 „ inculcat.

## CAP. X.

*Visitatio Esthonia jussu Regis Svec. instituta.*

**P**ostquam Rex Gustavus Adolphus subegisset  
 totam Livoniam cum Esthonia, voluit ibi-  
 dem, sicut alibi in imperio Sveo-Goth. Ecclesiam  
 Christi simul cum Politia florere. Quare instituen-  
 dam esse Generalem visitationem praecipue in  
 Estho.

Esthonia, quæ consuetâ Barbarie & usu belli erat maximè perdita, videbat consultissimum, Huic <sup>Visitatores</sup> labori præfecit pius Rex *Illustr. viros Dn. Philippum Scheding / R. Senatorem, & Dn. Petrum Sparve /* qui in illis Provincijs administravit jus, & in supremo judicio Regio Dorpati Livon. instituto Præsidem egit; cui addidit Rex *R. Episcopum Arofsensem,* qui antea Concionator aulicus has Provincias lustrâset, Regem comitatus in militia; His visitatoribus injunctum erat corrigere quicquid occurreret pietati noxium, ac Profectui Ecclesiæ inimicum, præsertim si quid invenirent in Templis aut moribus hominum de superstitione Papist. reliquum, quod Doctrinam Evangelicam corrumperet, id totum è medio tollerent. Ubi offenderent Ordinem & Disciplinam Eccl. concidissè (ut fieri solet fremente bellorum strepitu) restituerent in integrum ordinem collapsum. Quos peccatores viderent securos, & absq; pœnitentia peccatis deditos, hos sive ordinis ignaros, ad agendam juxta veram Ordinantiam Eccl. pœnitentiam traherent, sive Ordinis contemptores per Leges Eccl. castigarent. Quam observarent in Pastoribus Ecclesiarum, sive officij negligentiam, sive morum pravitatem, præmissâ fidei admonitione corrigerent, omnemq; Ataxiam tollerent, ut populus disceret veræ pietati adhærere. Quod hi visitatores pio operi sibi commendato sedulo invigilaverint, testantur hodieq; Provinciæ inhabitatores.

## CAP. XI.

*Pietas Regis G. A. declarata in bello Germanico.*

Ecce

Dum

**D**UM vocatus erat Rex Gustavus ab Evangelicis Germaniæ indigenis, ad ferendum illis auxilium contra Tyrannidem Cæsareanorum militum (quam occasionem datam Regi Gust. ingrediendi Germaniam cum Exercitu copiosè explicat Historia Arct. l. 2. p. 384. & seqq.) studuit pius Rex non solum concesserari pijs Evangelicis Principibus atq; Ordinibus, quos cum summo suæ vitæ periculo defendebat ab incursione Hostium, bonaq; illorum servabat integra, ne ulla cederent direptioni militis Sveci: Sed etiam ædes sacras Scholas & Academias Evangelicas in Germaniâ, ab hostibus sive spoliatas, sive turbatas, in integrum restitui iussit. Doctos viros & Professores Orthodoxos clementer excipit, & placidè allocutus est; quam Clementiam Regis cum singulari humanitate conjunctam commendat Ict. Fr. Stypman in suo Panegyrico C. II. ita scribens: *Sereniss. Rex Gustavus Adolphus sat deit Exemplum amoris in Literatos. Germania novit quomodo à cineribus vindicavit Academ. Erphordensem & pristino decori restituit. Ita literas solum fovet, qui digna literis gerunt. Rursus literis commendantur, qui literatos fovunt. Academia nostra Nestor orsus sermonem, Regis Clementiam & universitatis restorationem communi nomine postulavit. Sereniss. Rex omnia breviter repetens, singulis singula addidit, tanta facilitate, Eloquentiâ & Dexteritate, ut dubij Professores abierint & adhuc fiet, plus ipsius Majestas debeat literis on armis? Hactenus ille. Hic Rex veniens cum Exercitu Wittebergam, dum Castra non procul ab urbe haberet, egressi sunt illius Acad. Studiosi visendum rei*

Hist. Arct.

Rex G. A. non servavit Academias Germ.

F. Stypman.

novitatem & ordinatam castrorum formam; Hos nominavit Rex genuinos Lutheri filios, & Theologos illius loci ad se vocatos ita allocutus est Rex, *Ex hoc loco nos, in Sueciam usq; diffusam Evangelicæ Doctrina lucem accepimus: Nunc verò, quia hostes veritatis eandem tenebris involvere conantur, accedimus è tenebris in lucem, iterum eam Deo auxiliante evocaturi.* Pietatem R. G. toto hoc bello declaratam, religiosi viri qui in Comitatu Regis continuè fuerunt, non satis deprædicare sciunt. Partâ victoriâ in Campo Lipsensi, & Tillij Legionibus partim prostratis, partim fuis, dicunt Regem cum socijs in genua pronum, cecinisse altâ voce Gratias Deo, repetito Hymno, *TE DEUM LAUDAMUS*, Idem factum est Augustæ Vindelicorum, dum Regius exercitus per omnes intromissus esset portas Civitatis, factâ jam deditioe, & in magno Urbis foro esset jam collectus, tunc Hymnum eundem clarâ voce totus Exercitus præcinente Rege decantavit. Sic legimus Constantinum M. cecinisse Domino laudes, postquam vicerat Maxentium, teste Euf. l. 9. c. 9. Idem fecit Theodosius, victo Tyranno, dicit Hist. Trip. l. ii. c. 18. Quoniam felicissimus hic successus *MAGNIGUSTAVI ADOLPHI* & multiplex victoria contingens mirabili Dei dispositione esset omnibus, imò hostibus, magnæ admirationi, ideò omnes ubiq; locorum acceperunt personam Regis summâ veneratione, plurimiq; attribuerunt ejus industriae ejusmodi successum & victoriam. De qua re ita collocutus est Rex cum suo Concionatore D. D. Jac. Fabricio sic dicens: *Omnia quidem nobis salva sunt, & ex voto succedunt.*

Commenda-  
rio Academiæ  
Witteb,

Victoria Regis  
Gust. Adolphi

Eusebr

Hist. Trip.



*Verum unum est quod me malè habet: Omnes me non secus ac Deum venerantur, existimantes cuncta per meam expediri industriam. Vereor Deum mibi irasci, ut solitam gratiam mihi deneget, aut si his rebus me eximat, fiat bona Dei voluntas.*

## CAP. XII.

*Institutio Scholæ & Gynnasij Dorpat, in Livonia.*

**R**EX Svec. Gustavus Adolphus studens conjungere subjectas sibi Provincias Ingriam & Careliam cum Livonia, constituit unicum harum Provinciarum Governatorem, & elegit sedem Musis artibusq; liberalibus convenientem, in fine Livoniæ *Dorpat*, loco propinquo Careliæ & Ingriæ, ubi exercitia artium liberalium voluit excolenda, quò populus harum Provinciarum partim simplex, partim Barbarus, literis ac pietati assuesceret: Etiam hoc modo studia liberalia veraq; Religio in Muschoviam, & ad populos his Provincijs proximos transmitterentur. Cæpit hic status dictarum Provinciarum Anno Chr. 1629. Tunc ordinavit R. Gustavus Dorpati Scholam & Gynnasium convocatis artiũ Professoribus, qui juventutem informarent, additâ communitate seu convictu 50. personarum qui Regio stipendio viverent. Hunc statum disposuit pius Rex per suum Consiliariũ Illust. Dn. Joh. *Elytte* /cujus Programma sic sonat. **Joh. Elytte senior** L. B. in *Duderhoff* / Dominus in *Grönsöb & Strömsrum* / E. A. S. R. M. & Regni Sv. Senator. Generalis Governator Ducatum Livoniæ, Ingriæ & Careliæ, Acad. Upsal. Cancellarius & Legifer citerioris Finlandiæ, omnibus ac singulis cujus-

juscunq; conditionis fuerint in Nominatis Duca-  
 tibus salutem. Quamquam Ethnici rectè vocârint  
 Scholas, virtutum bonâq; politiæ seminaria, dum  
 sciverint teneram juventutem, quæ in artibus li-  
 beralibus pijsq; moribus educanda sit, Scholis ef-  
 se tradendam: Siquidem homo vitam à Deo, edu-  
 cationem verò à præceptoribus in Schola perci-  
 piat. Nos tamen Christiani, qui non solum artibus  
 virtutiq; studemus, sed pietatem Deiq; cognitio-  
 nem sectamur studiosius Exercitia Scholarum con-  
 servanda, & in locis à studijs præsertim remotio-  
 ribus instituenda meditabimur. Non enim possunt  
 Parentes suis relinquere liberis Patrimonium, sive  
 liberalius, sive durabilius, quam piam educatio-  
 nem. Præterea si oculis animi intueri velimus  
 cursum Orbis amplissimi, videbimus omnium ordi-  
 nū viros in summâ æstimationem beneficio studio-  
 rum liberalium pervenisse. Hoc dum piè consi-  
 deravit *Sereniss. & potentiss. Princeps Gustavus Adolphus*  
*Svec. Goth, Vand. Rex, magnus Princeps Finlandia, Dux*  
*Esthonia & Carelia. Dominus Ingria, Dn. meus Clem.*  
 exoptavit sapius his Terris Exercitia artium libera-  
 lium, & nunc ipso facto pietatem & clementiâ suam  
 demonstrat, instituendo in hac sua Civitate Dorpa-  
 tensi Scholam particularem, simul cum Gymnasio,  
 ubi juvenus tam ex Nobili, quam urbana & plebeja  
 familia, in Lingvis Gallica, Lithuanica, Esthonica  
 & Ingrica, loquendo, scribendo, numerando; itemq;  
 in studijs humanioribus, artibus etiam liberalibus in-  
 stituatur & erudiatur, ut patriotæ discant suæ servire  
 Patriæ, officijs tam Eccl. quam polhitis dispositi, ne  
 sit deinceps opus vocare ex alijs terris viros, his labo-  
 ribus idoneos.

„ Ordinavit adhuc pius noster Rex communem  
 „ mensam, sustentationi pauperiorum discipulorum,  
 „ hic studijs invigilantium necessariam. Hanc S.R.  
 „ Majestatis Clementissimam ordinationem susten-  
 „ tandi in hoc Collegio artium liberalium & lingua-  
 „ rum Professores, vobis Trium Nominatorum Du-  
 „ catuum incolis significare ratione officij debeo,  
 „ non dubitans, unumquemq; prudentem subditum  
 „ hanc sui Regis institutionem raramq; munificen-  
 „ tiam magnificere, extollere. Moneo ut singuli  
 „ liberos vestros ad hanc scientiarum mercaturam,  
 „ quantocyus transmittatis. Artium exercitia inter  
 „ Professores ordinabuntur, & classes disponentur,  
 „ ut artes tam prælegendo quàm disputando discen-  
 „ tibus sedulò inculcentur, recteq; Alphabetarij tra-  
 „ ctentur. Hoc publicè significatum volo, in cujus  
 „ rei certitudinem Sigillum & manum meam appo-  
 „ no. Datum Dorpati 18. Aug. An. 1630.

## CVP. XIII.

*Processus introductionis Academiae Dorpatensis.*

**A** Nno 1631. approbavit Sereniss. Rex Svec. insti-  
 tutionem esse Academiam Dorpat. constituto Pro-  
 fessoribus, stipendiarijs, Totiq; Ordini Academico li-  
 berali stipendio, quod indicavit Generalis Gubernator  
 publico programme dato 21. Septemb. An. 1632. In  
 quo invitabat quosq; præstantissimos ad solennem Aca-  
 demiae introductionem, futuram 15. Octob. ejusdem  
 anni. Ipsa introductio hoc processu facta est.

„ Preparabatur Auditorium majus undiq; expan-  
 „ sis Aulaeis conspicuum: ibi mensa ad cathedram,  
 „ erat posita, in qua conspiciantur insignia uni-  
 „ ver-

versitatis à Rege donata, cum omnibus requisitis “  
 Sindone inclusa. Diei hora octavâ, omnium in “  
 Urbe Campanarum sonus est auditus, & descendit “  
*Generalls Gubernator* de arce in auditorium, cum “  
 summo processu. Erat in Comitatu nomine Di-  
 casterij Regij ibid. constituti, *Illustriß Dn. Petrus*  
*Sparre* / Regni Svec. Senator & Dicafterij præses,  
 cum Assessore *D. Fabiano Plater*, Nobili Livono.  
 Nomine Equestris ordinis in Esthonia *D. Bernhar-*  
*dus Laube*. *D. Magnus Nicrodt*. *D. Ottho Willhelm*,  
 Nomine Civitatis Rigensis, Præfectus *D. Gotthar-*  
*dus Wisling*. Nomine Civitatis Revalensis, *D. Geor-*  
*gius Consul*, & *Andreas Stampell*. Nomine Mini-  
 sterij Eccl. ibid. *M. Ludovicus Dunte*. Nomine  
 Civitatis Dorpt. *Nicolaus Teschen* Consul. Nomine  
 Civitatis Pernau *Fridericus Pitman* Prætor. No-  
 mine Civit. Narv. *Martinus Hendosius* Secretarius.  
 Post hos Legatos exiit de arce Castellanus *D. Jost*  
*Laube* cum Assessoribus Dicafterij reliquis ac offi-  
 ciarijs Regijs. Deinde Nobiles & Pastores Rura-  
 les. Postremo Civitates Dorpt. cum multitudine  
 copiosissimâ hominum undiquaq; confluentium.  
 In auditorio occupârunt locum dextrum Genera-  
 lis Gubernator cum Legatis: Senatus Acaddm. lo-  
 cum sinistrum. Actus ipse cæpit à Musica excel-  
 lenti, quâ finitâ præclaram recitavit Latine Ora-  
 tionem Generalis Gubernator, continentem se-  
 quentia. *i. Quoniam omnibus sit in confesso qua-*  
*lem fecerit progressum Gymnasium Regium, hic ante*  
*biennium Edicto Regio piè ordinatum, speranda est*  
*eadem fortuna vel major benedictio Academia Illu-*  
*stris, mandato Regio nunc instituenda. Nam quanto*

Oratio institu-  
 toris Acad.  
 Dorpt.

magis detraxerint homines huic Gymnasio Gustaviano, tanto excellentius in vestris oribus floruerit: unde jam omnes videmus magnum numerum Doctorum, Magistrorum & Studioforum hic presentem, qui huc tanquam ad sacram Mercaturam exercendam cateratim conflaverunt. Agamus gratias Deo, qui intentioni ac pietati Regis, nostrisque laboribus felicissimum largitus est successum. 2. Ut conspiciatur Excellentia hujus operis, & instituenda Academia claritas major, consideranda sunt hac argumenta.

1. Quid sit Excellentior operis alicujus Auctor, eo clarior erit ipsum opus. Quis credat Regem alium, nisi Christianissimum, in tanta molestia sub tanto bellorum strepitu saltem cogitasse de studiorum humaniorum progressu, quem infinitis curis, maximisque sumptibus ac stipendijs Rex noster hodie promovet? 2. Dare Musis hospitium praclarum est, idque solet fieri pacatis Temporibus, qua musis optissima. Praclarior apparet si hic veniat difformis temporibus, dum seponuntur obstacula qua praclarum factum remorantur, ut virtus agendi superet operis difficultatem. 3. Stipendia conferuntur Professoribus & Stipendiarijs à S. R. M. non solum amplissima & honorifica, sed etiam requirenda in loco tuto sc. Ingrata, ubi pax & fertilis terra. Hinc maximam clarificare tum Clementiam & Liberalitatem pij Regis nostri, tum commoditatem Exercendi studia liberata videmus. 4. De hoc Regio beneficio participant communiter omnes, tam plebei quam homines citati, quod huc Provincia ac populo Esthónico commodissimum evenit, cum audierim sic hie vixisse plebejos superioribus temporibus barbaros, & à studijs humanioribus alienos; qui nunc liberantur beneficio studiorum  
humana

humaniorum ab inscitia rubigine & vitioso Titulo Barba-  
 rissimè. Quapropter maxime meretur à suis Subditis  
 pius Rex noster gratias. s. Notum est plurimas uni-  
 versitates in Europa, optimâ intentione fundatas, po-  
 stiori parte corruptas esse, partim novitate Theologorum,  
 qui veritatem sacrarum paginarum per se invicem  
 obscurant speculationibus Metaphysicis: partim vanita-  
 te Idolorum, Medicorum & Philosophorum qui obscurâ  
 Terminis rei veritatem implicant; unde verbalem non  
 realem eos docere sapientiam intelligimus. Noster  
 autem Sereniss. Rex datâ lege ordinat, ut Professores  
 utilissima tradent, ne detineantur discentes in Theo-  
 reticis Labyrinthis, sed ad praxin studiorum perve-  
 niant, quò servant Deo & Patrie,

His dictis & prolixè illustratis convertit se Ge-  
 neralis Gubernator ad Ordines Livoniæ, seriò ad-  
 monens ut ipsi hanc Clementiam Regis agnoscant grati,  
 & institutionem hujus universitatù loco summi beneficij  
 Regij collocent; Hoc si facere negligant, ingratitude-  
 nis notam effugere minimè possint. Postremò ad Pro-  
 fessores & Studiosos Orationem instituit, commo-  
 nefaciens illos sui officij, quod singuli summa fidelitate  
 administrare debent. Quandoquidem (pergit) omnù  
 Academia suis gaudet privilegijs, justitiâ & insigni-  
 bus; Ideò hanc Academiam ipsidem ornavit Noster Se-  
 reniss. Rex, qua omnia in hac Mensa cernitis reposita, il-  
 la Professoribus & Magistratui Acad. servanda commisit  
 S. R. M. ijsq; ut hî dignè uterentur seriò injunxit. Equù est  
 hæc Privilegia publicè à vobis audiri. Sic Notarius Acad.  
 explicuit jussu Gen. Gubern. Regium Diploma Sin-  
 done inclusum, quo publicè recitato prælegebat No-  
 tarius designationè Professorù à S. R. M. ordinatam

In facult. Theol. Professores 2. Ordinarij, cum  
 2. Extraordinarijs. In facult. Jurid. Professores 2.  
 In facult. medica Professores 2. In facult. Phi-  
 losophica. Politices unus. Ethicæ unus. Phy-  
 sicæ unus. Historiarum & Antiquitatis unus.  
 Matheſeos duo. Lingvæ Græcæ unus. Lin-  
 gvæ Hebr. & aliarum Orientalium unus. Ora-  
 toriæ unus. Logicæ unus. Poëſeos unus.

His peractis surrexit *M. Henricus Oldenburgius*  
*Oratoria Professor, agens gratias submissas, publico*  
*Professorum & Academia, semulq; Totius Ecclesia &*  
*Reipub. in circumjacentibus præcipuè Provincijs consti-*  
*tuta, nomine, quod S. R. Majestas hanc pietatem &*  
*Clementiam Subditis suis, adeoq; ipsi Ecclesia Christi*  
*promptissimè declararit. Promisit hoc beneficium gra-*  
*to animo ab omnibus bonis, imò ab ipsa posteritate*  
*agnoscendum esse. Gaudium (ait) Professorum & Stu-*  
*ditorum indicat non solus confluxus eorum in hac so-*  
*lennitate frequentissimus: Sed ornatus parietum & sub-*  
*cellorum Auditorij, præsentia Legatorum ex Livonia*  
*& Esthonia satis declarat inhabitatorum gratitudi-*  
*nem S. R. Majestati debitam &c. Ultime egit gra-*  
*tias S. R. M. nomine Academia, cui commendata sunt*  
*Privilegia & Insignia publicæ authoritatis servanda &*  
*observanda. Promisit nomine publico, hujus mandati*  
*executionem studiose recq; esse suscipiendam;*

His absolutis audita est rursus elegans Musica,  
 & Gen. Gubernator descendit cum honorifico suo  
 comitatu, juxta processum præscriptum, in Tem-  
 plum S. Mariæ, occupans locum dextrum in Tem-  
 pli Choro: ubi conspiciebatur numerosus stylus  
 Poëticus, valvis & parietibus affixus, continens

gratulatoria huic solennitati convenientia. Postea veniunt in Templum Professores, præeuntibus ministris Acad. in rubris longisq; Tunicis, insignia Academiae ferentibus, quem ordinatum Comitatum sequebatur copiosa Turba Studiosorum. Postquam occupassent Professores suum locum in Choro Templi, & finita esset Musica, ascendit Suggestum decentè ornatum, Dn. Andreas Virginius Theol. D. & Professor, habens Concionem ex Psal. 117. quem Textum in duabus partibus tractavit. *Quis ille sit Dominus quem laudabimus & quare. 2. Qui sint illi, qui huic debitas laudes persolvent. Utramq; partem presentis actus accommodavit.* Habitâ Concione non defuerunt suo officio Musici. Deinde ascendit nomine Senatus Acad. M. Georgius Mancelius Theol. Professor, cathedram benè ornatam, coram Altari propositam, recitans Latinam Orationem de Conscientia, svadendo bonam rectè servandam esse, his præsertim, quibus magna officia commendantur, & dirigendo causam ad statum præsentem, conclusit Orationem singulari & devotâ gratiarum actione, Deo & S. R. Majestati debita. Ad extremum convertit se ad Studiosorum multitudinem, affirmans sibi impositum esse à Senatu Academ. pronunciare *Prælustrem & Generosiss. Dn. Jacobum Skyttei L. B. in Duderhoff & c. Rectorem Academia Dorpt.* eumq; invitavit ut Cathedram ascenderet & officium susciperet, quod & factum est. *Prælectorem* pronunciavit eadem Authoritate *Doct. Virginium*, qui Magnifico Rectori consilio & auxilio adesset. Constituto Magnifico Rectori tradidit Mancelius li-

Rector Acad.  
dem. Dorpt.

Prælector.



brum apertum, in quo Constitutiones Acad. erant descriptæ, in quo libro fecit Rector, porrectis digitis, juramentum fidelitatis. Postquam tradita, essent Rectori requisita officij, Matricula, Sigillum, Scepra argentea, Claves carceris & filci, cum Tunica purpurea (insignia officij) quam induebat, ad quæ singula data erat admonitio rectè utendi iisdem, postea descendit Mancelius & locum suum occupavit.

Rector Magnificus habuit Elegantem Orationem de Fundatione hujus Academiæ, quæ meritò redderet Serenis. Regem nostrum celebriorem, æternâq; memoriâ dignum, quàm multæ victoriæ bellicæ. Hanc clementiam Serenis. Regiæ Majestatis monuit Rector omnes Regionis incolas gratâ mente celebrare. Ad Professores idem conversus, gratias illis egit, quod juvenilem suam ætatem huic honori & officio parem judicarent: Promisit omnem se adhibiturum diligentiam, ut officium rectè administraretur. Studiosos deinceps hortatus est, ut pietatem ac diligentiam colerent, quo modo minuerent molestiam Rectori, & Ecclesiæ ac Politicæ utilitati consulerent. His ritè peractis descendit Rector, ad classem Professorum se accingens, & finitâ Musicâ discessit ipse præeuntibus ministris Acad. argentea scepra ferentibus: insequerentur ordinatè omnes Professores & Studiosi. Post moram aliquam discessit Gen. Governator cum Legatis, alijsq; juxta processum priorem insequentibus. Hi postquam essent arcem ingressi, solvebant milites omnia Tormenta pulvere nitrato impleta; omnesq; præsentem hunc diem gaudio transigebant, sequentem

tem Hebdomadam continuis exercijs proclamationum & disputationum celebrabant Academici.

## CAP. XIV.

*Regla confirmatio Acad. Dorpat.*

**N**OS Gustavus Adolphus D. G. Svec. Goth. Vand. Rex, magnus Princeps Finlandiæ, Dux Esthoniæ & Careliæ, Dominus Ingridiæ, &c. Significamus omnibus ac singulis, præsertim subditis Nostri, postquam tota Livonia nostro Regimini divinâ dispositione cecidit, factis sexennialibus inducijs, laboravimus continuè ut nostri ibidem subditi foro convenienti gauderent. Commodiorem huic intento non invenire potuimus modum, quàm ut duo illa fundamenta omnium Rerumpub. **PIETAS & JUSTITIA** postliminio revocarentur & florent. Quoniam vero nos multis negotijs totius Christianæ Ecclesiæ implicaremur, constituimus Nobis dilectum *Præses Svec. Dn. Joh. Skytte* L. B. in *Duderhoff* &c. Nostrum Regniq; Svec. Senatorem, ut in Livonia & Provincijs adhærentibus plenâ potestate præderet. Hic nostro consensu ac voluntate erexit Gymnasium in Civitate Nostra Dorpatensi, cujus amplificationem meditari Nostri esse officij agnoscimus. Ad petitionem igitur præfati Dn. Joh. Skytte ordinamus, statuimus & confirmamus in ea Civitate, juxta Tenorem harum literarum, Academiam & universitatem, in qua proponantur Exercitia omnium liberalium facultatum sc. Theologicæ, Juridicæ & Medicæ, cum Philosophia vera; & hanc constitutionem in omnem ævum volumus duraturam, ut discentes artium liberalium habeant hic locum suis studijs aptissimum. Quoniâ nulla societas sine Ordinatione & privilegijs

Causa instituta Acad. Dorpat.

Privilegia,

durare potest, ordinamus & confirmamus docenti-  
 bus & discipulis Nostræ Acad. Dorpatensis *eadem*  
 » *privilegia, immunitates & jura, quibus Nostra Acad. Urb.*  
 » *salensis gaudet*, non aliter quam si verbum de verbo  
 » huic Nostro Diplomati subscribantur, idq; voluntate  
 » integra & potestate plenaria; addendo ijs hanc ex-  
 » ceptionem: Si Tempora fuerint bellicosa (quod  
 » longè avertat Deus) ut non sit hic tutum Musis  
 » hospitium, habebunt Professores potestatem trans-  
 » ferendi Exercitia Academica in aliam Livoniæ vel  
 » Esthoniæ Civitatem pace ornatam, ubi datis pri-  
 » vilegijs plenè utantur. Hac ordinatione confir-  
 » mamus donationem prædiorum in Ingria, Acade-  
 » miæ Dorpt. munificentiam Regiâ collatorum, ex  
 » quorum redditibus anniversaria salaria Professores,  
 » & beneficium stipendij habeant Studiosi. Quamo-  
 » brem mandamus universis ac singulis nostris sub-  
 » ditis, nobisq; confœderatos clementer rogamus,  
 » ut nostræ Academiæ Dorpt. tanquam seminario  
 » pietatis & artium liberalium, summâ benevolen-  
 » tiâ faveant, Reverendis. huic corpori suum hono-  
 » rem deferant, ijsq; privilegijs ipsum complexum  
 » gaudere sinant, quæ eidem Regiâ clementiam dona-  
 » vimus, juventq; singuli pro posse, ut hoc semina-  
 » rium Ecclesiæ bonæq; Politicæ floreat æternum,  
 » quo maximum persentiat Emolumentum, non  
 » solum nostrum Regnum, sed tota Respubl. Chri-  
 » stiana. Tale amicorum benefactum singulari be-  
 » nevolentiam compensare volumus, nostrisq; subdi-  
 » tis Clementiam Regiam vicissim reponimus. In  
 » rei certitudinem veramq; Privilegiorum Confir-  
 » mationem subscribimus Nostram manum, & Si-

gil.

gillum Regium huic Diplomati apponi curamus.  
Datum in Castris Norenbergicis ultima Junij, An-  
no Chr. 1632.

## CAP. XV.

*Institutio Schola in Lapponia.*

**Q**uoniam Lapponia magnum Terra spatium ad Se-  
ptentrionem Regni Suec. complet, neq; Lappones  
habent domos aut certas sedes, prout describitur illius  
populi & Terra conditio in *Historia Art. l. 1. c. 25.* Hist. Act.  
est difficillimum hos homines ad certam Politiam ac Re-  
ligionem adducere. Cogitabant sapē p̄ Reges Suecīe  
corrigenam esse hujus populi barbariem & idololatriam:  
Sed horridus Mars hoc pium institutum persapē impe-  
diuit. Rex Suecīe Carolus IX curabat Templo adificari  
in Lapponia, sed decrant Concionatores verbi Dei, qui  
maternā Lapponum Linguā illis verbum predicarent, neq;  
altam Linguam vulgō intellexerunt. Continuavit hoc  
pium opus REX MAGNUS GUSTAVUS ADOL-  
PHUS, trahendo pueros illorum ad Scholas, quos ibi  
sustentavit donec adolefcerent, & in studijs liberalt-  
bus exercitati quidam Academiam Ubsat, adirent, ubi  
cognitis fundamentis vera fidei, re&aq; Religione il-  
lis confirmatā, ordinabantur ministri Eccl, qui patrio-  
tas suos veritatem salutis docerent, & Linguā mater-  
nā verbum Dei illis predicarent. Idem fecisse in Scy-  
thiā olim Imp. Arcadium, refert Theod. l. 5. c. 30.  
productis aliquos Presbyteris Scythicæ Linguæ gna-  
ris commendavit gentis conversionem. Hoc pium  
inceptum ut esset perpetuum, fecit pius Rex G. A. Scho-  
lam in ipsa Lapponia instituit, prout Edictum sequens  
ostendit.

Nos

„ **N**OS Gustavus Adolphus D. G. Svecor. Gothor.  
 „ Vand. &c. Rex, significamus quanquam dilectif-  
 „ simus pater noster p. mem. *Carolus IX* olim Rex Svec.  
 „ sicut & nos ipsi, postquam divinâ providentia in so-  
 „ lium Regni ascenderimus, sedulo incubuimus, ut  
 „ subditi nostri in ultima plaga Septentrionali ha-  
 „ bitantes, dicti *Lappones*, Literis & artibus libera-  
 „ libus imbuerentur, recteq; in Negotio salutis in-  
 „ formarentur: Tamen difficultas Temporum No-  
 „ strorum, quæ tumultu bellico omnia liberalia tur-  
 „ bat, pium nostrum propositum hæcenus impedi-  
 „ vit. Verum ne pia intentio planè concidat, or-  
 „ dinamus & constituimus Nostrum Regniq; Sve-  
 „ ciæ fidelem Senatorem, Gen. Governatorem Li-  
 „ voniæ, Ingriciæ & Careliciæ, nobis dilectum *prælu-*  
 „ *strum* Dn. *Johannem Skytte L. B. in Duderhoff* &c. i  
 „ Directorem Scholæ Lapponicæ in *Marchia Umeâ* in-  
 „ stituendæ; sicut seipsum huic operi administrando  
 „ spontè obtulerit, seq; hanc effecturum operam,  
 „ quantum divina benedictio dederit successum, re-  
 „ ceperit. Hæc directio hujus Scholæ erit in fami-  
 „ lia Skyttiana perpetua. Ut autem quid certi ha-  
 „ beant tum Præceptor, tum discentes hujus Scho-  
 „ læ, undè vivant: *donamus huic Scholæ Totam sum-*  
 „ *mam Decimarum, quom Parochiani in Granarium*  
 „ *Umensi quotannis inferunt*, postquam ordinaria  
 „ subtractio de allatis Decimis sit facta. Has Deci-  
 „ mas Segetum cum alijs donarijs, quæ benè No-  
 „ minatus Dn. Joh. Skytte suâ diligentia ac indu-  
 „ striâ in hunc usum acquirere potest, disponet ipse  
 „ in usum hujus Scholæ, ad necessariam ejus susten-  
 „ tationem prout necessitas requirit: Tamen refer-  
 „ vatâ

Causa institu-  
 tæ Scholæ  
 Lapp.

Sustainetio  
 Scholæ Lapp.

vatâ Nobis, coronæ & successoribus, supremâ hu-  
 jus ordinatione, ac futurâ necessariâ dispositione. «  
 In rei confirmationem, subscribimus Nostram. «  
 manum, & Sigillum Regium imprimi curamus. «  
 Datum in veteri Stetino Pomeraniæ 20. Junij, «  
 Anno Chr. 1632. «

## CAP. XVI.

*Rex Svec. G. A. constituit Episcopos Lincop.  
 & Wexion.*

Quoniam Rex Svec. gravissimo bello effectus  
 continuè implicitus, noluit tamen extra pa-  
 triam licet constitutus, deesse suæ pijsimæ con-  
 suetudini, quâ Ecclesiam Patriæ fideliter procura-  
 vit. Sic constituit in Germania vivens, duos Epi-  
 scopos in locum duorum piè demortuorum, scil.  
*M. Jona Kylandri* Lincopenfis, & *M. Petri Jona Ang.*  
 Wexionensis substituendos. Locum prioris occu-  
 pavit petitione totius Cleri in Diœcesi Lincop.  
 Concionator Regis *D. D. Joh. Bothvidi*, qui in va-  
 ledictionem aulicæ vitæ & ad informationem  
 Concionatorum militarium scripsit Ordinantiam,  
 quam vocavit *AGENDA ECCL.* definiens quomo-  
 do casus Eccl. hic incidentes examinentur & de-  
 cidantur &c. Quoniam vero hæc Ordinantia erat  
 injussu Regis publicata, invenit nullam praxin.  
 Locum posterioris Episcopi accepit Senior in Ca-  
 pitulo & Pastor Wex. *M. Nis. Krokius*, qui ho-  
 dieq; vivit.

*Agenda Eccl.  
 injussu Regis  
 publicata nub-  
 lum habuit  
 usum.*

## CAP. XVII.

*Miranda contigerunt ante mortem Regis Gusta-  
 vi Adolphi,*

Ggggg

Aa.

Impluvium  
igitur ceci-  
dit.

**A**Nno proximo, antequam iret Rex Gustavus cum Exercitu in Germaniam, accidit mirum in Comitatu *Wifingsburg* / propè prædium *Inde ååß* / in Lacu *Sandsjö* / Regiæ viæ propinquo. Ibi erant piscatores FERIA 4. Pentecost. circa vesperam congregati numero 16, qui in crepusculo plura retia capiendis piscibus tendebant. Tunc videbant ex improvise Nubeculas pluviales, ab Aquilone surgere nigerrimas, quæ mox dederunt impluvium copiosissimum, cum ipsa pluvia mox cadebant, ignitæ scintillæ super totum Lacum, & piscatores territi pergebant ad littus. In Lacum cadentes scintillæ sunt extinctæ: Sed qui in piscatores ceciderunt, comburebant particulam vestium, mox tamen cessârunt, remanentes in vestibus nigra, instar foliorum ex inflammatis arboribus decidentium. Piscatorum territorum aliqui in proximas domos agrè descendebant, reliquos semimortuos alij de Lacu portabant. Tres, post aliquot dies, mortui, unus amentia punitus, reliqui multo tempore tandem convaluere.

Eodem anno, quo abiit Rex Gustavus cum Exercitu in Germaniam, prædixit famula de populo prodiens, quædam ominosa, quæ effectu suo non carebant.

Ipsò anno, quo occubuit pius Rex Gustavus in Campo Lutzenfi: voluit Regina Svec. visitare suum Dominum ac maritum, quod etiam fecit. Cum jam disponderet ipsa enavigare Holmiâ, præmisit Novam onerariam Navem, ab avito Insigni Regis denominatam *Waase*. Hanc cupro & Tormentis bellicis onustam, & milliari vix dimidio à  
por.

portu egressam, repentè in libero mari, neq; scopulis allisam, neq; fluctibus obrutam, viderunt. Prætoris navis submersa Holmenfes demergi cum Nautis populoq; imposito in profundum, ubi adhuc invenitur: Licet frustra sit numerata multis artificibus pecunia, quæ demersam extraherent.

Adhuc constituto Rege Gustavo in castris Norrenbergicis, apparuit de nocte paulo ante obitum ejus visio mirabilis, quam Campidux Gustavus Horn simul cum alijs tunc Castra lustrantibus viderunt. Is in publicum hanc visionem emisit sic descriptam. *In sereno aëre vidimus Aquilam volantem fecisse impetum in Leonem magnum. Leo adversantis alam conculcabat pede suo dextro, ut pennas illa relinqueret. Discedentem Aquilam rursus ad prælitum incitabant quidam longè Tunicis induti, quibus Aquilam flagellis agitabant. Illa aggrediens denud Leonem, rursus pede Leonis atteritur. Mox apparuerunt ex obliquo alij Leones, qui surdam aurem obvertebant hinc certamini; mox tota visio evanuit. Tunc Rex Gustavus conversus ad socios dixit, observastis visionem? Respondebant, Rectè. Addidit Rex, video me à confederatis deserì, qui nolunt in certamen cum Aquila descendere; At quid juvat: Principum est fortia agere & pati. Deus misereatur mei.* Hæc itaq; prænunciabant mortem Magni Regis G. A. sicut mortem Caroli M. multa prodigia præcesserunt teste Nauclero, vol 2. gen. 28. Imminente Naucleruv. termino mortis, jam pius Rex cum hoste in Campo Lutzensi congressurus 6. Novemb. An. 1632. disposuit omnia pijsimè: Ordinavit Exercitum hosti oppositum tempore matutino, dum stomachus ni-



hil gustasset, & quasi præfagiens mortem, *ter invocato Nomine Jesu, hostem heralico antea aggreditur,* magnamq; illius copiam cum clausula vitæ suæ prosternit, quod rectè annotat Appendix addita parti 2. Inventarij Svec. à J. L. Gotfrido publicati Anno 1632,

## CAP. XXIIX.

*Parentatio R. MAGNI GUSTAVI Adolphi.*

**O**Ccisi in Campo Lutzensi Regis Svec. G. A. corpus saucium levavit de terra Præfectus Exercitus *Dux Velmartensis,* qui ipsum transferri curavit honorificâ pompâ in Pomeraniam, ut inde transportaretur in Patriam, & sepeliretur in Templo Cænobij Holmensis Insulari, in quo Rex ante abitum in Germaniam sibi disposuerat sepulchrum. Wittebergam accedens hæc pompa funebris excipitur honorificè ab universitate Academicâ, etiam à Senatu & Civibus Urbis, qui copioso comitatu ibant obviam funeri Regio, idq; deducebant pijs cantionibus & sonitu campanarum, additis profundissimis lachrymis, in Templum arcis, & alterâ die illud consimili processu cohonestabant, deducentes gloriosissimum funus ordinatissimo processu, ultra quadrantem ab Urbe milliari; In loco sequestrationis, nomine *Sereniss. Regine Svec. & Illustriss. Filie ejus Hereditar. Principis Regni Svec;* egit gratias honorifico comitatu Wittebergensium, pro solenni deductione, ipse Concionator aulicus *D. D. Jac. Fabricius,* cui respondebat Professor Witteberg. *D. D. Hultmannus,* optans felicissimum. Regio funeri totiq; comitatu iter in Patriam.

Man:

Manfit autem Regium funus in Pomerania, in Templo Arcis Wolgastensis honorificè reservatum, usq; ad mensem Julium Anno 1633. Quas habuerunt Conciones funebres ministri Eccl. Evangelici in Germania, quos Threnos alij cum illis cecinerunt in *MAGNI REGIS GUSTAVI ADOLPHI* honorem & commendationem, nemini viventium ignotum esse credo. Hæc licet magna sint, majora tamen sequuntur, dum Svecia audiens suura se amisisse Regem potentissimum ac Patriæ fidelissimum Patrem, ipsi iusta solvebant magis lacrymis, quam verbis, & diem obitus Regis tota Sveo Gothia, eiq; adhærentes Provinciæ celebrabant, anno sequenti, precibus & jejunijs, ut vix majori lamentatione suum olim Judæi deplorarunt occisum Regem Josiam 2. Par. 35. quam Sveo-Gothi absentiam sui *REGIS AUGUSTI* (per metathesin *GUSTAVI*) debito ejulatu deflevêre. Sepulchrum Regis G. A. magnificè exstructum est Holmiæ ad latus Templi Insularis, ejusq; polito lapidi insculptum est hoc Epitaphium, Aureis literis conspicuum:

IN ANGUSTIIS INTRAVIT: HOSTES  
 PROSTRAVIT: PIETATEM AMAVIT: Epitaphium  
Regis G. A.  
 REGNUM DILATAVIT: SVECOS EX-  
 ALTAVIT; OPPRESSOS LIBERAVIT:  
 MORIENS TRIUMPHAVIT.

## CAP. XIX.

*Mirabilia in Svec. visa mortuo R. Gustavo:*

**A** Nno Chr. 1634 ipso die, quo funus R. *MAGNI GUSTAVI ADOLPHI* de Arce Nycopensi

Ggggg 3

pom.

composè efferebatur, ut Holmiam veniret, & in splendidis, Sepulchro conderetur, qui dies fuit, 15. Junij, tunc Natus est monstrosus partus Juncopie ab uxore Sutoris. Partus erat sexus masculini: in summitate capitis calvi erat cutis in rugas complicata, instar Coronæ, Facies erat oblonga; Nec lingua in ore. Circa dextrum capitis extendebatur cutis in dextrum humerum, quasi pustula humore distenta, Sed circa collum, parte sinistra erat corrugata cutis instar complicati collaris. Aures parvæ ad occiputerant deflexæ. Cras-



Monstrum  
natum Juncopie.

fities humerorum & pectoris, erat in proportione major alijs membris, & desinebat circa coxam, quasi in Trigonum. Brachia cum manibus, & femora ac Tibiæ cum pedibus erant minora proportione ventriculorum. Hoc monstrum prodijt mortuum, licet mater illud in suo ventre vixisset 20 septimanas agnovisset. Pastor jussit hunc factum offerri conspectui hominum, ipsumq; aliquot millia hominum per biduum viderunt. Mater, erat pia, sicut & Pater, qui adhuc in vivis sunt. Ipsa erat prius enixa duas pulchras puellas adhuc superstites: posteaq; pulchram prolem genuit, ut hic monstrosus partus non videretur vitio parentum genitus,

Aliquot septimanas post mortem R. Gustavi,

mirum in Territorio Smol. *Sjöbo* in paracia *Wersnamoo* accidit. Vidua pauperrima conduxerat vac-



cam rustici, quæ prægnantem alvum gerens, nequivit parere, sed oneri succumbens mortua est. Itaq; mæsta vidua tradidit Lanio cuidã corpus vaccæ concidendum, ut videret causam cur fatum suum non produxerat. Tunc inventus est vitulus duobus capitibus monstruosus, cui erant quatuor oculi, quatuor aures, duoq; ora, sed unum collum: cohærebant capita circa mentum. Corpus erat rubei coloris, sed capita alba, aures rubicundæ, sed omnes habebant circulos albos. Ad hoc monstrum visendum vocavit vidua multos *Teles*, qui scirent mortuam esse vaccam ex hujus monstruosi vituli difficilimo partu, non culpa viduæ.

Adhuc Anno 1635. 20. Januarij, fuit vaccæ pauperis viduæ in Territorio Smoland. *Wista* in paracia *Dimessadh* / quæ peperit quidem vitulum post ex-



antlatas multas passiones, sed erat priore monstruosior. Is erat femineus vitulus, habens duo distinctissima capita, duobus collis in inumpectus separata. Viderunt hoc monstrum in

conventu *Junecopiæ* habito, multa millia hominum. Jussit Castellanus Lanium concidere corpus monstri, in quo apparuerunt duo corda cum duobus pulmonibus in superiori ventre, illaq; distinxit mem-

membrana in medio posita. Sed in infirno ventre erat unus ventriculus cum Hepate uno.

## CAP. XX.

*Libri in Ecclesia usum publicati sub Regniæ  
Gustavi Adolphi.*

**P**IO sub Regimine *MAGNI GUSTAVI ADOLPHI* floruerunt in Patria studia liberalia, unde numerus Doctorum virorum plurimum augebatur, ut Docti sufficerent usui Patriæ, tam in Academijs, Gymnasijs & Scholis; quam in officijs Polit. quorum monumenta extant clarissima. Inter illa visuntur libri publicati (præter S. Biblia. denuò excusa, ut dictum l. 6. c. 13.) tam Scholis quam ipsi Ecclesiæ utiles. *Archiepiscopus D. Petrus Keniclus* contraxit Locos Theol. Hassenrefferi in Compendium Doctrinæ cœlestis, quod in Scholis particularibus prælegitur simplici juventuti, post explicetam Lutheri Catechesin. Homilias varias materno idiomate ediderunt quidam Episcopi, Alij; docti viri; Quidam etiam Latina scripta, in usum Scholarum publicârunt, quorum utilitas ad posteros etiam redundabit. Insuper transfulerunt aliqui in nostram linguam utilissima scripta. Exterorum: in quo genere excellit Doctus vir *M. Erkenus Schroderus*, qui præter multos breviores labores Precationum &c. transfudit copiosa scripta Historica, *T. Livium, Job. Magnum, Ph. Cominæus & omnes Centurias Eccl., L. Ostendit*, ad quorum utilissimorum laborum publicationem suppeditavit *Rex Gustavus Adolphus* sumptus ex Corona liberalissimos. Erat etiam publicatus principio

Regiminis G. A. Liber Psalmorum in nostra Ecclesia per annos 100 usitatorum, cum Evangelijs, Catechesmo minori Lutheri, & passione Christi, quem librum Psalmorum aliâ formâ & stylo majori curavit imprimendum Arosiæ M. Pet. Rudbeckius, additâ Ordinantiâ Missalis in nostris Ecclesijs usitati. Inscribitur hic liber *ENCHIRIDION*, ejusq; publicatio est repetita An. Chr. 1627. in hoc libro mutatur ordo Psalmorum accommodatus hic locis Theol. Adduntur præterea quidam novi Psalmi, & transfertur illa sequentia *SPIRITUS SANCTI GRATIA*, non sublato errore

*Dh driifwer tadan synderna*

*Medh sitt dyra helga Blodh.*

Licet commodior data fuisset Translatio illius vocalæ in libro Cantionum Ubsaliæ impresso An. 1623.

Sic: *Medh sitt dyra helga Ord.*

Ad singula Evangelia nominantur in Enchiridio Aros. Psalmi pro graduali in Ecclesia decantandi. Præscribitur etiam Textus explicandus in Norlandia die solennium ibid. precationum, & Textus in Castris usurpandus. Hæc innovatio videtur exigua, est tamen omnis innovatio scandalosa, deditq; occasionem majoris insequentis mutationis; Tamen fatetur idem auctor in præfat. Ench. *hunc librum esse nostris Ecclesijs Symbolicum*, cujus autoritas nullius privatæ industriæ subiaceat. Librum Psalm. Svet. excudebant Typographi in Germania forma minori in gratiam militum Svec. dictum *Manuale*.

## FINIS LIBRI VII.

H h h h

HISTO-

# HISTORIAE ECCL. SVEO-GOTH.

## LIBER VIII,

ABSOLVENS ECCLESIASTICA SVEC.

Usq; AD PRÆSENTEM ANNUM 1642.

peracta sub Principe Svec. Et Regina

CHRISTINA Augusta.

### CAP. I.

*Pla informatio CHRITINÆ Augustæ Hæreditariæ  
Principis Svec.*

**O**Mnibus in confesso est, neminem hominum, nasci doctum & sapientem: Sed unumquemq; mortalium, etiam summo loco natum, debere omnem culturam animi & notam sapientiæ ex diligenti informatione & experientiâ rerum participare. Ideò monet verbum Dei, ut Parentes rectè educant liberos suos, in eoq; labore summam diligentiam & attentionem collocent. Hoc optimè sciens pieq; disponens prudentissimus idemq; Religiosissimus Rex Svec. G. A. mox à mamma abstractam unicam Generosiss. filiam, nondum 4. Annos natam (dum hanc dilectissimam postremò vidit Celsiss. Pater) rectè pieq; educandam esse, sollicitè cogitabat. Audiens itaq; donum informandi collatum Rectori Illustris Collegij Holmenis, *Doctiss. M. Job. Matthia Gorho*, hunc præficiendum esse eidem labori decrevit. Verum ut cognosceret prudentissimus Rex tum diligentiam præ-

prædicti viri, tum dexteritatem in tali officio, ascivit illum in suum comitatum abiens in Germaniam Anno 1630, ubi hic egit Concionatorem Aulicum, secutus militiam usq; ad mortem Regis. Postea remissus est in Patriam, ad mandatum defuncti Regis, ut Regiam Sobolem *Illustriss. CHRISTINAM AUG. Principem Hæredit. Regni, & Electam Reginam Svec.* informaret, quod officium ipsi confirmatum est ab ejus Cels. Tutoribus & Regni Administratoribus, auctum honore & labore primarij Concionatoris Aulici. Quâ diligentia, dexteritate & felici successu is peregerit hætenus hanc Provinciam, testatur experientia, quæ ostendit Electam Reginam jam didicisse Latine loqui & scribere, Orationes, Epistolas & Historias probatissimorum Latinorum Authorum per se resolvere; imò fundamentum veræ Religionis & Doctrinæ Evangelicæ rectè pieq; intelligere; Quam cognitionem ut benignissimus Deus multiplicet; & gratiâ Spiritus S. confirmet, tota patria omnesq; boni mecum ex animo optant.

## CAP. II.

*Confirmatur vera Religio principio Regiminis*

*CHRISTINÆ.*

POST fata MAGNI REGIS GUSTAVI ADOLPHI occisi in prælio Lutzensi, Anno 1632. celebrarunt Ordines Regni Svec. Comitiam Holmiæ principio Anni 33. inter alia ad firmum statum, pertinentia, concluderunt Ordines causam Religionis his verbis Artic. 4.

*Hic repetimus & confirmatum volumus quicquid*

*H b b b b 2*

*de*



de Religione cultuq; divino in prioribus Comitij & celeberrimis Patria conventibus solenniter est concisum & approbatum. Itaq; promittimus firmaq; obligatione attestamur nos perpetuo conservaturos veritatem revelari verbi Dei, & constantèr defensuros fides salvifica Articulos, juxta Tenorem Symboli Apostol. Nicani & Athanasij, prout causam Religionis describit invariata Confessio Augustana, qua in patrium sermonem translata, communi nostro. Nomine est approbata, & subscriptionibus Majorum nostrorum confirmata in celeberrimo Patria Concilio Upsalia An. 93. frequentato.

In his Comitij publicata est forma Regiminis Sv. à prænominato pio Rege conscripta, quam Ordines Regni nunc approbarunt. Hæc forma præmittit causam Evangelicæ Religionis, quæ in administratione omnium officiorum ritè servabitur.

## CAP. III.

*Dies solennium Precationum annuatim celebrantur,  
juxta piam institutionem Regis p. m.  
Gustavi Adolphi,*

**I**Nstitutam fuisse pieq; continuatam in Patria Ceremoniam celebrandi quotannis 3. dies Solennium precationum, supra audivimus in principio Regiminis Gustavi Adolphi esse descriptum l. 6. c. 3. qua severitate injunxit dictus Rex subditis solennitatem horum dierum, quo studio voluit excolendam à Patriotis pietatem his diebus, cognoscere licet ab Edicto Regis ibidem annotato. Transijt hæc Ceremonia in consuetudinem, ut 3. Mensibus Æstatis vel Autumni celebrentur hic quotannis 3. dies, in singulis singuli, à Venerabilissimis

olim in septimana denominati. In his diebus seponent indigenæ omnes labores serviles, & Tempora frequentabunt ad audiendum verbum Dei, & publicas preces fundendas pro conservatione Ecclesiæ Dei, Nostræq; Patriæ felici successu. Attentionem verbi prædicati & intentionem precum excitabunt jejunia veraq; pœnitentia, ab unoquoq; indigena singulis his diebus strictè usurpanda, quod Anniversaria Diplomata Electæ Reginæ nostræ, de Solennitate singularum dierum publicata inculcant. Penam Transgressoribus definitam in primo Regis Gustavi Edicto, hodieq; infligendam esse immorigeris seriò præcipiunt recentia Diplomata. Proximo anno obitus Gloriosiss. Regis Gust. Adolphi, addidit Patria quartum diem Solennium precationum, ut tota Sveo-Gothia, eiq; adhærentes Provinciæ damnus à morte Regis acceptum deplorarent, & iram Dei pijs precibus in jejunio veraq; pœnitentiâ ad Deum directis averterent. *Is quartus dies Anno 1633. celebratus, erat emortualis Regi Gustavo Adolpho, vid. 6. Novembris, quo solennis parentatio pio Regi debita, solennitèr in toto imperio fiebat, quod recens hominum memoria posteritati narrabit.*

## CAP. IV.

*Edictum Regine Svec. de sustentatione Scholæ  
Lapponicæ.*

**P**ietatem Parentis imitatur studiosè Hæres pater-  
ni boni Regniq; Sv. Electa Regina *CHRISTINA*,  
promovendo Scholas & Academies, quod etiâ exteri  
H h h h h ; Scri-

Stypman. in  
Paneg.

Scriptores in loco commendant. Sic enim Fr. Stypman Ict. Gryphiswaldensis: *Largita est Sereniss. Regina CHRISTINA hujus Academia Professoribus Regium beneficium, non tam ab auctore, quod ipsi susceperet commendatum, quam tempore & opportunitate; Nulla litura Memoriam ejus ex Annalibus nostris delet, Nullum tempus devotionis expertis erit, sed quotidiè gratis agendis occupati erimus.* In Patria elucet manifestum hujus pietatis exemplum, dum Scholam Lapponicam à R. Gustavo piè institutam ac privilegio donatam confirmavit, ejusq; sustentationem novâ benevolentia locupletavit, quod sequens Edictum ostendit.

- » **N**OS Christina D. G. Svec. Goth. Vand. Electa  
 » Regina & Princeps Hæreditaria, Magna Prin-  
 » cept Finlandiæ, Princeps Esthoniæ & Careliæ, Do-  
 » mina Ingridiæ, Significamus, quemadmodum Celsiss.  
 » Rex olim Svec, Pater Noster Dilectiss. singulari  
 » amore pietatis & religioso affectu promovendæ  
 » Ecclesiæ Dei, præsertim ut converterentur Barba-  
 » ri in extremâ Septentrionis orâ viventes, ad ple-  
 » nam Dei cognitionem verumq; Christianismum;  
 » ordinaverit institutionem Scholæ Lapponicæ in  
 » Marchia Umenfi, & directorem ejus operis fece-  
 » rit Nostrum, Regniq; Svec. fidelem Senatorem,  
 » Præsidem Judicij Regij in Gothia Junecopiæ insti-  
 » tuti, Cancellarium Academ. Ubsal. & Legiferum  
 » citerioris Finlandiæ, nobis dilectum, *Præfultrem*  
 » *Dn. Job. Skytte* L. B. in *Duderhoff* / Dominum in  
 » *Grönshöb* / *Strömsarum* & *Skytteholm* / E. A. post  
 » ejus obitum concesserit ejus Posteritati potesta-  
 » tem directionis ejusdem Scholæ, clementer additis  
 » illi

illi exercitio decimis, de Granario Umenfi quo  
 tannis Coronæ debitis. Quare Nos potestate ha-  
 rum literarum, non solum confirmamus salutarem  
 constitutionem Nostri piæ demortui Parentis: Sed  
 simul notum facimus Prælustrem Dn. Joh. Styttæ  
 comportasse in usum Scholæ Lapponicæ pecuniam  
 de sua & aliorum piorum donatione collectam,  
*Summam quinq; millium Thalerorum monete argenteæ*  
 quam integram numeravit Compagniæ cupreæ, ro-  
 gans humilimè, ut ea summa in illa Compagnia No-  
 bis & Coronæ reservetur, nosq; pro usura hujus pecu-  
 niæ, quotannis 8 pro 100 reddendâ, demus Scholæ  
 Lappon. usum villarum in Norlandia, ut Coloni illa-  
 rum suas reddant nominatæ Scholæ contributio-  
 nes; Quod clementer approbamus, dantes loco  
 Hypothecæ usum fructum ex his nostris & Coro-  
 næ villis in paræcia Uma & West-Bothnia consti-  
 tutis, *Nöbäck* 12 prædia <sup>5</sup>/<sub>8</sub> *Stäcksiö* duo <sup>3</sup>/<sub>16</sub> *Klobbiler*  
*tria* <sup>9</sup>/<sub>16</sub> *Baggabölet* duo <sup>27</sup>/<sub>32</sub> *Ruddis* duo <sup>5</sup>/<sub>16</sub> *Blåneland*  
 duo <sup>11</sup>/<sub>16</sub>. Hæc prædia quotannis solvent Scholæ Lap-  
 pon. suas exactiones Ordinarias & Extraordinarias  
 hæctenus impositas; idq; facient Coloni horum præ-  
 diorum sine intermissione, quamdiu retinemus  
 summam 5000 Thalerorum Compagniæ numera-  
 tam, donec illam restituerimus integram Scholæ  
 Lappon. Quapropter mandamus nostris officia-  
 rijs, omnibusq; quorum interest, ne præscriptam  
 Hypothecam auferant eidem Scholæ aut red-  
 tam pecuniam, nevé ullam injuriam aut præjudi-  
 cium contra hoc Edictum nominatæ Scholæ infe-  
 rant, aut inferri sinant. In confirmationem hu-  
 jus

Poss' No Scholæ  
 in Lap

huius instrumenti, subscripserunt suam manum.  
 Nostri Respective Tutores & Regni administrato-  
 res, Regioq; Sigillo confirmarunt Edictum, Da-  
 tum Holmiæ 5. Nov. An. 1634.

<i>Gabriel Oxenstierna</i>	<i>Jacobus De Lagardie</i>
<i>Gust. F. R. Dopifer.</i>	<i>Regni Archiepiscob.</i>
<i>Carolus Caroli Gylldenhielm</i>	<i>Petrus Bonice</i>
<i>Regni Ammiral.</i>	<i>loco Cancell. R.</i>

*Gabriel Oxenstierna*  
*L. B. in Morsb. etc. R. Tb.*

## CAP. V.

*Examen Scholæ Laponicæ An. 1634.*

**N**OS subnotati significamus fuisse nos vocatos  
 à Nostro & Ecclesiæ Umensis Pastore R. &  
 Doctiss. M. Olao, ut examini juventutis Lappo-  
 nicæ, frequentantis Scholam Lyckensem in Mar-  
 chia Umensi institutam, interessemus. Testamur  
 autem Nos huic petitioni satisfecisse, & audivisse  
 Examinatos fuisse pueros Laponicos à suo Re-  
 ctore, prædicto nostro Pastore. Primò cecinerunt  
 rectè omnes pueri conjunctim Psalmos Davidicos  
 in Svecicum sermonem translatos, prout in Patriæ  
 Ecclesijs sunt diu cantati. Deindè omnes ac sin-  
 guli recitârunt librum dictum Abecdarium, conti-  
 nentem non tantum *Elementa literarum, sed par-  
 tes Catecheticas, sc. Orationem Dominicam, Symbolum*  
*Apost. Decem Præcepta, cum verbis institutionis Sa-  
 cramentorum Baptismi & S. Cænæ; Item benedictio-  
 nem ac gratiarum actionem ad mensam recitandas,*  
*additò precibus matutinis & vespertinis, Hunc librum*  
 omnes

Professus stu-  
 dorum pio-  
 rum in Lappo-  
 nia.

omnes pueri legerunt juxta formam, in alijs Patriæ Scholis juventuti propositam. Aliqui ingeniosiores etiam recitabant distinctè & sine hæsitatione Quæstiones Catecheticas & expositionem parvi Catechesmi à B. Luthero conscriptam: Adhuc legebant hi ipsi in libro, *Evangelia Domin. & Festivalls stylo Svec. impressa*. Omnes pueri in Schola nominata erant huic exercitio dediti, saltem 8 illorum erant Tardiores, qui cum minus valerent ingenio, amulabantur tamen ingeniosos, quantum poterant. Nunc incipiunt omnes hi pueri discere partes Catecheticas idiomate Laponico, ut fundamenta pietatis materno sermone suis Patriotis ediscenda proponant. Hoc Exercitium Scholasticum & fructus inde promanans, quia vicit opinionem ac spem Nostram, dum intelleximus juventutem Barbaram, brevi tempore didicisse gratiâ Dei fundamenta salutis, quæ aliàs solent pueri literati longo tempore perdiscere; igitur singularis gratiarum actio erit ipsi Deo agenda, qui huic labori felicem dederit successum; pijsq; hominibus, qui hanc Scholam instituerunt, donarijs auxerunt, hodieq; sustentant, suus non erit denegandus honor; Sed certa dabitur loco mercedis, juxta Dei promissionem, divina benedictio. In veritatem rei sic peractæ, confirmamus hoc Testimonium subscriptione nostrarum manuum & impressione Sigillorum. Datum & actum 1634. loco nominato.

Jacobus Andrea Bureus,

Petrus Jona.

Andreas Hoquin.

Jacobus Nicolai.

Olaus Olai.

IIII

CAD.

*Imprimantur varij libri Psalmorum Svec.*

a Vide l. 7. c. 2

Examen Catecheti-  
cum.

POSTquam vidissent Seniores Episcopi Patriæ Regem Svec. Gustavum Adolphum occupatum fuisse motibus belli, extra Patriam continuandi, neq; constitutum esset Gen. Consistorium Eccl. sicut Rex<sup>a</sup> proposuerat An. 1624. ita cogitabant Episcopi ad se pertinere curam Ecclesiæ patriæ, ut singuli in sua Diæcesi constituerent quicquid ad servandum Ecclesiæ ordinem videretur necessarium. Sic factæ sunt constitutiones Eccl. à quibusdam Senioribus Episcopis, quas ipsi in publicis Synodis proposuerunt ministerio Diæceseos observandas. Episcopus Strengn. ordinavit ut Pastores Ecclesiarum facerent initium sui officij singulis Dominicis ab Examine Auditorum suorum, in quo explorarent diligentiam & profectum singulorum auditorum, tam senum quam juniorum in exercitio Catechetico, Et recitandâ explicatione B. Lutheri pueris præscriptâ, quâ absolutâ & memoriæ juniorum traditâ, proponerent Pastores suis auditoribus religiosas quasdam quæstiones ad pietatem excolendam pertinentes, quarum rationem sibi inculcatam etiam auditores reddere tenebantur. Hanc ordinationem, licet utilem, reliquæ Diæceses non observabant eo modo: licet usum Catecheticum non intermiserint. Prodiit etiam mortuo Rege Gustavo liber Psalmorum Strengnesij, in quo multa videbantur innovata, quorum rationem monuit Lectorem præmissa libro præfatio. Talia ordinare & Ecclesiastica emendare aut innovare in patria, non solum cogitabatur licitum

tum esse officio Episcopi, sed conspiciebatur usitatum, dum liber Psalmorum Arosiæ haud ita pridem publicatus sumptibus Capituli, mutasset quædam, ut supra diximus lib. 7. c. 20. Liber Psalmorum, Strengnesianus divulgabatur novo Titulo, dictus *Clenodium Ecclesiæ Christi*, Hæc innovatio Libri Psalmorum, quam auctor vocat Emendationem, explicatur in addita præfat. quintupliciter facta; sed Ecclesia patriæ illam solam observavit innovationem ac differentiam, quæ schisma faceret, videlicet Psalmi longo tempore usitari, erant aliqui immutati. Partim Rythmis alteratis; partim versibus transpositis. Addidit hæc Editio plures novas Cantiones, festis præsertim adscriptas. Post singulorum Evangeliorum recitationem dabatur Logica cujusq; Evangelij Analysis, & brevis resolutio Textus, saltem notulis indicata, quæ doctiorum memoriam facillè juvat. Si rudiores minusq; exercitati concionatores possint hoc compendio uti, ipsorum erit deliberare,

## CAP. VII.

*Acta Eccl. in comitijs Holm. An. 1636.*

**H**olmiam sunt convocati, dicto anno, præcipui ordines Regni, ubi conclusis alijs ad firmum patriæ statum pertinentibus, supplicabant præses Clerici, ut S. R. M. juberet Directores Compagnia Vestindiana dare rationem pecuniæ, à Clericis in Compagnia usum numerata. Si Directores non probarent illam pecuniam in usum Coronæ cessisse, ut illam restituerent, Clericis, rogabat supplicatio, Adhuc explicabant Clerici molestiam, ministerio Eccl. impostam ab Exactoribus contributionum Extraordinariarum possicis: Nam hi præcipue Pastoribus Ecclesiarum



sum scribere 3. Tabellas, seu indices pertinentes ad  
 quomq; contributionem, sive ex personis, sive ex agris  
 vel jumentis dandam. Pastores obtulerunt humilitud  
 suam operam, volentes consignare unicam Tabellam sin-  
 gularum Bxoct onum quotannis reddendarum, ut a re-  
 liquarum scriptura liberarentur, submitte rogabant. Ad  
 hac & reliqua postulata dedit S. R. Majestas tale re-  
 sponsum. Actum Holm, 5. Julij An. 1636.

1. Consentit S. R. M. Biblia integra esse in Fin-  
 nonicam Lingvam transferenda. Jubentur Cleri-  
 ci nominare viros huic labori idoneos.
2. Rogant Clerici abusum Sabbathi dierumq; fe-  
 riatorum esse abrogandum, per quem verbi Dei  
 auditus impeditur. Scribetur Diploma inhibens  
 abusum, cujus executionem officarij Regij susci-  
 pient.
3. Volunt Clerici, paedagogos Nobilium puerorum  
 aliorumq; esse examinandos & eligendos a Consi-  
 storijs Episcoporum; hoc licet non videatur im-  
 probandum: Tamen liberum sit Nobilibus elige-  
 re informatorem suorum liberorum, addictum  
 verae Religioni, quem agnoscunt huic labori ide-  
 neum.
4. Supplicant Clerici, ut restituatur pecunia ab il-  
 lis ad Compagniam numerata, acquiescit S. R. M.  
 sententia Ordinum Regni, qui hanc rem his in  
 Comitijs deliberabunt.
5. Conqueruntur aliqui bona immobilia Eccl. praedi-  
 ctijs Pastorum antiquitus data, detrahi a multis  
 ipsi Ecclesiae; Alij etiam retinent decimas Pastori-  
 bus debitas. Hoc corrigent nomine S. R. M. <sup>tis</sup>

ipsi officarij Regij, ne contra leges ulli parti fiat injuria.

Indicant Clerici Regios Exactores colligere Ex-6. pensas à Pastoribus dandas pro prædijs auditorum à Colonis desertorum, & supplicat ut ab illis expensis liberentur Quod attinet Taxam Generalem, olim impositam Pastoribus, datur ea pro ipso beneficio Eccl. & prædio Pastoralis, non pro prædijs auditorum, itaq; ipsa non potest moderari: Sed in alijs expensis, quas Pastores solent contribuere juxta Numerum prædiorum, ad suum Pastoratum pertinentium, dabunt Pastores nihil pro prædijs auditorum à Colono desertis.

Conqueruntur Pastores, quod Regij officarij 7. exigant à singulis Pastoribus, Indices vel Tabellas de possessionibus, aut numero auditorum scriptas, juxta quas Tabellas, solent auditores illorum extraordinarias Expensas ex Decreto Comitiorum contribuere. Nolit S. R. Majestas gravare Pastores tot Tabellarum scriptione: Sufficit unicus Index cujusq; contributionis rectè scriptus, & manu Sigilloq; Pastoris confirmatus, ex quo singulis annis tradito Governatori Provinciae, excipiant Scribae plures rectè collatos. Vide l. 7. c. 3.

Significant Clerici suos auditores onerari 8. multitudine mendicantium, etiam per mendacia colligentium stipem. Dabit Sereniss. Regia Majestas Governoribus Provinciarum mandatum, inquirendi in mendaces mendicos. Alij vero pauperes, qui Pastorum Testimonijs declarantur indigentes, colligent intra Diocesim Eleemosynas, donec alius statuatur ordo.

In confirmatione datæ resolutionis subscribunt nomina sua S. R. M. Respectivè Tutores, Regniq; administratores.

<i>Gabriel Oxenstierna</i>	<i>Jacobus de Logardie</i>
<i>Gust. F. R. Daptfer.</i>	<i>Regni Archie marsch,</i>
<i>Carolus Caroli Gyldenhielm</i>	<i>Petrus Baner</i>
<i>Regni Admiral.</i>	<i>loco Cancell. R.</i>
<i>Gabriel Oxenstierna</i>	
<i>L. B. in Mörby etc. R. S. Tb.</i>	

## CAP. VIII.

*Publicatur scriptum Arosia An. 1636.*

**A**Udivit Episcopus Aros. quorundam privatos discursus de subtrahendis Decimis sustentationi Clericorum patriæ, ut viverent ipsi emeritis stipendijs ære solvendis, non usitatâ magistratus benevolentiam gaudentes. Nominatus Episcopus præsensit inconvenientia ab ejusmodi discursu dependere, quod is citius turbaret, quàm promoveret Ecclesiam nostram; ideò collegit privilegia, non solum ministerij Eccl. in inclyto Regno Suec. à pijs Regibus & Regni proceribus, quondam & etiamnum in multis benigne concessa & indulta: Sed simul immunitates Doctorum, Magistrorum, Baccalaureorum, Studiosorum & Scholarum omnium, quibus in benè constitutâ Regnâ & Rebus publicis cum alibi, tum in patria nostra cariss. Dei gratiâ & laudatiss. Dynastiarum elementiam & longâ consuetudine hæcenus gavisi sunt, & etiamnum gaudent. Itemq; Sacerdotum Chaldaeorum, Magorum, Gymnosophistarum, & Druidum dignitas & immunitas apud diversos populos & Nationes cum Ethnicas tum Christianas. Porro etiam Academiarum & universitatum quarundam in Italia, Gallia,

*Gallia, Germania & Svecia, Immunitates & privilegia olim & nuper data.* Hoc scriptum publicabat prædictus Episcopus, & publicatum dedicabat Illustriss. Electæ Reginae, Regniq; Svec. Ephoris, qui observantes hæc privilegia Academiarum, præsertim ex Rebuff. collecta, augere studiosorum licentiam, iusserunt hoc scriptum in Regni Cancellaria esse deponendum, ne in manus studiosorum veniret.

## CAP. IX.

*Publicantur libri discentibus utiles.*

Scripta utilia sunt hoc Tempore à Doctis patriotis publicata, quo Nōmine suam declararunt diligentiam Professores in Academia Upsal. ubi Theologi, præter exercitia Disputationum frequentia, etiam suas prælectiones in Communem Ecclesiæ utilitatem publici juris fecerunt. Legitur hoc Tempore publicata *Analysis Evangelij Johannis & Acto- rum Apostol.* à Theologo Joh. Canuti Lenæo, juventuti Acad. spatio Triennij proposita. Alius Theologus ibid. nomine Jonas Magni Wexiouiensis tradidit Typographo ( præter utiles labores pridem excusos) imprimendum librum, quem vocavit *Tubam Angelicam*, in qua demonstratur indubitata veritas de Antichristo, procedens alio modo, quàm demonstratur eadem materia, in Apostasia Rom. Ecclesiæ ab antiqua Apostolica vereq; Christiana puritate salutaris Doctrinæ, fides, cultus & Religionis per Dn. D. Nic. Hunnium publicata. Illa enim Tuba à prophetijs S. Scripturæ, Typis & figuris Antichristum describit; adhibitâ rerum in Ecclesia gestarum & eventuum ad Prophetica & Apostolica vaticinia collatione.

tione & convenientiâ. Hæc demonstratio Hunniana ex Historijs factisq; Ecclesiæ Rom. deducitur. Reliqui Theologi Ubsal. neq; defuerunt in hoc officio suo. Olaus Laurelius publicabat *Synagma Theologicum*, in quo loci Theologici in Thesi & Antithesi declarantur. Professor Historiarum & Eloquentiæ D. D. *Joh. Loccenius*, dedit hætenus clarissima suæ diligentiae specimina, quæ Studiosis in Patriæ Scholis & Academijs, etiam alijs, magno sunt usui. Philosophiæ Professorum in Acad. Ubsal. sicut & Prælectorum in Gymnasijs Patriæ, diligentiam commendant etiam publicata illorum exercitia, quæ, quoniam à discipulis in Scholis teruntur, non opus est singula enumerare.

## CAP. X.

*Eliguntur Episcopi Succ. in locum defunctorum subrogandi.*

**I**N conventu Holm. An. 1636. auditum est duos Episcopos Regni sc. Archiep. D. D. Pet. Kenicium, & Lincopensem D. D. Joh. Bothvidi occubuisse, in quorum locum duos alios esse legitime substituendos Clerici præsentés deliberabant. Advenerunt Holmiam ex Synodo Ubsal. vota Clericorum ibid. congregatorum, indicantia quos illi elegerant ad succedendum demortuo, dispositos. Pauca vota erant data Primario Professore Theol. D. D. *Laur. Wallio*, plura videbantur collata *D. Joh. Rudbeckio*, Episcopo Aros. Reliqua obtinuit Professor Theol. in Acad. Ubsal. *M. Joh. Canuti Læneus*. Jubebantur autem præsentés in Comitibus Clerici dare suffragia eligendi Archiepisc.

Tunc plurima presentium vota Episcopo Strengn.  
*D. D. Laur. Paulino Gothe* conferebantur. Estq; is  
 cumulus suffragiorum oblatu Illustriss. Admini-  
 stratoribus Regni, ut hi Nomine S. R. M. Svec.  
 suiq; officij Authoritate unum ex his Nominatis  
 confirmarent, qui sedem Arch. obtineret. Attu-  
 lerunt etiam Lincopenses suffragia Clericorum, in  
 Synodo ibid. congregatorum, de eligendo illius  
 loci Episcopo: Et quamvis pauca huic, pauca illi  
 contigissent vota, plurima tamen obtinuit *M. Jo-  
 nas Petri* Professor Theol. in Gymnasio Lincop. atq;  
 hæc vota etiam tradita sunt Magistratui Svec. ut  
 in Electi vocationem consentiret. Fecit autem gra-  
 vitas aliorum negotiorum, ne hæc causa in hoc  
 conventu concluderetur. Principio anni sequen-  
 tis ad Mandatum S. R. M.<sup>tis</sup> convenerunt Episco-  
 pi Patriæ cum Nominatis Electis, Tunc exorta  
 est *Disputatio, cujus denominati Electio ad Archiepi-  
 scopatum esset legitima?* Episcopus Arol. & Professor  
 Ubsal. quibus plurima erant collata vota à Diace-  
 sanis, volebant ex Numero suffragiorum æstimandam  
 esse legitimam vocationem. Alij præfere-  
 bant Numero pondus votorum, ut suffragium  
 unius Docti recteq; considerati viri, prævaleret,  
 Numerosis suffragijs aliorum, qui rem aut minus  
 rectè intelligerent, aut ex affectibus judica-  
 rent. Cumq; Episcopus Strengnensis nactus es-  
 set suffragia Clericorum judicio prædictorum,  
 voluerunt multi considerati Electionem hu-  
 jus fuisse legitimam. Accessit huic sententiæ  
 præscriptum Nostræ Ordinantiæ Ecclesiasticæ,  
 Kkkkk quo

quo definitur in Electione Episcopi, non solos adhibendos esse Primarios Clericos Diaconos (numerus vulgarium ministrorum Eccl. excludit Ordinantia) Sed cum his præcipuis Clericis etiam alios, iudicio & Experimentâ præditos, quibus in unum congregatis imponatur officium eligendi Episcopum, ut sub iuramento fidelitatis hanc causam pie & absq; affectibus agant. Hoc considerans Illustriss. Senatus R. etiam sua in eligendo Archiepiscopo videbat esse conferenda suffragia. Itaq; dum consideraret, Magistratus, Episcopi Strengn. gravitatem, Doctrinam, longamq; Experimentiam, & quod competitorum ferè omnium Præceptorem olim egisset; conclusit eundem esse constituendum Archiepiscopum, licet ipse se excusaret, ut habet Epilogus ejus Orationis introductoria. De vocatione Episcopi Lincop. minus erat controversiæ: Sed de successore Episcopi Strengn. nunc etiam deliberandum erat: Primarius Theologus Ubsal. D. D. Laurentius Wallius erat natus in illa Diœcesi, & huic favebant plurimum Diœcesani, itaq; hunc sibi Episcopum eligebant. Sic ordinatos fuisse in hoc conventu Holm. Nominatos tres Electos Episcopos, addito Episcopo Revaliensi, M. Joachimo Iheringio, vidit Ecclesia Holm. verum Strengnensis vix salutato limine sedis ibid. Episcopalis obdormivit, & sequenti anno venit in illum locum, de Pastoratu Holm. translatus M. Iac. Zebrafynus, qui illi officio hodiè præest.

## CAP. XI.

Introductio D. D. Laur. Paulini, ad Archiepiscopatum,  
& Ordo Clericis ab ipso præscriptus,

He-

**E**lectus Archiepiscopus, & jam Regijs literis confirmatus habuit Orationem introductoriã, ad suum officium die S. Matthæi 21. Sept. An. 1637.

*De Ecclesia Christi in terris constitutione & conservatione per fidelem curam Ministerij Eccl. quam con-*

Conservatio  
Ecclesie militantis.

*servationem duobus quasi adminiculis perfici dicit:*

*Conventibus sc. & Visitationibus.* Conventus Eccle-

siastici sunt congregationes publicæ piorum hominum legitime vocatorum, ut inter illos de rebus Sacris ad Ecclesiæ ædificationem pertinentibus institutâ deliberatione, Decisiones verbo Dei conformes communi consensu statuuntur. *Horum*

*Species seu gradus distinguit, ut alij vulgares sint, alij*

*Solennes: Quorum illi rursus Parochiales & Claſſici,*

Conventus parochiales.

*Hi Synodici & Consistoriales statuuntur. Parochiales*

dicuntur, qui à Pastore cujusvis Ecclesiæ, singulis annis aliquoties instituuntur, in quibus adhibitis Senioribus seu Sexviris & Tutoribus Templi, inquisitionem facit cum omnibus suæ euræ concreditis, quomodo floreat ibidem Christianismus.

*Claſſici* conventus dicuntur, qui quotannis susci-

Clasfici.

piuntur à Præposito, in singulis sui accolatus Ec-

clesijs. *Synodici* Conventus alij sunt in Diœcesi

Synodici.

per præsentiam Clericorum: Alij in Provincia,

dum præcipua capita è singulis Ordinibus alicujus

Regni seu Provinciæ, peculiari Magistratus jussu

convocantur, in quibus publica de corruptelis &

abusibus Religionis tollendis, de vera verbi Do-

ctrina restauranda, deq; Disciplina & Ritibus Eccl.

vel redintegrandis, vel emendandis, deliberatio

communibus singulorum votis instituitur. *Con-*

*sistorium* vocat quod ex Ecclesiasticis potissimum,



Confitorium  
Ordinarium.

Extraordina-  
rium.

Visitaciones.

Parochiales.

personis, rerum spiritualium probè gnaris, veròq; pietatis adfectu & zelo promovendi Regni Christi prædicitis constat. Hoc distingvit in *Ordinarium* & *extraordinarium*. *Ordinarium* est Senatus Ecclesiasticus, apud Basilicas Regni Cathedrales constitutus, in quo Episcopus, unà cum selectis aliquot ex Ministerio, causas Ecclesiasticas ad suam Diocesim spectantes, examinat & dijudicat; *Extraordinarium* etiam distingvit in *verè Ecclesiasticum* vel *Ecclesiastico-Politicum*: *Illud* vocat Consistorium Regni vel potius Comitiale, quod frequentant Episcopi cum ministris Eccl. ad Comitata vocatis. *Hoc* nominat quod ex Ecclesiasticis & politicis personis constitutum, summam totius administrationis Ecclesiasticæ directionem sibi vendicat. Singulas has species conventuum Eccl. copiosis Exemplis illustrat author. *Visitaciones Ecclesiasticas* definit Inquisitiones seu Examinationes divinitus constitutas, de explorando Ecclesiæ statu, qualisnam tum doctrinæ & Rituum, tum vitæ in singulis sit ratio; & quâ fide tam verbi ministri, quam auditores officium quisq; suum faciant; illorumq; quæ minus sibi constare depræhenduntur, secundum verbi Divini Regulam, legitimæ correctiones & restitutiones. Harum, sicut & conventuum, facit distinctas species, ut *alia sint vulgares: alia solenniores visitaciones*. Illæ sunt aut *Parochiales*, dum Pastor singulis totius anni diebus Dominicis examinat Auditores potissimum juniores, doctrinam Catechetica; vel etiam suos auditores quotannis semel ad minimum, domatim ac per singulas familias visitat, à parentibus, liberis & familia,

capi-

capita Catecheseos fideiq; rationem exigens: Aut sunt *Classica visitationes*, quas Præpositus per omnes & singulas Ecclesias in sua Classe seu Accolatu exsequitur. *Solennes visitationes sunt Diocesanae*, quas Episcopus adjuncto sibi uno alterove ex Assessoribus Consistor. nec non Præposito Accolatus in omnibus ac singulis suæ Diæceseos Provincijs & Accolatibus, eorumq; Ecclesijs ordinariè instituit. Vel sunt *Provinciales*, quæ peculiari supremi Magistratus autoritate tum demum instituuntur, cum vel Hæreses aut schismata quædam in illius Regnum irrepserint, vel publica Religionis reformatio, vel Ecclesiarum necessaria inspectio suscipienda fuerit; & propterea visitatio isthæc Extraordinaria censetur. Hæc est summa Orationis Introductoriæ.

Classica

Diocesanae

Provinciales

*Appendix Constitutionum Ecclesiasticarum, quas Urbalia in conventu Cleri propositas, ac communi consensu approbatas, totius Regni ministerio fidelitè observandas, atq; ad usum Ecclesia Dei piè transferendas, amicè hortatur, & officij ratione seriò flagitat, L. Paulinus Gothus Archiep. Upsal.*

Constitutio-  
nes Eccl.

*CAP. I. De Synodis Anniversarijs seu Cathedralibus.*

De Synodis.

1. Synodus solennis quotannis celebrabitur.
2. In hisce conventibus explicabitur Articulus aliquis Doctrinæ Christianæ.
3. Peculiares officarij constituentur, qui rei istius executioni operam dabunt.
4. Præsidis Synodici officium describitur.
5. Officium Oratoris & Concionatorum.
6. Actiones Synodicae ordine tractentur.
- Die prima.
7. Die Secunda.

K k k k k 3

8. Die

8. Die Tertia, explicatâ Orthodoxiâ & Heterodoxiâ Articuli propositi: examinabuntur casus ministerium communitèr concernentes.

Vifitationibus  
Diacel.

*CAP. II. De vifitationibus Diacefanis.*

1. Accessus vifitatorum significabitur. 2. Actiones privatæ cum Pastore agentur, quomodo officio suo præsit. 3. Præpositus accolatus aderit subsidariam Examinis operam adhibiturus. 4. Pastor, loci vel Commiſter Conciunculam habebit, 5. Examinabunt vifitatores auditorum Doctrinam. 6. Vitam. 7. Bona Eccleſiaſtica. 8. Casus & Bibliothecam miniſtrorum.

Officijs mini-  
ſtrorum Eccl.

*CAP. III. De officijs miniſtrorum Eccl.*

1. Inſtituent Examen Catecheticum ſingulis diebus Dom. & Feſtivis (exceptis ſummis Feſtis) quod in Eccleſijs Ruralibus præmittatur reliquis actionibus: In Civitatibus inſtitui poteſt finitis precibus veſpertinis. 2. Examine finito, recitabitur coram tota Eccleſia confeſſio publica, quam immediatè excipit Kyrieleiſon & deinceps aliæ ſacræ actiones. 3. Abſolutio communicantium inſtituenda eſt ordinariè & in pagis, præcipuè die Rogationum, Dominicam, quâ S. Cænâ celebrabitur, proximè præcedente: In Civitatibus die Saturni. 4. Ante communionem recitabitur Admonitio de præparatione ad S. Cænâ ſtantibus ad altare communicantibus.

Officijs Præpo-  
ſitorum.

*CAP. IV. De Præpoſitorum officijs Clafſicâ.*

1. Inſpectio Eccleſiæ Clafſica. 2. Literas vel à Magiſtratu per Epiſcopum, vel ab eodem & Conſultorio ad illos tranſmiſſas, fratribus convocatis prælegent, prælectas fideliffimæ dabunt executioni.

*CAP.*

*CAP. V. De officijs Ministrorum Domesticū.*

Officijs domesticis ministr.

1. Quotidiè in S. Biblijs unum caput manè, alterum vesperi, adhibitis pijs ac eruditis Commentarijs, accuratè perlegant & resolvant. 2. Preces matutinas & vespertinas singulis diebus, præsente tota familia; absq; omni intermissione habebunt. 3. Examen Catecheticum aliquoties in septimana cum domesticis; Evangelicum verò diebus Dominicis & Festis è Templis redeuntes instituunt.

*CAP. VI. De Ministrorum officijs Parochialibus.*

Officijs parochialibus min.

1. Diaconi, præter publica S. ministerij officia, juventuti plebejæ Catechesmi, Psalmorum & Evangeliorum lecturam & usum quam fidelissimè inculcabunt. 2. Quolibet semestri ante Festum Paschatos & Michaëlis Sacellanus suo Pastori, Pastor autem Præposito discipulorum suorum numerum & progressum chartulæ inscriptum commonstrabit. Præpositi vero in Synodis vel Visitationibus informationis istius rationem reddere tenebuntur.

*CAP. XII.**Acta Iob. Dural Scoti cum Episcopis & Clero Suec;*

**A**Nno 1636 venit Nominatus Duraus Holmiæ, prætendens se habere Legitimationem à Reverend. Archiepiscopo, Cantauriensi in Anglia, & Sant-Andraano in Scotia, etiam Armachano in Hybernia, ut tractaret consilia Ecclesiastica pacis viâ Theologicâ inter Evangelicos concludenda. Publicabat Scriptum, in quo affirmabat hanc rem in Ecclesijs, Gallicâ, Helveticâ, Polonicâ, Belgicâ, Transylvanicâ, & Germanicis utriusq;

utriusq; partium Academijs in deliberationem venisse, & consultationes de ea habitas esse, easq; publice nomine sibi esse communicatas in Autographis, ut ex communibus omnium suffragijs elucesceret universam hac in re capeffenda propensio. Publicabatur etiam privata collatio Theologorum Lipsia congregatorum Anno 1631. mense Martio, & quid in hac causa concluscrant tres Theologi Saxon, D. D. Matth. Hoc, Concionator Elector, D. D. Polycarpus Lyserus Superintendens Lipsensis, D. D. Henricus Höpferus cum tribus Theologis Brandeburg, & Hass, D. D. Job. Bergio, D. D. Job. Crocio, & Dn. Theophilo Newberg. Rogabat Duravus hanc causam à nostris Theologis in Acad. Upsal. deliberationi subijciendam. Exhibuit idem Epistolam sibi ab Episcopo Sarisburiensi, Job. Davenantio scriptam, quæ erat instar commentationis de pace inter Evangelicos procuranda. Hoc scriptum prodijt postea excusum Cantabrigia, cum adhortatione ejusdem Episcopi ad fraternam communionem inter Evangelicas Ecclesias restaurandam.

## CAP. XIII.

Resolutio questionis Duræ data ab Episcopo  
& Clero Svecia.

**P**Acem & concordiam inter Evangelicas Ecclesias constituendam esse his conditionibus voluerunt Theologi nostri in Acad. Upsal.

1. Erit consensus in omnibus fidei Articulis fundamentalibus, nullo excepto, 2. Fiat abolitio omnium errorum propugnatorum, qui vel fundamenta destruunt, vel ad ea convellenda diriguntur. 3. Sit tolerantia in Cereemonialibus & Adiaphorè juxta Scripturas.

4. *Et integritas ac candor unitarum partium, ne quis ambiguâ locutionibus veteres errores occultet, 5. Item, ne quis pace constitutâ, errores vel defendere, vel excusare, vel spargere ulterius tentet. 6. Temperantia ab ambitiosis, & non necessarijs Disputationibus, 7. Contumeliarum & injuriarum àvnyxia, 8. Ministerij & Gubernationis Ecclesiastica ad normam Apost. constitutio.* Postea convenerunt Episcopi Patriæ cum quibusdam Clericis ex singulis Diæcesibus, Anno 1638. congregati in Comitibus Holm. qui hanc causam à Duræo propositam examinarunt, deliberarunt, dataq; censurâ concluderunt. Hi præscriptas pacis conditiones conjunctis votis approbarunt, addendo cautionem nonam, sc. *acceptandum esse sincerè & candidè Symbolum Ecclesie <sup>777</sup> <sub>777</sub> Evangelicæ, videlicet Augustanam confessionem, non spuriam illam & adulteratam, quæ decennio post Comitibus Augustana, Witebergæ inter privatos parietes confarcinata fuit, & Calvinismo haud obscurè patrocinator, ac propterea neq; à B. Luthero, neq; à protestantibus approbata aut confirmata fuit; Sed primam illam genuinam & invariata, ipsi Imperatori Carolo V. in Comitibus exhibitam. Impedimenta & Remoras concordie addiderunt, datâ obtestatione, ne candidus Lector credat Nos (ajunt) aliosvè sincerè Evangelicos Theologos ita vel publicæ privatæq; salutis prodigos, vel à pacis studio alienos, qui concordiam Evangelicis invidemus, qui dissidiorum faces magis accendamus, quam sopire & compescere studeamus &c.* Sic re infectâ discessit Sveciâ Duræus.

*Mirabilia contigerunt his Novissimè Annis*

**C**irca finem libri 7. diximus fuisse in Smolandia editos monstrosos partus, quos multi equidem viderunt, sed quid portentè darent nesciverunt. Solet Deus multifariam suam iram indicare, ut securi homines agant maturè pænitentiam, antequam debitam pænam iratus Deus infligat. Talia signa venturam pænam indicantia, non solum in Cælo & Nubibus supra nos conspiciuntur; Sed etiam in Terra & aqua, juxta & infra Nos quandoq; apparent, ut discamus verbo Dei copiosè prædicato rectiùs obtemperare, ac pietati studere. Signa prius nominata, quæ pænam peccatis debitam nunciabant, licet suo effectu hæcenus non carerent: Siquidem communia mala sc. diuturnum bellum, fames & pestis nostram Patriam sæpè afflixere, additis morbis contagiosis, etiam mortis subitanæ exemplis, quæ terrorem homini incutiunt: undè rectè monemur, iram Dei per veram pænitentiam sedare, & Adventum filij hominis ad Extremum judicium eò citiùs expectare: Tamen præter hæc communia, recitabo specialia signa, proximis annis non sine consternatione hominum visa; quæ certò persuadent hominibus adhuc securis, agendam maturè pænitentiam. Anno 1638. die Nat. Christi tanta est exorta Tempestas & insolita aëris confusio, quæ de mari Britannico surgebat & proximam West-Gothiam, deinde & Smolandiam, flante favonio perturbavit, ut in multis locis impediret Sacrum Ministe-

nisterium in Templis hoc Festo peragendum. Superintendens Gotheburg. habuit in Templo Civitatis Concionem Festivalem, sub ipsa Concione circa horam 10. antemerid. tantas dedit Turbas hic turbo, ut Tegulæ de tecto Templi caderent, & auditores præsentis ruinam Templi metuentes catervatim exirent. Progrediens ventus in Orientem, per Provincias West-Gothicæ, Marchiam & Kindiam pergebat Junecopiam: In omnibus locis damnosa suarum viarum vestigia reliquit, Frangendo Tecta Domorum, imò in his Ecclesijs West-Gothicæ, *Konungsfätter / Ystorp / Sledeshemma* fregit planeq; conculcavit Turres Ligneas Campanarum, quas ad terram ita collisit, ut quælibet Campana in minimas particulas diminueretur: In Cimiterio *Tordstorp* Ligna Turre Campanarum, est ad spatium ulnæ per violentiam Turbinis loco mota, manente tamen staturâ integrâ & salvis Campanis. Junecopiam advenit hic Turbo horâ ejusdem diei pomeridianâ 2: Templum ibi ligneum tanto impetu commovebat, ut metueret populus in concione vespertinâ præsens, ipsius Domus casum, suumq; interitum. Coactus est Pastor è suggestu admonere auditores fidere Deo, verboq; ejus attendere, sic possent Dei gratiâ præsens periculum effugere. Fenestras illius Templi ad Occidentem projecit ventus in pavementum; Januam Templi ad aquilonem positam fractis cardinibus in terram dejecit; aliq; alibi damna attulit vis Turbinis illius, quæ adhuc viventes non ignorant. Quiescente Turbine circa mediam noctem, accidit in Lacu *Wester*, Gothicæ & Smolan-

Vehemens  
turbo.



Stetit Fluvius  
Motala.

Publica Inun-  
datio.

Ingens Tem-  
pestatas.

diæ propinquo, tale portentum, ut rapidissimus fluvius *Motala* de hoc Lacu tendens Norcopiam, staret infra pontem dicti pagi, usq; ad meridiem diei Stephani, ita ut homines illius loci in sicco fundo fluvij post effluvium aquæ, infra aquam superiorem instar muri erectam, colligerent pisces in serobibus remanentes, donec observarent erectam aquam cum fragore resolvi. Hoc mirum non absq; notabili mutatione in Patria solet accidere, & quidem illis ipsis diebus placidè obdormivit Heroica Princeps *Catharina, Regis MAGNI GUSTAVI ADOLPHI soror, & Principis Job. Castmiri Comitis Palat. uxor.* Sequenti anno, ante Festum Nativ. Christi stetit ferè idem fluvius Norcopiæ, ut homines transirent fluvium supra pontem Civitatis siccis pedibus, paucâ saltem aquâ juxta lapides in fundo sitos profluente. Sed sequenti vere An. Chr. 1640, tanta fuit inundatio aquarum per totam Sveciam, ut subverteret pontes, molas, & peregrinantes quosdam submergeret. In Civitate Norcop. replebantur aquâ domus ac fundi fluvio proximi. Anno Christi 1641. diebus 9. & 10. Martij, tanta fuit Tempestatas per totam terram, tam intensum etiam frigus, & cum hisce tantam Nivis copiam, flante borea projectam viderunt Incolæ, præsertim in West Gothia & Smolandia, ut fundi ac domus longè supra morem implerentur nivibus. Sic impediti sunt, non tantum peregrinantes, ut in loco manerent aliquot diebus, donec via sterneretur subactâ nive, sed pecora domestica includerentur stabulis, ne domestici possent his diebus illa adquare. Au-  
di-

ditum est multos peregrinantes in plana via vento obiectos, frigore niveq; constrictos perijsse. Neq; adhuc finis malorum. Proximo Majo Anni 1641. diebus mensis 17 & 18, flante boreâ advenit numerosissimus exercitus Locustarum de aqua ad ripam australem spatiosissimi Lacus Weteri: Hæ de aqua egressæ avolarunt catervatim in hortos & prata Junecopensium, & in pagos vicinos, ubi folia arborum absument, sed profusis in Ecclesia calidis precibus piorum hominum, discessit hæc rubigo terræ, nullo observato præfenti damno notabili. Sequebatur autem proximo autumnno ea intemperies cœli, ut frigore & pluvîâ perderetur semen agri in West-Gothia & Smolandîâ, & in quibusdam alijs Sveciæ provincijs. Deus misereatur nostri.

## CAP. XV.

*Ordinantia Electæ Regine de Decimis.*

**N**OS Christina D. G. Svec. Goth. Vand. Electa Regina & Princeps Hæreditaria &c. Significamus, quamquam Decimæ frumentorum fuerint hætenus à reformatione Ecclesiæ Nostræ, abjecto Papismo, præcipuum medium sustentandi ministerium Ecclesiasticum, cum personis in Academijs & Scholis laborantibus, etiam pauperibus in Noso-comijs viventibus; & quod ex Decimis supererat huic usui non destinatum, dabatur militibus pro defensione Patriæ ac Religionis pugnantibus: Intelleximus tamen fieri quotannis magnam diminutionem harum decimarum, dum omnium Ordinum homines sub prætextu aut privilegij &

immunitatis, aut consuetudinis, vel etiam postposita excusatione Decimas sibi reservant; ita ut Decimæ quæ creverant donec reliquæ superstitionis Papist. inessent cordibus subditorum, jam non sufficiant sustentandis ministris Eccl. nisi ex alijs Coronæ redivibus addatur augmentum. Ad corrigendum hoc malum, statuerunt diversis temporibus Ordinantias pij antecessores Nostri, Reges Svec. Avus & Pater (utriusq; memoria sancta) & in Comitijs præsertim Lincop. An. 1600. & Norcop. Anno 1604. conclusum est tollendam esse omnem in dandis Decimis fraudem. Quod licet primis annis videretur factum, succrevit tamen ordini mala consuetudo. Quare in his Comitijs deliberarunt Ordines R. constituendam esse Ordinantiam, quam hoc modo publicamus.

I. Comites, Barones & Nobiles in illis prædijs, ubi propriam agriculturam exercent, etiam in agris ac villulis, quæ intra limites illorum prædiorum sunt ædificatæ, retineant Decimarum, duas partes, Coronæ reddendas, juxta literam privilegiorum. 2. Si aliquis Nobilis vel alius subditus, habeat speciale privilegium à prioribus Regibus concessum, vel etiam inveteratione confirmatum, de retinendis illis Decimis in alijs prædijs, utatur meritò suo bono. 3. Pastores in prædijs Pastoritijs, ubi familiam suam alunt, etiam in donatis officio, juxta Ecclesiam Annexam sitis; si hoc prædium (Prestofomn) Pastor aut Diaconus in suum usum excolit, sint immunes à Decimis Coronæ reddendis.

II. Quoniam multi de pluribus villis exponant  
hæc

hæc privilegiata prædia: dicimus hanc immunitatem pertinere ad ipsa Nobilium prædia, quæ excoluntur servis aut domesticis ipsius Nobilis, vel in quibus solet residere, si maxime id prædium tunc conduxerat Arendatori. 3. Pagus; in quo legitime acquisito residet Nobilis, vel habitationem sibi ædificat, cum omnibus agris ac villulis intra limites pagi excultis, sub hac immunitate comprehendatur.

III. Præter hos in primo puncto nominatos, tum 1. Nobiles, qui excolunt suorum servorum, operâ villas, sive emptione aut permutatione acquisitas, sive à Coronâ concessas, quæ à prædio, ubi Nobilis residet, limitibus sunt distinctæ 2. Tum alij in officio R. constituti, quorum immunitas speciali privilegio non est confirmata, sint sive officiarij militiæ, sive alij præfecti. 3. Etiam Pastores, tam in donatis Annexæ prædijs, ab ipsis vel Diacono non excultis, quam in Hereditarijs villis, quas excolunt. 4. Cives in suis agris. 5. Nobilium servi & prædiorum præfecti. 6. Deniq; ex vulgo omnes sive propria sive aliena prædia inhabitantes, tam in conjugio, quam extra illud viventes: Omnes hi reddent de omni frumento quotannis, partim in sylvis ustulatis, partim in agris enato, justas Decimas, sive ipsi possiderint agrum excultum, sive illum ab alio conduxerint.

IV. Ut rectius reddantur Decimæ, debent tam Cives quam Rustici, in illis Terris ubi possunt in vehiculis ad Ecclesiam ferre de agris Decimas, ædificare horrea publica, ubi colligentur ab omnibus parochianis manipuli Decimarum reddendi  
Coro-

Coronæ, dum Trientem inferunt horreo Pastoris Constituet tamen Gubernator Provinciae virum, qui cum Sexviris Ecclesiae Decimas in agro rectè numerabit & nominabit, & allatas in publicum horreum excutiet postea Colonus, servatis sibi culmis, dum segetes in granarium Ecclesiae infert. Huic operæ adsit Pastor loci quantum permittat officium ejus.

V. In locis alijs, ubi horrea publica non sunt, numerabit in agro Decimas Præfectus Regius cum Sexviris Ecclesiae, & probabunt quantum manipulus dare poterit, ut de summa Decimarum cujusq; certa fiat conjectura. Pastor conscribet Numerum sui Trientis, eumq; ostendet Nostro Præfecto, ut ex collatione Tabularum constet subditum fidelitè reddidisse Coronæ suum Duplum.

VI. Decimæ colligentur in publicum granarium in præsentia Pastoris, Sexvirorum Ecclesiae, & Præfecti Nostri, qui justâ mensurâ quemvis modium metientur, deindè fores occludent, servatis sibi singuli Clavibus Serarum. In horum etiam, præsentia efferentur de Granario Decimæ.

VII. Duo Indices Decimarum scribentur; unum retinebit Pastor, alterum Præfectus.

VIII. Quoniam ministerium Eccl. potiori parte de Decimis sustentatur, decet Pastores Ecclesiarum fidelitè monere suos auditores, ut justas reddant Decimas, cujus ratio quotannis habebitur inquisitione Præpositi: Et postquam ipsæ fuerint in granarium collectæ, recitabit Pastor præsentibus auditoribus summam inscriptam, ut corrigatur quod per fraudem vel negligentia sit ab aliquo

commiffum. Qui fraudem notam fui vicini occultat, tantum frumenti dabit Coronæ, quantum occultaverit.

IX. Pœna delinquentium hæc erit. Nobilis deferatur per inquitorem Decimarum ipfi Gubernatori Provinciæ, qui causam diligenter cognoscet, & errantem monebit, si correctionem non admittit Nobilis, referet Gubernator causam ad Dicasterium Regium, ad quod ipse pertinet, ut secundum Regulam juris corrigatur, nisi velit Nostræ arbitrariæ pœnæ subjacere. Alius subditus, qui fraudulentè subtraxerit Decimas, pro quolibet modio dabit primâ vice Tres, secundâ vice Sex, & si tertio recurrerit idem, dabit Novem modios pro uno subtracto; insuper privabitur illo prædio vel officio, cui hætenus præerat. Hæc multa exigetur per Præfectum Nostrum, & in tres partes dividetur.

Mandamus serioq; præcipimus omnibus Nostris officarijs cujuscunq; fuerint conditionis, ut hanc Ordinantiã rectè servant, præcavendo pœnam, inobedientibus irrogandam. In specie jubentur Gubernatores Provinciarum, cum Pastoribus & Præfectis Nostris, ut curent hanc Ordinantiã singulis annis semel, præsertim, tempore Messis prælegi subditis, ne hi ipsi pœnam sibi per ignorantiam attrahant.

In confirmationem hujus Ordinantiæ, Sigillum Regium imprimi curamus, & Nostrorum, Respective Tutorum, Regniq; Administratorum.

M m m m m

sub-

subscriptionibus ipsum corroboramus. Datum  
Holmiæ 22. Febr. Anno 1638.

*Gabriel Oxenstierna*      *Jacobus De La Gardie*  
*Gust. F. Regni Dapifer.*      *R. Archimarsch;*  
*Carolus Gyldehielm*      *Axelius Oxenstierna*  
*R. Amiral.*      *R. Cancellarius.*  
*Gabriel Oxenstierna L. B. in M. & L.*  
*Regni Thesaur.*

## CAP. XVI.

*Pastor & Præpositus Norcopensis scripsit de*  
*Disciplina Eccl.*

**A**Nno Chr. 1638, publicatum est Scriptum post-  
humum Pastoris & Præpositi olim Norco-  
pensis in Ostrogothia; M. Johannis Matthiæ, hoc  
Titulo, *Manuductio, de Disciplina Eccl.* describitur  
6. Capitibus. 1. Docet necessitatem Disciplinae  
in Ecclesia militante. 2. Explicat mandatum ver-  
bi Dei, ut omnes Christiani in communi, & sin-  
guli ratione officij curam hujus rei habeant. 3. Osen-  
dit hanc curam incumbere alijs cum ministerio  
Eccl. personis. 4. Describit Seniores ex ordine,  
tum auditorum, tum docentium, quos S. Scri-  
ptura vult directores hujus esse Ordinis. 5. De ju-  
dicio Eccl. quod seniores in Ecclesia auditores  
cum S. ministerio administrabunt. 6. Modus ad-  
ministrandi Disciplinam Eccl. in communi tra-  
ctatur. 7. Modus dirigendi hanc Disciplinam in  
casu personali describitur.

Directores Di-  
sciplinae Eccl.

Methodus  
concionandi.

Additur huic Tractatui, methodus concionan-  
di, olim conscripta à prænominato Pastore Nor-  
cop.

cop. In illa explicantur ex Textu 2. Tim. 3. quinque genera Concionum, sive communia Concionum, argumenta vid. *Doctrinale*, quod secundum fidei Regulam veram doctrinam tradit. *Refutatorium*, quod falsa & noxia dogmata hæreticorum refellit. *Institutionum*, quod institutionem in iustitia, bonis moribus & pietate spectat, hominesque imperitos informat. *Reprehenfivum*, quod peccatores redarguit. *Consolatorium*, quod consolationem in afflictionibus & hortationem ad bene sperandum continet; Atque ut in singulis Concionum generibus fructum, quem sperabat perciperet, auditoresque saluari verbi doctrinam utilius pascerentur, hæc 5. capita scribit se potissimum spectasse. 1. Ut, licet omnis Scriptura utilis sit; ex eâ tamen locos illos eligeret, qui populo, temporibus, personæ suæ, locisque, ubi Concio habenda esset, maximè convenirent. 2. Ut redderet attentos auditores, patefacit res proponendas easque maximè utiles esse declarabat. 3. Certos sibi terminos constituebat, ne oratio temerè vagaret extra limites. 4. Morum vitia & hæreses ex occasione severè reprehendebat, hominesque afflictos fidelitèr consolabatur. 5. Omnia, quæ probanda suscepit, locis Scripturæ confirmavit, & similitudinibus ac exemplis illustravit. Cavebat etiam diligenter, ne quid odio aut invidiam incitatus, in quemquam dixisse videretur. &c.

## CAP. XVII.

*Acta 2.æ Trædæta Nycopla An. 1640;*

**N**omine S. R. M. <sup>is</sup> Svec. indixerunt Illustriss. Administratores Regni conventum Nycopla; ubi com-

M m m m m 2

uo



*venerunt Ordines Regni, dicto Anno, suntq; proposita; nomine S. R. M. tis Episcopis ac Clericis hac 4. puncta, in hunc modum formata.*

I. Quanquam infinitæ sint meritò agenda Deo gratiæ, qui gratuitò permittit purum verbum, Evangelij in nostris Ecclesijs prædicari, & instituta Sacramenta hic rectè administrari, additâ nostræ Patriæ, præ multis Rebuspubl. singularissimâ gratiâ, ut unius veræ Religionis exercitio gaudeamus omnes, hodieq; Ingrâ imperio nuper nostro subjecta, relicto Græcismo, aures prædicato Evangelio præbet patentes. Videtur attamen hæc unio Religionis turbari, & simplex veritas professionis Evangelicæ obscurari, servatis quibusdam differentijs Ceremoniarum in diversis Patriæ Diæcesibus usitatarum: Nam diversi sunt publicati Psalmi, in Ecclesia cantandi, &c. (vide l. 7. c. 32. & l. 8. c. 6.) quæ confusio in Ecclesia parit scandala, unde multi possunt vocare veritatem nostræ Religionis in dubium, ex quo dependeat dissidium Prædicatorum nostrorum, unde proveniunt schismata, quæ in hæreses prorumpunt. Historia Eccles. docet ex ejusmodi quasi levibus initijs, varijsq; ritibus exortas fuisse hæreses. Audimus etiam in quibusdam Diæcesibus fieri novas constitutiones, alijs Diæcesibus ignotas, utpote de processu sponsaliorum, ritu Nuptiarum &c. Atq; hi ritus sine pij Magistratus consensu constituuntur, & in summum ejus præjudicium vergunt; neq; habent alium usum tales extraordinariæ constitutiones, quam formant modum gignendi schismata in populo, dum quidam illas observant, reliqui

qui negant. Quoniam verò Deus est Ordinis author, cujus Ecclesia vel imprimis gaudeat ordine, quæ etiam uni soli jurisdictioni in dilecta Patria subest, ideo consultum videtur monere præsentibus ministros Eccl. ut hanc causam suscipiant deliberandam; imprimis meminerint Episcopi & Superintendentes cum primarijs Clericis, id sibi vel præcipuè commendatum esse, quod spectat Ecclesiæ amplificationem, ordinis conservationem, & errantium mansuetam correctionem. Quamobrem jubentur præsentibus Clerici, juxta officij sui requisitum, dare S. R. M<sup>ti</sup> sana consilia, quomodo præcaveamus omnem in Ecclesia *ἀταξίαν*, & servemus bonum ordinem Ecclesiasticum, veramq; Disciplinam, quæ dari poterit executioni, absq; pij Magistratus præjudicio, & cum auctoritatis ministerij Eccl. in S. Scriptura fundatæ conservatione. Hoc præsentibus ministri Eccl. fidelitèr considerabunt.

De Episcopi Revaliensis R. M. Iheringij administratione officij sui, requiruntur consilia præsentium Clericorum.

Ut eligatur vir de qualitate & donis dispositus officio Episcopi Scarenfis, qui succedat in locum demortui: Etiam disponatur maturè de Episcopatu Wiburgensi, ne Ecclesia Dei in Carelia, propter senectutem & supervenientem morbum illius Episcopi patiatur jacturam. Huic deliberationi conferre sua consilia monentur præsentibus Clerici.

4. Neq; intermittent Episcopi, & Superintendentes cum reliquis ex ordine Eccl. congregatis, consultare quomodo floreat Ecclesia Dei in Provincijs Svec. Lapponia & Ingria, & quomodo sit ibidem ordo Ecclesiast. ad usum transferendus. *Hæ sunt propositiones Clericis oblata.*

R. Episcopi, Superintendentes, cum congregatis Nycopiæ Clericis adornabant responsum, S. R. M.<sup>ti</sup> transmissum: in quo explicabant rituum differentias in aliquibus Patriæ Ecclesijs observatas facillè posse conciliari, dum servatur unicum Manuale Eccl. in Patria novissimè publicatum, quod ab omnibus nostris (ajunt) Clericis in publico Ecclesiæ officio debet usurpari. Quoniam vero in duobus libris Psalmorum, haud ita pridem excusis, est varietas, suadebant præsentibus Clerici, convocandos ex diversis Diæcesibus esse, sui Ordinis Seniores, qui operam revisionis susciperent, & instituerent collationem horum librorum cum antiquissimo libro Psalmorum Svec. ut fieret unicus approbatus liber, & sonarent iidem Psalmi in omnibus Patriæ Ecclesijs. Rogabant exinde, ut S. R. M. curaret easdem observari in Ecclesijs Germanicis, quæ sunt in Patria alicubi ordinatæ, Ceremonias, ne aliqua dissonantia disruptat nostrarum Ecclesiarum conformitatem. Ultimò explicabant Clerici, non videri in nostris Ecclesijs eam sub administratione officij Eccl. differentiam, quæ aut scandalum pariat, aut intermissionem necessarij officij designat. &c.

## CAP. XVIII.

*Promotio 5. Doctorum Theol. peracta V. M. An. 1640.*

**I**N supradictis Comitijs Nycopenf. Electus est Episcopus Scarensis Professor Theol. in Acad. Ubsal. *M. Jonas Magni*, qui cum reliquis duobus in eadem facult. Collegij, *M. Johanne Lenao*, & *M. Olao Laurillo*, nondum erant consecuti summum in Theol. gradum Academicum, cum tamen dedissent specimen doctrinæ & diligentia in hac facultate clarissimum. Quare judicabant Rev. Episcopi Patriæ, unâ cum Senatu Acad. hos tres esse publicè promovendos Doctores Theologiæ, priusquam aliam obirent Provinciam, siquidem, prænominatus tertius Theologus ad Pastorum celebritatis Ecclesiæ Holm. esset vocatus. Erat etiam Patriæ nota diligentia duorum clarissimorum Theologorum, *M. Johannis Matthia*, Præceptoris Electæ Reginae nostræ, ac Concionatoris aulici, etiam *M. Eschibi P.* Professoris Theol. in Regio Gymnasio Aboënsi, quos duos cum prænominatis tribus eodem honore ornandos esse Cancellarius Acad. Ubsal. cum Facult. Theol. censuerunt. Sic facta est solennis horum 5. Theologorum promotio in Templo Cathedrali Ubsal. die 22. Junij, An. Chr. 1640, promotore Archiepiscopo, eodemq; Procancellario Acad. *R. Laurentio Pantino Gotho*, *S. Tb. D.* Rectore Magnificentis, *Illustr. Dn. Magno Gabrielle*, Comitæ in *Läckö &c.* hic etiam rogatus vicem Cancellarij Acad. nunc sustinuit. Actus promotionis & Orationes in hoc publico conventu recitatae alibi extant. Ex occasione interfuerunt huic Actui *Illustriss. Archimarschallus Regni*, *Comes in Läckö. & Generosiss. vir, Gubernator Uplandia,*

*Progressus Studiorum liberalium in Finlandia  
& Carelia.*

Sereniss. Regina Svec. Illustriss. CHRISTINA AUGUSTA serio deliberans pietatem in Ampliss. Regno Sveo Goth. conservandam & propagandam, voluit pium Exemplum sui gloriosiss. parentis imitari, instituendo Scholas majores & minores in Provincijs imperij Finlandia & Carelia. Hoc perfecit El. Regina per Administratores Regni, postquam *Illustriss. Dn. Petrus Brahe / Comes in Wisingborg* factus erat *Generalis Gubernator* dictarum Provinciarum. Hic instituit mandato Regio Scholas Triviales Anno Chr. 1639 in *Helsingors / Björnborg / Ny-Carlby & Blo* ubi proponuntur artes generales, jussitq; usum lingvæ Latinæ in Oratione prosâ & ligatâ illustrari: Item tractantur ibidem rudimenta pietatis in Catechismo B. Lutheri ac locis Theologicis comprehensa, cum alijs exercitijs ad pietatem pertinentibus. Adhuc ordinabat Gener. Gubernator duas inferiores Scholas in duobus locis *Towasthus & Nyssott* quò mitteret Careliæ populus suos pueros in pietate & scientiâ lingvarum, usui quotidiano utilium, informandos. Etiam Schola *Kexholmensis* est eodem tempore amplificata, aucto stipendio Docentibus necessârio, propositoq; Ordine Lctionum Discentibus utilissimo. Deinde observans Gen. Gubernator necessariam requiri correctionem Status Eccl. in Diacesi Wiburgensi, præsertim in ditione Kexholm, eandem procuravit per-

perficiendam. Insuper mandato Regio amplificavit Scholam Wiburgensem, constituendo ibidem *Gymnasium*, ubi artes liberales cum fundamentis Theologiæ ac Religionis orthodoxæ, linguæq; Græcæ proponuntur à Doctis. Prælectoribus, more institutorum in Svecia Gymnasiorum de quibus supra l. 7. c. 5. Etiam introduxit Gen. Gubernator Academiam *Aboensem* mandato Regio, ut mox dicitur.

## CAP. XX.

*Processus introductionis Academia Aboensis.*

POSTquam confirmasset Electa Regina Sveciæ, Academiam *Aboensem*, datis privilegijs instrumento necessario confirmatis, & convocatis Doctis. Professoribus huic operi sufficientibus, indixit Gen. Gubernator diem 15. Julij, Anno Christi 1640, quo introduceretur solenni processu ac ritibus convenientibus ipsa Academia in celebri Finnonum Civitate *Abo*. Tunc advenerunt convocati Nobiles illius Nationis, etiam Præpositi multiq; Pastores Ecclesiarum, nec non Equestris ordinis alijq; militiæ Officiarij præsentés cum Civibus *Aboensibus*. Hi omnes convenerunt dicto die hora 8. in arce *Aboensi*, ubi Gen. Gubernator residebat, & hoc ordine comitati sunt Gen. Gubernatorem in civitatem.

1. Præcedebant Tubicines processum honorantes.
2. Marefchallus Provinciæ præibat —
3. Comitatum Nobilium.
4. Academia insignia sequebantur ab Academicis allata, illaq; præcedebat Magister aulæ Comitatis.
5. Additis clavibus carceris.

Nnnnn

6. Et

6. Et tunicâ Rectoris Magnifici, cœu indumento officij.

7. Etiam Sigillo Academiæ, in cujus circulo primò erat *Titulus S. R. M.* <sup>tis</sup> *Succ.* sculptus; in altero erant hæc verba, *SIGILLUM UNIVERSITATIS ÅBOENSIS*. In medio leguntur verba Ps. 107. *Ab Aquilone & mari congregavit eos.*

8. Postea præcedebat Matricula

9. Regiam confirmationem hujus Acad. quam portabat hujus Nationis Secretarius Status, nomine *Joannes Schmitt.*

10. Insequebantur 2. ministri Acad. scepra illius ferentes.

11. Jam adest *Gen. Gubernator Illustriss. Petrus Brahe / Comes in Wisingsborgh /* quem observabant ab utroq; latere 12 milites evocati,

12. In Comitatu erant Episcopus loci, & D. D. Eschillus, futurus Rector Magnificus.

13. Omnes Professores insequebantur ordinatè.

14. Etiam præcipui officarij Provinciæ.

15. Et præsentès Clerici.

16. Cum Consulibus & Civibus Aboëns.

His omnibus de Arce egressis, solvebant præsidarij milites duo Tormenta pulvere nitrato impleta, & pergebant omnes ad Civitatem; plurimi advehebantur navibus, officarij militares cum viris ordinis Equestris, numero 700, venerunt itinere terrestri, insidentes equis, ipsiq; ad Forum Civitatis præsentès, ordinabant viam à domo *Prælati Dn. Johannis Kureh,* Præsidis Dicasterij Regij in Finlandia (in quam de navibus ascendebat *Gener. Gubernator cum suo comitatu*) usq; ad Aca-

de-

demiam, constitutis militibus & civibus ab utraq; viâ parte armatis, inter quos ita locatos progrediebatur Gen. Gubernator processu præscripto usq; in Academiam; ubi reponebantur in ornatâ cathedrâ insignia Acad. hujus. Habuitq; orationem Gen. Gubernator, explicans præsentibus mandatum S. R. M.<sup>tis</sup> Svec. ut hic instituatur Academia, seu Universitas Privilegiata, in qua proponantur liberalia exercitia ingenijs discipulis, ad formandam pietatem rerumq; scientiam necessaria. Hujus Regij mandati executionem hac horâ (ait) suscipere, & publicâ auctoritate perficere meditamur. Verum ut gratia summâq; clementia S. R. M.<sup>tis</sup> Dn. N. Clementiss. conspiciatur major, & voluntas ejusdem in hoc genere innotescat clariùs, prælegetur vobis Regia confirmatio hujus Universitatis. Sic prælectum est Diploma Regium à Decano, postea indicavit Gen. Gubernator, voluntatem esse S. R. M. ut *Episcopus loel gerat en* Academia officium Vice-Cancellarij: quare tradidit institutæ eidem insignia Acad. cum instrumento Regiæ confirmationis, deditq; ad singula necessariam Declarationem, quo sine essent primum hæc Academica cum solennitate rituum instituta, quid moneant Academicos, & quomodo rectè serventur hodieq;: Addidit ultimò gratulationem, causâ hujus felicitis status, ad Gentem & auditores præsentem directam, prolectantem singulos ad gratiarum actionem Deo, pioq; nostro Magistratui debitam, quod in hac ultimâ Aquilonis terrâ floreat studia liberalia cum pietate & orthodoxâ Religione, ad vitam æternam deducente fideles, verbo fidei adhærentes.

ProCancellarij  
Acad.



Magnificus.

His finitis, ascendit Episcopus, qui & Vice-Cancellarius, Cathedram, & postquam recitasset Orationem huic solennitati convenientem, vocavit ad se D. D. Eschillum, primum Theologum, pronuncians illum *Rectorem Magnificum*, eiq; post factum fidelitatis iuramentum, tradidit insignia Acad. & officij requisita. Rector habuit Orationem officio competentem; quâ absolutâ, honorabant Actum Musici opere vocali ac instrumentali, antequam Decanus suam ultimò recitaret Orationem, quâ egit gratias Deo ac Magistratui debitas, simulq; huic Nationi de præsentī felicitate gratulabatur. Coronidis loco recitabat Orationem Nobilis *Stålhornst.*

Absoluto processu introductionis hujus Acad. pergebant omnes ad Templum Civitatis, servato tamen ordine legitimi processus: Tunc habuit publicam Concionem Episcopus loci, commonefaciens auditores, esse gratias Deo agendas pro conservatione Ecclesiæ & benedictione hujus loci, concludens *Dei gratiarum* actione & precibus ad Deum fufis, ut hoc confirmet quod incepit.

Finitâ concione, solvebant præsidarij milites, quasdam Tormentorum machinas, etiam milites & Cives circa Templum stantes armati, dederunt signum lætitiæ accenso in Bombardis pulvere nitro: Sic ipsum Skyttæ officium peragentes.

His omnibus feliciter peractis, Gen. Gubernatorem ad arcem properantem sequebantur præcipui Nobiles & officarij præsentēs, cum Episcopo & Academicis, & primarijs Civibus; quibus omnibus præparavit Illustris Comes, lautam mensam, ut diem hunc Festivum in lætitia absolverent. *Sequentem diem*

stem exercitijs Declamationum & Comædiarum dedicarunt Academici.

## CAP. XXI.

*Visitatio Ecclesiarum Bor. in Suec. per Archiep. Ubs.*

**P**rophetiam Zach. c. 6. de adventu quadrigæ (Lucis Evangelij) in terram Aquilonis, ad populum fortem & robustum, interprete Hier. hodiè impletam esse, cum gaudio recognoscimus. Nam sive exponamus equos quadrigarum, ipsos 4. ventos, vel κλίματα mundi, juxta Angelum: Sive Apostolos & Prædicatores, per diversitatem colorum diversam gratiam possidentes, juxta Hier. intelligimus gratiam Evangelij vobis, nostrisq; vicinis in hac terrâ Aquilonis abundè, hoc nostro præsertim seculo illuxisse. Id probatum est supra, dum monstravi exercitia studiorum sacrorum in multis Acad. Gymnasijs & Scholis nostris, etiam in mediâ Laponiâ religiosè excoli. Profectum pietatis in Ecclesijs Borealibus ut cognosceret Archiepiscopus Ubsal. cui inspectio illarum incumbit; instituebat visitationem earundem hac Æstate Anni currentis 1642, pergens cum R. Comitatu in Bothniam Occid. ubi 2. Accolatus sunt, unus ad Boream, alter australior. In illo sunt 5. Ecclesiæ celebres, cum Annexis Lapp. 1. Inferior Tornensis cum Civitate propinquâ; ubi facta visitatio 13. Junij. 2. Superior Torn. ad quam pertinent 2. Ecclesiæ Lapp. *Joccasjerwi* & *Tvotterhöf* quas M. Joh. Past. Civ. Torn, aliquoties singulis annis visitat & informat. 3. *Cholis* cum annexâ Lapp. ejusdem nominis, distante 10 mil. 4. *Lulå* ubi Emporium ædificatum, ibiq; Præpositus Accolatus. Huic Ecclesiæ additor magna Lapmarchia,

Hier. Tom. 6  
fol. 112.

in, quâ versatur quotidie Comminister Eccl. de Lap.  
parentibus natus, ut tribules informet. 5. *Pyttâ*  
*Emporium* & Ecclesia multum in exercitio Cate-  
chet. profecit. Huic annectuntur 4. Ecclesiæ Lap-  
pon. 1. *Nosafielwijd* ubi Argenti fodina. 2. *Silbos*  
*joch*. 3. *Arieplogh*. 4. *Arsvidzjerf*. Singulæ habent  
Pastores lingvæ Lapp, gnaros, quibus datur Re-  
gium stipendium, ut auditores dispersos crebrius  
visitent & commodius informet. Instructio da-  
ta est Præposito Lulensi, ut has Ecclesias quotan-  
nis visitet, quid effecit, testatur idem sic scribens.  
In *Arieplogh* 1. Dedicavi novum Templum, præ-  
sente Governatore Prov. 2. Examinavi Lappones  
Catechesin, cujus principium aliqui recitabant.  
3. Monebam Pastorem loci prælegere auditoribus  
Catechesin, ipsosq; diligentèr & crebrò examina-  
re, etiam annotare non solum numerum audito-  
rum, sed quid singuli, quotannis in Catechesi pro-  
ficient. 4. Interrogavi Lappones, cur multi vix  
per annum frequentent Templum? Responde-  
bant, multis difficilimum est frequenter adesse,  
præsertim tempore æstivo, propter interjectas pa-  
ludes, lacus, montes & flumina accessum retar-  
dantia, ut vix spatio 5. aut 6. dierum huc venia-  
mus, præsertim si ultra Alpes propè Norvegiam,  
aut in summitate montium (*Sielryggen*) commo-  
ramur; Hyberno tempore nobis brevior via est,  
dum soleis ligneis usi, congelatas aquas & altissi-  
mas nives rectâ transcendimus. 5. Ceremonias  
Ecclesiasticas servabit Pastor in Ordin. Svet. præ-  
scriptas, præmisso exercitio Catech. singulis Dom.  
anta Missam. In Ecclesia *Arsvidzjerf* recitabant  
audi-

auditores Catechesin rectius, quia junior Lappo, sciens legere & scribere informarat tribules. Aderant 8 personæ habentes libellum A, b, c, in quo legebant, pluresq; promiserunt se idem facturos. Monebam Pastorem fidelitèr curare officium. Simili modo examinati sunt Lappones *Torpunjauri* & *Lais*. Hæc Præpositus M. And. Australior Accolatus Both. habet 5. Ecclesias 1. *Stållosta*, 2. *Buurs träsck*, 3. *Löfänger*, 4. *Bogdå*, 5. *Vinä*. Hic sustentat Emporium cum Ecclesiâ præceptorem, qui liberos illorum informat. Ad hanc Ecclesiam pertinet Lapmarchia, ubi est publica Schola, cujus Director est Prælustrius Dn. Johannes *Slytte* / de quo supra lib. 8. cap. 4.

Ex Bothniâ venit Archiepiscopus in Angermanniam 14 Julij. Hic sunt 2. Accolatus per sylvam *Slus* se distincti. In Aquilonari habuit tres stationes visitator. 1. in *Normaling* / quò venerunt Grundfundenses. 2. in *Zidlvada* / ibi fuerunt auditores in Ecclesijs *Anundsiö* & *Arnds* cum annexis. 3. in *Nättra* / ubi aderant Sensiöenses. In Australi Accolatu fuerunt 4 visitationes. 1. in *Nordingrå* / quò vocabantur Norenses. 2. in *Bothn* / ibi examinati auditores in *Gundmuntå* *Kåråter*. 3. in *Hotetha* / ubi adfuerunt ex *Reefela* & *Komsel* seu inhabitatores *Idalen* / 4. in Civit. *Hernofand* / quò venerunt Zebroenses.

Medelpadiam advenit Archiepiscopus die 3. Aug. ubi sunt 7 Pastoratus, qui convenerunt 3. locis. 1. in *Stån* / fuerunt ex *Jndaal* & *Lutorp*. 2. in *Zelånget*. 3. in *Zuna* fuerunt *Torpenses* & *Niurenenses*. Absoluta est hæc visitatio die 11. Augusti, in Emporio Provinciæ

*Sundz*


**Sundwald**/præsente Clero Prov. sicut cursum visit. conferipit Notarius Consist. Eccl. Ubf.

Forma visitationis ubiq; eadem servata, teste M. Zach. Kling annotante visitationem in **Wåla & Harbo** factam An. 1639. 18. Aug. Primò examinabantur auditores in Catechismo: Deinde ut hoc exercitium fieret auditoribus gratius, addidit Archiepiscopus longam explicationem doctrinæ Catech. eamq; amplificavit ex Thesauro Cath. à se publicato, cujus summam ipse collegit anno superiori in Exeg. Catechismi, Ubsaliæ impressâ, & Rev. Episc. ac Sup. Sv. dedicatâ. Hanc informationem audiverunt cum gaudio attentè auditores in singulis Ecclesijs, licet non finiretur Examen cum explicatione, ante horam; aut 6. pom. factò initio ab horâ 9. antemerid. ;

Hanc Archiep. diligentiam & fidelitatem in officio declaratam, videmus Deo gratissimam esse, dum providentia divina sustentat Rev. Senem, optimè meritum, viresq; corporis ita roborat, ut tot labores sufferat, tot longissima itinera conficiat anno suæ æt. 77. quo feliciter absoluto, proximâ die 11. Novemb. ingressus est annum suæ æt. 78. (ut anostat ultima Epistola R. Archiep. D. D. L. Paulini G. de hac visitatione sub eodem Dato, mihi scripta) quem annum Ipsi, Nobisq; omnibus Christianum, jam jam instantem 1643. largiatur Deus pacificum & salutarem.

Amen.

**SOLI DEO GLORIA.**



**INDEX**  
**CAPITUM HIST. ECCL. SVEO-GOTH.**  
**LIBER I,**

*Conversio Gentis Sveo-Goth. ab Etb. ad Christ.*

- CAP. I.** De Antiquitate Gentis Sv. in Scandia primo residentis.  
**II.** De Religione populi Sveo-Goth. antiquissimâ.  
**III.** De difficultate convertendi hanc Gentem ab Ethnicismo ad  
 Christianismum.  
**IV.** Quando & quâ occasione capit Prædicatio Evangelij in Sveo.  
**V.** Impedimenta conversionis Sveo-Gothorum.  
**VI.** Repetitur prædicatio Evangelij in Sveo.  
**VII.** Legenda S. Sigfridi  
**IIIX.** Vita & martyrium S. Eschilli.  
**IX.** Vita & officij fidelitas S. Davidis.  
**X.** Conversus populus Sv. constanter propagavit Christianismum.  
**XI.** Qua occasione introduxit Papa Rom. suam doctr. in Sveo.  
**XII.** Ecclesia Sveo. nunquam voluit verè subjici dominio Papæ Ro.

**LIBER II.**

*Reformatio Ecclesie Sv. illustratâ veritate Evangelij.*

- CAP. I.** Produx Sv. Gust. Er. cognovit Idolomaniam Papist.  
**II.** Difficultas objiciebatur Reformationi Eccl. Sv.  
**III.** Modus ad reformandam Ecclesiam dispositus.  
**IV.** Disputatio inter Pontif. D. Galle & Evangelicum M. Claum P.  
**V.** Propositiones 12 controversæ.  
**VI.** Duplam Decimarum datur creditoribus Regni.  
**VII.** El. Archiepiscopus Joh. Magnus discessit Patriâ.  
**IIIX.** Apologia Regis Gust. causâ Reformatioais.  
**IX.** Edicta Regia de sustentandis Clericis ab auditoribus.  
**X.** Tumultus Dalekarl. occasione inceptæ Reformationis.  
**XI.** Refutatio Monachi Dani per M. Olam P.  
**XII.** De numero Sacramentorum & uû Conjugij per M. Ol. P.  
**XIII.** Acta Eccl. in Comitijis Aros. An. Chr. 1527.  
**XIV.** Acta Eccl. in Comitijis strengh. Anno Chr. 1528.  
**XV.** Admonitio publicè facta coronato Rege Sv. Gustavo I.  
**XVI.** Edictum ne immobilia Bona Eccl. injustè auferantur Ecclesijs.  
**XVII.** Concilium Særebrog. de Reformatione Eccl. An. Chr. 1529.  
**XIIX.** Manuale Sæet. primò publicatur An. Chr. 1529.  
**XIX.** Ordo Missæ S. ec. cum causâ Reformationis nostræ Ecclesiæ.  
**XX.** Scriptum M. Olai P. de Justificatione peccatoris coram Deo.  
**XXI.** Progressus Evangelicæ Religionis in Suecia.  
**XXII.** Tumultus subditorum causâ Reformationis.  
**XXIII.** Electio & officij administratio Archiep. Laur. Nericij.  
**XXIV.** Unio Reformatarum Eccl. in Suecia & Germania.  
**XXV.** Acta Eccl. tractata Arosiæ An. Chr. 1544.

O O O O

XXVI. Egi-

INDEX.

- XXVI. Edictum de agenda penitentia sub insolita tempestate.  
 XXVII. Acta Eccl. in Comitij Arbog. An. Chr. 1546.  
 XXVIII. Diploma R. Gust. de quadam immunitate Pastorum Smol.  
 XXIX. Acta Svec. de Concilio Trident. & Scripto interim.  
 XXX. Decreta Eccl. constituta à R. Gust. I. An. Chr. 1554.  
 XXXI. Admonitio Arch. lib. al. ad preces & penitentiam.  
 XXII. Testamentum Religiosum R. Sv. Gustavi I. An. Chr. 1560.

**LIBER III.**

**Statu Eccl. Svec. tempore Regis Joh. III.**

- CAP. I. Status Eccl. Svec. sub Rege Erico XIV.  
 II. Relatio Mart. Helsingi de progressu Calvinismi in Helvetiâ.  
 III. Scriptum Arch. L. Neritij contra Dionysium Beurrzum.  
 IV. Fundamenta quod administraretur in S. Cæna vinũ nõ aliq. pot.  
 V. Argumenta Joh. Ofreg. quod alius liquor in S. Czna admini-  
 nistraretur.  
 VI. Status Eccl. Svec. principio Regis Joh. III.  
 VII. Concilium Clericorum Svec. An. Chr. 1572.  
 VIII. Scriptum Arch. L. Neritij de 2. gradu sanguinis prohibito  
 contrahentibus conjugium.  
 IX. Rex. vec. Joh. III. favorebat sectæ Papist.  
 X. Epistola St. Hofij scripta Reginæ Svec. Catharinæ Jagell.  
 XI. Ritus Eccl. Svec. accommodantur Ritibus Papist.  
 XII. Epistola St. Hofij scripta Reginæ Svec. Catharinæ Jagell.  
 XIII. Consilia Jesuv. ut Svecia redeat ad subjectionem Papæ Romæ.  
 XIV. Epistola St. Hofij ad Reginam Svec.  
 XV. Eiusdem ad Regem Joh. III.  
 XVI. Epistola ejusdem ad Reginam Sv.  
 XVII. Articuli in conventu Holm. an. 74. conclusi.  
 XVIII. Quâ conditione Electus est novus Arch. lib. L. Gorhus.  
 XIX. Dissertatio Clericorũ Holm. de Regia El. novi Arch. L. Gothi.  
 XX. Dissertatio Episcoporũ cũ Secretario Regio de Ritu ordinandi.  
 XXI. Ordinatio Episc. Svec. facta ritibus Papist.  
 XXII. Index libri Liturg.  
 XXIII. Edictum de Decimis Sacerdotum.  
 XXIV. Auctores & confirmatores Liturgiæ.  
 XXV. Judicium exterorum Theologorum de Liturgiâ.  
 XXVI. Epist. St. Hofij ad R. Joh. III.  
 XXVII. Epistola ejusdem ad Comitem Pet. Brahe.  
 XXVIII. Item ad Joh. Herbestum.  
 XXIX. Judicium prædicatorum Holm. de Liturgia.  
 XXX. Obligationes illorum qui susciperent functionem Eccl. tempore Liturg.  
 XXXI. Programma Arch. L. Gothi, ut Studiosi discant Patres.  
 XXXII. Acta Eccl. tractata Holm. An. Chr. 1577.  
 XXXIII. Disputatio Episcopi Lincop. cum Archiepiscopo de Liturgia.  
 XXXIV.

INDEX.

- XXXIV. Declaratio Liturgiæ communiter approbata An. Chr. 1577.  
 XXXV. Epistola St. Hosiæ ad Regem Sv. Joh. III.  
 XXXVI. Prava dispensatio Closterlassis.  
 XXXVII. Persecutio orthodox. prædicatorum Svec.  
 XXXVIII. Scriptum M. Abrahami antiliturgicum.  
 XXXIX. Epistola M. Salomonis.  
 XL. Scriptura ejusdem Antiliturgicum.  
 XLI. *Ανωρυμ* contra Liturgiam.  
 XLII. Legatio Regis Joh. ad Ducem Carolum.  
 XLIII. Edictum de usu Liturgiæ.  
 XLIV. Episcopi de novo subscribunt Liturg.  
 XLV. *ανωρυμ* contra subscriptionem.  
 XLVI. Amplificatur Diæcesis Lincop.  
 XLVII. Mala conscientia Liturgistarum.  
 XLVIII. Instructio Antonij Possævini data missis in Sveciam.  
 XLIX. Apologia Cleri Strengn. causa negatæ Liturgiæ.  
 L. Acta Eccl. tractata Calm. An. Chr. 87.  
 LI. Asscuratio R. Joh. pro pio filij sui Sigism. futuro Regimine.  
 LII. Rex Joh. proscripsit contradicentes Liturgiæ.  
 LIII. Apologia C. eri Strengn. scripta cæteris Clericis in Patria.  
 LIV. Liturgia peperit novas turbas Holmiæ.  
 LV. Epistola Arch. scripta carceratis Professoribus.  
 LVI. Responsio Professorum.  
 LVII. Obligatio præscripta carceratis.  
 LVIII. Apologia illorum ne subscriberent.  
 LIX. Consultatio Wexionensium de Liturgiæ.  
 LX. Supplicatio illorum ad Regem.  
 LXI. Primum Responsum Regis ad petitum Wexionensium.  
 LXII. Epistola carceratorum data Legatis Wex.  
 LXIII. Alterum responsum Regis.  
 LXIV. Gratulatio M. Abrahami scripta Wex.  
 LXV. Finis causæ Liturgiæ.  
 LXVI. Scripta utilia Ecclesiæ, publicata tempore R. Joh.

LIBER IV.

*Acta Eccl. Svec. sub regimine Sigism.*

- CAP. I. Acta de morte Regis Joh. III.  
 II. Prima pietas Ducis Caroli  
 III. Acta Eccl. in Ducatu Sud. An. Chr. 86.  
 IV. Prava educatio Sigism.  
 V. Epistola St. Hosiæ ad D. Sigism.  
 VI. Initium Concilij Ubsal. An. Chr. 93.  
 VII. Continuatio Concilij Ubs.  
 VIII. Doctrina Aug. Conf. examinatur.  
 IX. Ceremoniæ Eccl. approbantur.

Ooooo 2

X. Con.



INDEX.

- X. Conclusio illius Concilij.  
 XI. Decretum Concilij Ubsal.  
 XII. Provincialis conventus Sud. An. 94.  
 XIII. Acta Eccl. tractata Ho m. sub ad. ensum Regis Sigism.  
 XIV. Tumultus Heduck. in Templo Holm.  
 XV. Apologia legati Apost.  
 XVI. Epist. Senatorum Regni Svec. ad Regem Sigism.  
 XVII. Epistola Clericorum ad Ducem Carolum.  
 XVIII. Responso Ducis Caroli.  
 XIX. Responso Regis Sigism. ad postulata Clericorum.  
 XX. Iterata supplicatio Clericorum.  
 XXI. Supplicatio Ordinum Regni.  
 XXII. In actu Coronationis confirmatur Svecis Religio Evang.  
 XXIII. Generalis confirmatio R. Sig. ad postulata Ordinum R. data.  
 XXIV. Specialis confirmatio postnl. Cler.  
 XXV. Iniqua Acta in Eccl. Svec.  
 XXVI. Acta Episcoporum Ubsalix congregatorum An. 95.  
 XXVII. Postulata Clericorum.  
 XXVIII. Acta Eccl. in conventu Suderc. An. 95.  
 XXIX. Legatio Regis Sigism. ad Ducem Carolum.  
 XXX. Edictum Ducis Caroli de visitatione Patriæ.  
 XXXI. Epist. Arch. Abrahami ad Clericos.  
 XXXII. Processus visitationis.  
 XXXIII. Acta Eccl. in Comit. Arbog.  
 XXXIV. Discessit Regno Princeps Anna.  
 XXXV. Acta Eccl. in Comitijs Junecop. An. Chr. 99.  
 XXXVI. Acta Eccl. in Comit. Ho m. Anno Chr. 99.  
 XXXVII. Verba novissima El. Archiep. M. Nic. Both. An. Chr. 1608.  
 XXXVIII. Scripta nunc publicata in usum Patriæ.

LIBER V.

*Acta Eccl. sub Rege Carolo IX agitata.*

- CAP. I. Acta Eccl. in Comit. Lincop. An. Chr. 1600.  
 II. Exteri Scriptores recitant causam cur Svecia renunciavit Regi Sig. subjectionem.  
 III. Acta principio Regiminis Caroli IX.  
 IV. Promotio Magistrorum in Acad. Ubsal. An. Chr. 1600.  
 V. Arch. Olaus Mart. resuravit Theses Micr.  
 VI. Ordinariam Eccl. aulicæ examinavit Arch. Olaus Mart.  
 VII. Acta Eccl. in Norcop. An. Chr. 1604.  
 VIII. Scripta Archiep. de persona Christi.  
 IX. Acta Eccl. coronato R. Carolo IX.  
 X. Acta in G'rebro.  
 XI. Scripta Arch. in informationem Svec.  
 XII. Admonitio ad penitentiam.

INDEX.

- XIII. Edictum de Decimis.  
 XIV. Renovatur Manuale Svet.  
 XV. Diæceses Lincop. & Scar. alterantur.  
 XVI. Disputatio Forbesij.  
 XVII. Theses Förb. cum notis Joh. Baazij.  
 XVIII. Acta Regis Caroli cum Clericis.  
 XIX. Rex Carolus infidias vite passus est.  
 XX. Acta Professorum Ubsal. Anno 1609.  
 XXI. Acta Eccl. tractata Holm. Anno 1609.  
 XXII. Donatio Test. Annæ Trollæ.

LIBER VI.

*Acta Eccl. principio Regis Gust. Adol. ad an. 1624.*

- CAP. I. Educatio pia Principis Gust. Ad.  
 II. Religiosus accessus ad Regimen.  
 III. Institutio solennium precationum.  
 IV. De Ethica Gentili.  
 V. Edictum de Decimis.  
 VI. Acta Eccl. in Örebro An. Chr. 1614. & 17.  
 VII. Munificentia Regis Gustavi declarata Acad. Ubsal.  
 VIII. Confirmatio Acad. Ubsal. & constitutiones illius.  
 IX. Donatio Regis Gust. collata eidem Acad.  
 X. Ordinantia stipendiariorum.  
 XI. Privilegium bonorum Acad. Ubsal.  
 XII. Rex dedit pecuniam Ecclesijs.  
 XIII. Biblia Svec. excuduntur.  
 XIV. Constitutiones Episc. An. 1617.  
 XV. Rex G. fecit 4. Doctores Th.  
 XVI. Blasphemantes Evangelium.  
 XVII. Ordinantia Eccl. Svec. renovatur ab Episcopis.  
 XVIII. Jubilæus celebratur An. 1621.  
 XIX. Scriptum Archiep.  
 XX. Donatio Dn. Joh. Sfyttæ.  
 XXI. Confirmatio Donationis.  
 XXII. Conditiones additæ donationi.  
 XXIII. Nobiles Sveci promovent Studia.  
 XXIV. Donatio Testam. Dn. Caroli Gyllenhielmij.

LIBER VII.

*Referens Acta Eccl. Svec. ad mortem R. Gust. Adolphi.*

- CAP. I. Rex G. A. fideliter curavit Tempa & pauperes.  
 II. Acta Eccl. in Comitij Holm. An. 1624.  
 III. Acta ibid. An. Chr. 25.  
 IV. Edictum Regium de informatione puerorum Junecop.  
 V. Famulus Junecop. tentatus.  
 VI. Instituuntur 4. Gymnasia.

INDEX.

- VII. Vifites deceperunt multos.  
 IIX. Compagnia Westindiana.  
 XI. Concio penitentialis pueri Junecop.  
 X. Vifitatio : fthoniz.  
 XI. Pietas Eegis Guft. Ad. Germanis declarata.  
 XII. Inftitutio Gymnafij Dorpt.  
 XIII. Introductio Acad. Dorpt.  
 XIV. Confirmatio ejusdem Acad.  
 XV. Inftitutio Scholæ in Lapponia.  
 XVI. Ordinantur Epifcopi Linc. & Wex.  
 XVII. Miranda contigerunt.  
 XIII. Parentatio Regis G. A.  
 XIX. Mirabilia post mortem Regis G. A.  
 XX. Libri in ufum Eccl. nunc publicati.

**LIBER IIX.**

*Acta Eccl. sub Principe Svec. Et. Regina CHRISTI-  
 NA Augusta.*

- CAP. I. Pia informatio Chrift. Aug.  
 II. Confirmatio Religionis Evang.  
 III. Continuatur foien. precatione.  
 IV. Confirmatur Schola Lappon.  
 V. Examen Scholæ Lappon.  
 VI. Imprimuntur varij libri Pfalmorum.  
 VII. Acta Eccl. in Com. Holm An. 1636.  
 IIX. Scriptum Arof. An. 36.  
 IX. Publicantur libri Difcentibus utiles.  
 X. Eliguntur Epifc. plures.  
 XI. Introductio D. Paulini ad Archiep. & ordinantia prefcripta Clericis.  
 XII. Actio Joh. Durzi cum Epifc. Sv.  
 XIII. Refolutio quæftionis Durzi.  
 XIV. Mirabilia contigerunt his noviffimis annis.  
 XV. Ordinantia de Decimis.  
 XVI. De Difc. Eccl. Paf. Norcop.  
 XVII. Acta Nyçop. An. 1640.  
 XIII. Promoventur 5. Doctores Th.  
 XIX. Progreffus Studiorum in Finlandia & Carelia.  
 XX. Introductio Acad. Åboenfis.  
 XXI. Vifitatio Eccl. Boreal. in Sv. per Arch. Ubfal.

**INDEX RERUM MEMORABILIU**  
*juxta Ordinem Alphabeti & numerum paginarum annotatus.*

<b>A.</b>		Bestia marina visa Holm	p. 266
<b>A</b> primitiv. monogram. Gothorum, pro-		Biblioth. Var. & Herb. dantur Ac. Ubf.	p. 684.
nunciatur ut litera duplex <b>a</b>	p. 27.	Biblia Svetica	p. 163 & 258.
<b>Abrahamus A. A.</b> fit exul	p. 422.	Biorno Rex Svec. Christianus	p. 88.
<b>Archiepiscopus</b>	p. 555.	Birgerus Jersl. promovebat Christianif.	p. 121.
visitavit Patriam	p. 575.	S. Birgittæ Visiones	p. 124.
<b>Abolutam Electionem</b> salvandorum desen-	p. 636: 637.	Blekingia provincia Austrogothiæ	p. 41.
dit cum Calvin. Forbesius	p. 152.	Patria Nic. Dacæ proditoris	p. 256.
<b>Abutuntur potestate spir. Clerici Pap.</b>	p. 127.	Bona Eccl. unde aucta	p. 238.
<b>Acad. Ubfal. fundatur</b>	p. 683.	dantur aliqua pro. conservacione Eccl.	p. 255.
<b>Acad. &amp; Scholæ Jesuv. prohibentur Studio-</b>	p. 29.	Svec.	p. 255.
<b>sis Svec.</b>	p. 265: 279.	Bon. Vulcanius de Elem. Goth.	p. 28.
<b>Adelruna Goth.</b>		Bothvidus martyr sepultus in Hoteff	p. 100.
<b>Admonitio ad penitentiam</b>	p. 21.	Breviarium Papæ datū R. Sv. Joh. III.	p. 463.
<b>Alani socij Gothorum</b>	p. 22.	<b>C.</b>	
cum illis egressi	p. 36.	Calibatus Sacerdotum S. ec.	p. 144.
<b>Allemani sunt dicti antiqui Germani</b>	p. 118.	Causa pluralitatis Deorum.	p. 65.
<b>Alvastra monasterium fundatur</b>	p. 18 & 49.	Causa divise Austrog. inter 2. Reges	p. 42.
<b>Amazones feminæ Goth.</b>	p. 158.	Causa negot. Westind	p. 764.
<b>Anabaptistæ turbabant Holm.</b>	p. 72.	Calendarium Goth. in <i>Rünstaf</i>	p. 26.
<b>Ancylia Scuta Amaz.</b>	p. 88.	Calmaria Austro-Goth caput	p. 45.
<b>Ansgarius</b>	p. 69.	Calvini dogma vexavit patriam	p. 290.
<b>Animæ immortalitatem sciverunt antiqui</b>	p. 662.	Car VII R. Sv. erat addictus Papæ R	p. 118.
<b>Gothi</b>	p. 41.	<b>Carlstoga</b> in Wermalandia	p. 510.
<b>Andr. Xälamb abstulit ossa S. Birgittæ</b>	p. 131.	Canon Missæ Pap. est impius	p. 248.
<b>Austrogothia</b>	p. 21 & 23.	Casuum reservatio Papist.	p. 217.
<b>Anton. Possen. Nuncius Apost. in Sv.</b>	p. 332.	Carolus IX. R. Sv. prohibuit ordinari Cle-	p. 660.
<b>Apparitionibus gaudent Papistæ</b>	p. 190.	ricos multos	p. 137.
<b>illæ non expectantur</b>	p. 193.	Christus defensor suæ Ecclesiæ	p. 155.
<b>licet fiant</b>	p. 761.	Christiernus II. Tyrannus Svec.	p. 615.
<b>Apostatæ in Svec. puniuntur</b>	p. 740.	Carechensis Calviniana refutatur	p. 116.
<b>Arngrimus Jonas de Islando-Gothis</b>	p. 33.	Claustra sunt ex monasterijs	p. 660.
<b>Arces adimuntur Episcopis Sv.</b>	p. 226.	Conformitas Religionis antiquæ in Scandia	p. 30.
<b>Auditores erant benevolentiores Clericis</b>	p. 237.	& Schythia superiori	p. 218.
<b>ante reformationem</b>	p. 209.	Conformitas ling. Goth. & Hebr.	p. 76.
<b>Hi jubentur alere suos Pastores</b>		Conjugium per se non est Sacramentū	p. 82.
<b>B.</b>		Consensus Religionis qualis	p. 483.
<b>Balthia &amp; Basilia dicitur Scandia</b>	p. 18.	Conversio Gothorum antiq. cepta	p. 460.
<b>Bella Svec. Goth. impediunt conversionem gentis</b>	p. 90.	Crimen læsæ maj. non committitur confes-	
<b>Bellum Stångebro</b>	p. 577.	sione Religionis	
		Cruciatus conscientiarum Liturg.	
		<b>D.</b>	
		Daci, Dauciones & Dagi dicuntur Dani	p. 22.
		Denarius B. Petri.	p. 144.
			De...

INDEX.

Decreta hominum non obligant in	consc.	& fortitudo	p. 54
pag.	176.	Fœdus Regg Sv cum imp Rom.	p. 88.
Defecit in Sv. lingua antiqua Goth.	p. 30.	Anglis	p. 98.
Diffrentia rituum Apost. & Papist.	p. 169.	Muschovitis	p. 674.
Dion Græcus de Gothis	p. 29.	<b>Swer</b> dicuntur à Dea Goth, <b>Freja</b> .	p. 34.
Diœceses in Svec. distinctæ	p. 143.	<b>G.</b>	
Dicænus Rex Goth. doctissimus.	p. 29.	Germanorum origo & lingua	p. 36.
Dionys. Beur. decepit Regem Sveciæ	p. 285.	Germania inferior primò culta	p. 34.
Discipuli in Emaus non celebrabant	p. 340.	Gethæ & Gothi ejusdem originis	p. 19.
nam.	p. 181.	Gigantes venerunt in Sveciam	p. 32.
Dominatus Papæ displicet Deo	p. 221.	Gutæ & Gythones	p. 27.
Dominatio Episc. Svec. sub Papatu.	p. 514.	<b>Gothland.</b>	p. 41.
<b>Drog.</b>	p. 66.	Gothorum lingua cum illorum armis di-	
<b>Drognar.</b>		tributa	p. 36.
		Gothia olim triplex	p. 41.
		Gunnar <b>Gröpa</b>	p. 103.
		Gust. <b>Trolle</b>	p. 154.
		<b>Grypsholm</b> de monasterio castellum	p. 211.
		Gust. I. Rex Svec commendatur	p. 234.
		Gust Adolphus commendatur	p. 673.
		ejusq; munificentiâ declarata Acad. Ubs.	
		donatione tricenorum prædiorum	p. 688.
		<b>Guta</b> Regina	p. 112.
		<b>Gudhem</b>	ibid.
		<b>Guthruna</b> Gothorum	p. 29.
		<b>H.</b>	
		Hæreticis non esse servandam fidem svadent	
		Papistæ	p. 344.
		Haquinus Dux Svec. El. Imp. Rom.	p. 55.
		Helsingia olim Regnum	p. 39.
		Hercules præumitur pater Schytarum	p. 20.
		Hetha veltiera Svec.	p. 67.
		Horæ Canon.	p. 173.
		Hunericus Rex Goth. in Africa	p. 22.
		<b>I.</b>	
		Impluvium ignitum cecidit	p. 788.
		Ingenium Svecorum simplex & credulum	
		Ingressus Magogetarum in Scandiam	p. 24.
		Inundatio aquarum	p. 822.
		Joh. Both. scripsit ministris milit. Agenda	p. 787.
		Eccl	p. 701.
		Jonas rusticus scripsit contra Evangelium	p. 701.
		Aslan	

E.

Ecclesia Cath. in Symbolo scripta non est Rom.

Ecclesia non est superior verbo, per quod co ligitur.

Eclipses ante mutationem Comete

Electio Clerici fiat ab Ecclesia, non Episcopo

Emigratio Goth.

Epistole paparum Rom ad Sv. p. 140 & 50.

Episcopi Hamb. & Brem. neglexerunt inspectionem Regnorum Boreal.

Erengarius promovebat Ecclesiam patriæ

Ericus Rex Svec.

Er. Scipp.

Eschituna olim monasterium

Ethnicismus non est antiquissimus

Excommunicationis abusus in Eccl. Papist.

Exorcismus servatur moderatis verbis

Exempla non formant Religionem

F.

Fab. Quadr. de educatione R. Sig. ejusq; coronatio

Finlandia olim Regnum p. 39.

Ejus conversio Reformatio

Flaminis Gothorum

W I D E X,

Mandiam occuparunt Scandiani  
Judicia Eccl. austeri sæpe noxia  
Tiwledagh etymon

p. 33.  
P. 575.  
P. 57.

L.

Legenda S. Birg. p. 124.  
Leuitas Græcorum auxit idololatriam p. 76.  
Libertas grata Svecis p. 54.  
Libertas Evangelij non dat licentiam viven-  
di p. 213.  
Lijffstool unde dicitur p. 272.  
Lingva Goth. variè propagata p. 33.  
Locustæ visæ p. 823.  
Lutherus reformavit Ecclesiam p. 150.

M.

Magia grata idololatriæ p. 93.  
Magistratus pius habebit curam Religionis p. 231.  
is procuret ordinem Eccl. p. 660: 830.  
ipse distinxit hic Diæceses p. 143.  
Magog pater Goth. Getarum p. 19.  
Massageræ de Gorkis p. 49.  
Mercatura lucrosa prohibetur Clericis p. 313.  
Merces piorum obtinetur ex promissione p. 184.  
Mildredus Rex Angl. misit prædicatores in  
Sveciam p. 98.  
Mirabilia visa p. 374.  
Miracula sæpe facta p. 94.  
hodiè non necessaria p. 95.  
Missæ Liturgicæ p. 376.  
Modus retinendi concordiam Evangelicam  
etiam in reformatione p. 819.  
Monasteria 60 in Svec. p. 116.  
Monstra nata p. 792.  
Motala fluuius sterit p. 822.

N.

Nicol. Gyllensterna aperuit Concilium  
Ubsal. p. 515.  
Nic. Mylonius præceptor Sigism. p. 331.  
Nix intempestiva p. 822.  
Nomina Capit. in Svec. mutata p. 607.  
Novas revelationes quærunt Papistæ p. 191.  
Nuncius Apost. nominat se Legatum Cæsar. p. 540.

O.

Oden dedit Svecis Religionem antiquam  
& ordinabat Politiam p. 66.  
Olaus **Stotfoning** Rex Sv. promovebat  
Christianismum p. 99.  
Ordinantia Aros. p. 223.  
Ordinantiam corrigit Consist. Eccl. p. 704.  
Ordinabat Rex G. A. politiam & Ecclesiam p. 740.  
Origo idiomatis Svet. ab Hebræo p. 30.

P.

Pallium Episc. vendit Papa Rom. p. 135.  
is tentavit diu Eccl. Svec. antequam vin-  
ceret p. 136.  
colligit fraudulenter opes p. 208.  
Pænitentia dies instituuntur in Svec. p. 265.  
continuantur p. 279: 618 & 75 &c.  
Pelta vox Gothica p. 72.  
Petrus **Schren** deceptor Svec. p. 336.  
Petrus de petrosa proditiõnis reus p. 662.  
Pontificij callidè decipiunt simplices p. 393.  
syadent Religionem Rom. imponendam  
esse subditis p. 353.  
abutuntur testimonijs Hier. p. 386.  
Ambrosij p. 391.  
Prædia ruralia dantur Acad. Ubs. p. 688.  
Prædia (**Stomner**) dantur Pastoribus p. 268.  
Smol. p. 268.  
Prædicatio Evangelij innotuit primò Svecis p. 74.  
etiam in reformatione p. 150.  
Progressus Christianismi in Carelia p. 834.  
Ingria p. 731.  
Lapponia p. 802.  
Purgatorium Papist. fictum p. 196.

R.

Recaredus Rex Goth. in Hisp. promovebat  
Evangelium p. 85.  
Reformatio Eccl. prædicta p. 149.  
impleta p. 150.  
Reges Svec. adhuc Ethnici, converfabantur  
cum exteris Goth. Christianis p. 86.  
Religionis veritas non pendet ab homine p. 75.

INDEX.

- Religionis veræ & vitæ cura eadem p. 574.  
 Reliquiæ sanctorum inutiles p. 201.  
 Repentio consecrationis quoties vinum in-  
 funditur ea icoi, sapit Papismum p. 362.  
 Ritus superstitiosi promouent hypocrisin p. 428.  
**Roxalani in Roslagen**  
 Runæ Goth. p. 22.  
**Runestaff**, alias **Rijnstaf** p. 26.  
 ibid.
- S.
- Sacerdotes Salij p. 72.  
 Sangvine pluit p. 123: 257.  
 Sarmatici montes ad Svec. pertingunt p. 23.  
 Satan in forma Angeli, cur disfluat pecca-  
 ta p. 763.  
 Scandix etymon **Schonland** p. 52.  
 Scripta L. Nericii sopita p. 337.  
 Scythia vox Goth. à **Sytha** p. 20.  
 Scythia antiquo caractere scripta est Svec-  
 cia ibid.  
 Seniores quomodo dirigant ordinem Eccl.  
 p. 828.  
**S.** Scriptura est canon veræ Religionis p. 165.  
 Smolandix etymon p. 44.  
**Sr.** Hofius fingit conversionem Svecorum &  
 martyres illorum p. 349.  
**Stenkil** Rex Svec. promovebat Ecclesiam p. 112.  
 Stephanus Archiep. Ulf. non accepit pal-  
 lium Pap. p. 142.  
 Sveci cum Gothis non concordabant ali-  
 quando de sede Arch. p. 135.  
 Sveci ulciscuntur illatam injuriam p. 58.  
 Sveci audiverunt de Christo p. 74.  
 vocabant prædicatores ex Germania p. 88.  
 Anglia p. 98.  
 Svecix antiqua insignia 3 Coronæ p. 118.  
 Sveno fratri Magogi dedit nomen Svecis p. 21.  
 Svecix nomen mutatur iniquè in Svediam p. 49.  
 Sveci venerunt in Germaniam de Aquilone p. 34.
- T.
- Tacitus tribuit Germanis mores Svec-Goth. p. 35.  
 Targitæ præsumitur pater Scytharum p. 20.  
 Tavastia convertitur p. 121.  
 Tempus Gentil. Ulf. ex auro p. 70.  
 id detrahitur Templo p. 87.  
 Tempestas noxia p. 82.  
 Temporalia curabant Episcopi Pap. p. 152.  
 Tempus con. arsonis cujusq; gentis est Deo  
 notum p. 80.  
 Theodoricus Rex Goth. in Italia p. 85.  
 Testamentum Reginarum, Catharinæ p. 330.  
 & Christinæ p. 760.  
 Testamentum facere licitum erat Clericis,  
 dominante hic Papatu p. 125.  
 Thracensium commercia cum Gothis p. 52.  
 Transfiguratio Christi celebrabitur Dom.  
 7 Trinit. p. 312.  
**Troxalani in Trogden** p. 22.
- V.
- Vandali propinqui Gothis p. 220.  
 Vastene (e Cænobium olim dicatum S.  
 Mariæ, cessit S. Birgittæ p. 118.  
 Vaticanum Stephani insculptum lapidi p. 96.  
 Verendix locus & mos p. 46.  
 Wermlandia cum Dalia olim Regnum p. 40.  
 Westgothix annumerata est olim Hallan-  
 dia p. 47.  
 Ulphilas Episcopus Gothorum transfulit  
 sib. ia in sermonem patrium p. 28.  
 Vinum sit in S. Cæna non a ius liquor p. 302.  
 Unio hæred. de successione filiorum Gu-  
 stavi I. in Regno Svec. p. 264.  
 Vitis S. Sigfridi de Templo Wexionensi p. 102.  
 Vifione convertitur Sacrificulus Ethnicus p. 94.  
 Vota monast. vana p. 116.

INDEX

Zacharias rprophetat de reformatione Eccl.	p. 150.	Zbo Civitas Finlandiæ, ubi Academia	p. 835.
& luce Evangelij in Aquilone	p. 839.	S primitivum monogramma Gothorum	p. 27.
Zamo xis legis ator Sveo-Goth. p. 28 & 69.		Åland insula Goth.	p. 39.
Zenthes prudens Rex S. eo-Goth.	p. 29.	Öresund olim terminus Regni Gothorum	p. 43.
S primitivum monogramma Gothorum	p. 27.	Ålar lacus in Suderman.	p. 118.
Åland insula Svec.	p. 50.	Östrabo ubi primum in Svec, baptisabat	p. 101.
		S, Sigfridus	



FINIS



**P, LECTOR CORRIGAT SIC ERRATA TYP,**

*erosiora, qua visum revisorum fugerunt,*

*In Praef. ad L. transponuntur lin. 9 & 10. lin. 14. c. rarum. Nomina quorundam auctorum post prologum corrupta, ipse corrigat. Pag. 36. l. 20. c. notationes. P. 53. l. 14. veronon. c. recenter. P. 57. l. 16. c. Guilimanet. P. 58. l. 20. interijt. c. mansit. P. 89. l. 13. detene. P. 128. l. 1. dele punctum. P. 143. l. 30. d. fuisse. P. 129. l. 14. c. tectè. P. 179. l. 17. c. nomini. P. 208. l. 27. c. 1527. P. 217. l. 22. c. non Dei, sed hominum. P. 219. l. 5. c. voluit. p. 244. l. 24. c. acueret. p. 252. l. 2. c. mereri. P. 283. l. 10. c. 1560. p. 284. l. 23. c. septennale. p. 301. l. 24. c. expediat. p. 308. l. 10. deest, Christum in Cana, p. 328. l. 20. c. degeneraret. p. 329. l. 28. deest, si moir. P. 330. l. 1. c. degeneraremus. p. 349. l. 26. Alex. c. pis. p. 380. l. 15. Nobites. c. Nobis. p. 385. l. ult. d. Cathedra; P. 403. l. 1. c. præero. P. 410. l. 24. ante c. post. p. 411. l. 9. postquam c. dum. p. 439. l. 16. deest, priusquam in, p. 467. l. 9. c. improbatione. p. 482. l. 27. c. imitari. p. 500. l. 22. c. obtinuimus. p. 503. l. 2. c. præripiebant. p. 519. l. 7. & 547. l. 7. c. præter. p. 569. l. 11. deest Comit. Eric. p. 574. l. 18. c. veneficia. p. 607. l. 26. c. fundatam. p. 656. l. 6. c. exinaniti. p. 667. l. 23. nostro c. non. p. 682. l. 15. & 29. c. errone. p. 740. l. 7. suoc. sunt. p. 761. l. 10. c. Creta. p. 792. l. 26. d. per. p. 808. l. 27. Itemq; c. additur. p. 837. l. 20. c. institutor.*

*Adhuc persæpè occurrunt tum distinctiones pravæ, tum voces transpositione aut elisione literarum mutatz, post ult. correctionem reliquæ, quæ reddunt styllum ingratum; sensus tamen patet considerato.*

*Hoc P. L. corrigat, cum plurium additionem locus excludat, Eurip. τίς αὐτῶν ἐπ' αὐτῶν ὄρα. Valeat P. L. in Christo,*

**F I N I S.**

